PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM, ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS ;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES PENE JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, DUCENTIS ET VIGINTI DUOBUS VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, DECEM ET CENTUM SUPRA MILLE FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, NOVEMQUE ET CENTUM VOLUMINA, PRO PRIMA SERIE GRÆCA, NON EXCEDIT. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA SEXAGINTA VOLUMINA PROBABILITER NON SUPERABIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA TRIGINTA VOLUMINIBUS ABSOLVETUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES FUTURIS PATROLOGIÆ SERIEBUS APPLICANTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NON NOBIS DEEST.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXXXIV.

JOANNES ZONARAS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUT*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864

TRADITIO CATHOLICA..

SÆCULUM XII. ANNUS 1190.

ΙΩΑΝΝΟΥ
ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ
ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

JOANNIS ZONARÆ
OPERA OMNIA

HISTORICA, CANONICA, DOGMATICA.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,
SIVE
CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIOR.

VENEUNT DUO VOLUMINA 22 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUT*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO
D'ENFER NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XII, ANNUS 1190.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXXXIV CONTINENTUR.

JOANNES ZONARAS.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΗΤΟΥ

ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ

ΓΕΓΟΝΟΤΟΣ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΔΡΟΥΓΓΑΡΙΟΥ ΤΗΣ ΒΙΓΛΑΣ, ΚΑΙ ΠΡΩΤΟΑΣΗΚΡΗΤΙΣ

ΧΡΟΝΙΚΟΝ.

—

JOANNIS ZONARÆ

MONACHI

MAGNI ANTEA VIGILUM PRÆFECTI ET PRIMI A SECRETIS

ANNALES.

CAROLUS DU FRESNE, DOM. DU CANGE,

REGI A CONSILIIS, ET FRANCIÆ APUD AMBIANOS QUÆSTOR,

WOLFIANAM EDITIONEM CUM SCRIPTIS CODICIBUS CONTULIT, LATINAM VERSIONEM RECENSUIT, ANNALES NOTIS ILLUSTRAVIT.

—

DUCANGII PRÆFATIO.

Nemo est tum ex nostris tum etiam exteris (1), qui Regiam scriptorum Byzantinorum editionem velut eximium Gallicæ magnificentiæ monumentum non suspiciat. Et merito sane ac jure optimo, cum, præterquam quod historiam minus hactenus notam et quæ tot rerum eventis varietur, Romanique imperii universo pene orbi olim dominantis causas inclinationis atque ruinæ ob oculos proponat, typis illa tam elegantibus chartarumque magnitudine adornata exit in publicum, ut quamdam præ se ferat majestatem, et quotquot litteras amant ad sui lectionem quodammodo sollicitet et alliciat. At cum tot inter Regio isto apparatu insignes, Joannis Zonaræ Annales Græce semel minusque nitide impressos ac in præsens rariores plerique ex eruditis desiderari monuissent, vir illustrissimus marchio de Louvois, regi ab intimis consiliis et secretis, cujus curæ ædificia Regia, artes, ipsaque typographia Regia permissa sunt, in idem etiam consilium conspirante illustrissimo fratre archiepiscopo Rhemensi ac primo Franciæ pari, pro innato non vulgari erga litteras affectu ut auctor Regia editione dignissimus ederetur optimum factum videri sibi significavit. Hacce mihi deinde demandata provincia, qua doctiores alios longe melius defuncturos licet minime dubitem, manum statim admovi, codices veteres quantum per tempus licuit collegi et contuli, notasque adjeci : quod qualecunque est, æqui boniqde consulturos benignos lectores confido.

Enimvero ut de hisce qui nunc prodeunt Annalibus ac de eorum auctore Zonara quædam præmittamus, hos præsertim commendat scriptoris eruditio, quæ non ex iis modo colligi potest, sed etiam ex aliis quam plurimis operibus, quorum indicem huicce Præfationi subjicimus; in quibus neque rerum cognitionem neque acre vel solidum judicium ut nec pietatem quispiam desideret. Quin etiam si natalium splendor gestique in imperatorum palatiis magistratus existimationem aliquam scriptori conciliare possunt, quod nemo forte in dubium revocaverit, de illo præcipue qui de rebus politicis, in quibus ver-

(1) Mart. Hankius in præfat. ad lib. *De script. Byzant.*

satus est, scribere aggreditur, eo sane celebrari poterit et ipse Zonaras : quem cæteroquin ab illo Zonara, qui sub Constantino Porphyrogenito Leonis Sapientis filio in aula vixit (2), genus duxisse suadet omnino nominis similitudo. Quippe in Joannis et Manuelis Comneni, quibus imperantibus vixit, palatio, magni vigiliarum drungarii seu, ut Latini efferebant, vigilum præfecti ac primi a secretis gestæ dignitates, inter illustriores semper habitæ, magno fuisse apud imperatores loco satis argumento. Atque ex eo, ni fallor, a Theodoro Balsamone (3) et a Matthæo Blastare (4) ὑπερφυής indigitari solet, quod essent inter senatorias præcipuæ, cum hocce epitheto senatum ac ipsos senatores donari solitos constet, uti alibi observamus (5) : quo quidem et nobilitas generis et magistratuum splendor exprimitur, cum, ut ait Gregorius Nazianzenus (6), μέγιστον εἰς εὐγενείας ἀπόδειξιν συγκλήτου μετουσία habeatur.

Verum abdicatis postea palatinis curis, quo sibi in primis vacaret animæque saluti consuleret, monachum induit, relictaque urbe imperii primaria in insulam remotiorem secessit : quod ipsemet in Præfatione ad Annales testatur : quo loco in iis ut par erat conscribendis librorum defectum causatur, αὐτὸς ὑπερόριος ὢν καὶ πόῤῥω τοῦ ἄστεως ἐν νησῖδι ἐνδιαιτώμενος. Quæ vero fuerit insulula ista, tanto ab urbe spatio disparata, non promptum est assequi; sed vel inde saltem licet conjicere, venire in dubium quod tradit Andreas Thevetus, scriptor cæteroquin in aliis haud certæ fidei, sua ætate visum adhuc in quodam Montis Sancti (ita Athos hodie appellatur) monasterio Zonaræ epitaphium hisce verbis conceptum: ΕΝΤΑΔΕ ΖΩΝΑΡΑΣ ΚΕΙΤΑΙ, nisi sub vitæ extrema eo dicatur concessisse (7).

Utcunque de hac re sit, via aliquot in asceterio annos exegerat, cum eum convenere amici (8) hortatique sunt ut solitarium istud otium in negotium aliquod conferret, quod et rem publicam juvaret et æternæ vitæ præmium sibi conciliaret : quod quidem maxime assequi liceret si historiam conscriberet quæ et resecaret supervacanea et res memoratu digniores nullo verborum ambitu in compendium quoddam contraheret. Eos enim qui in hocce scriptionis genere operam hactenus collocassent, rerum quas enarrant seriem fere semper interrumpere inutilibus παρεκβάσεσι seu excessibus, vel etiam descriptionibus aut concionibus, atque adeo intempestivis et quæ annalibus parum conveniant de religione disputationibus, dum fidei mysteria exponunt vel hæreses confutare aggrediuntur, argumentis e sacra Scriptura vel e sanctis Patribus petitis. Quibus quidem ex chronologis aliquot suggillabant qui ea tempestate in omnium manibus versabantur, auctorem forte Chronici quod Alexandrinum vocant, Georgium Syncellum, Georgium Hamartolum, Georgium Cedrenum, aliosque quorum scripta ejusmodi supervacaneis excursibus passim scatent.

Verum tametsi duas res languorem afferre animis, otium et solitudinem, quod aiebat Tullius, persuasum haberet, et apud Christianos, ac monachos in primis, pravas illas seu cogitationes (λογισμοὺς asceticі vocant) seu cupiditates, quæ mentem a negotiis vacuam invadere solent et in peccata fere semper demergunt, avocare unicam posse occupationem, ægre tamen cessit amicorum hortatibus, cum rem esse cerneret quæ librorum, quibus carebat, copiam postularet. At vellicare ii non prius destiterunt quam improbitate stimulandi ad suscipiendum opus impulissent. Victus igitur familiarium flagitationibus, et supra allatis adductus rationibus, ad Annales conscribendos se accinxit, cum in hoc secessu agens, ubi ad condendam historiam necessarii libri non suppeterent, si non omnia dicenda complecteretur, veniam a benigno lectore se impetraturum facile sibi persuaderet. In qua cæteroquin conscribenda ita est versatus, ut præcipua et quæ alicujus viderentur momenti non omiserit, « eaque in epitomen coegerit tanta elegantia, solus ut videatur assecutus quod contra rerum naturam est, brevitas ut obscura non esset ; » quod de Pontio Paulino, qui tres Suetonii libros de Regibus in compendium redegerat, dixit Ausonius (9). Quidam enim sunt, ut aiebat Focas Grammaticus, qui late copioseque scripserunt, ita ut superflua interdum ubertate narrationis memoria legentium confundatur : alii, dum brevitati student, admodum diffusam coartasse materiam, ut sterili compendio nihil ad integram scientiam lectoribus conferant. Neque tamen sibi ipsi satisfecit omnino, cum quibus ad operis quod in manus sumpserat absolutionem necesse erat codicibus persæpe careret, quos cum sæpius quæsisset, reperire non potuerat, seu temporum injuria essent amissi, seu negligentius ab iis inquisiti quibus id negotii dederat (10).

(2) Anonym. Combefis. in Porphyrogen., n. 8. [*Patrol.* t. CIX.]

(3) Ad can. 56 Apost.

(4) Lit. E cap. 11.

(5) In Gloss. med. Græcit.

(6) Orat. 18 in S. Cyprian.

(7) En Theveti verba in *Pourtraits et vies des hommes illustres*, Paris, 1584, in-fol., l. 26 b et 27 a : « ... toutesfois les Grecs du mont Athos m'ont dit que ce fut en un rocher qui peut avoir de tour (compris les escueilz qui l'environnent) quelque lieue, le plus inaccessible lieu que j'aye veu en toute la mer Egée et Archipelague, et de present appellé par les Grecz Caloier d'Andros, autrement dict le bon vieillard, les Turcs le nomment Cahyra, les Hebrieux ou Juifs du pays luy donnent le nom de Charchas, auquel y a encores aujourd'huy un fort beau monastere de Grecz. ... Zonare doncq ayant demeuré cinq ans en ce lieu .. Callineus son Patriarche .. luy commanda se retirer au mont Athos,.. où ayant demeuré treize ans, finit ses jours aagé de quatre-vingtz-huict ans sept moys, et fut depuis honorablement enterré en l'un des monasteres nommé sainct Helie dudict mont, la sepulture duquel se voit encore de present, couverte d'une pierre jaspée contre laquelle sont écritz ces mots en Grec, et la plus part si effacez qu'à grand' peine les peut on lire .. ΕΙΣ ΤΟ ΠΑΡΟΝ ΜΝΗΜΕΙΟΝ Ο ΣΟΦΟΣ ΖΩΝΑΡΑΣ ΚΕΙΤΑΙ. »

(8) Praef. n. 1.

(9) Epist. 7.

(10) Zonar. lib. IX, n. 31.

dum ipse extorris et procul ab urbe in parva insula vitam ageret : ex quo factum agnoscit ut consulum et dictatorum historia minus sit absoluta. Neque porro mirari debere subdit lectorem, si in iis quos conscripsit Annalibus scriptionis character ubique sibi similis non occurrat, cum aliter fieri vix queat, ut qui historiam e variis scriptoribus veluti stipem colligit, illorum et dictione et compositione in multis non utatur. Quod ita tamen confecit, ut si aliquid de suo interjecerit, id illius stylo quem sequebatur auctoris quantum fieri potuit accommodaverit, ne scriptionis ratio a sese ubique dissidere videretur : cum interim alia longe quam cæteri qui res chronologicas hactenus tractaverant, Annales suos conscriberet, res nempe quasi de suo componens et narrans, et quod laude dignum est eaque summa, non alienorum furtis plausum captans, neque tractatus integros exscribens, ut de ipso Zonara scribit Leo Allatius (11).

Non defuere tamen qui censorio quodam judicio ut minus diligentem, maxime ubi de rebus Romanis agit, vellicarint atque adeo perstrinxerint. « Omnia, inquit horum alter (12), ante Constantinum inepte et parum diligenter (de rebus Latinis loquor) explicavit. » Sed quam sano ille judicio hæc effutierit vel inde patet, quod a paulo æquioribus judicibus, iisque pereruditis quibusvis chronologicis scriptis Annalium Zonaræ pars illa quæ res Latinas pertractat longe anteponatur. Nam cum in recensendis Romanorum gestis ex Dione præsertim, quem minime truncatum ut hodie editus est sed integrum legerat, aliisque scriptoribus qui periere temporum injuria, hanc historiæ partem compegerit, nova fere semper et ab aliis indicta commemorat : ita ut multis in locis de verbo ad verbum Dionem exscripsisse dicatur a Guillelmo Xylandro, Fulvio Ursino, Friderico Sylburgio et Henrico Valesio, istius scriptoris eruditis interpretibus, quibus solemne est ex Zonara aut ipsum Dionem emendare aut Romanos scriptores alios illustrare : unde Theodorus Marcilius (13) Zonaram et Xiphilinum Dionis subdigas vocat. Et certe ita de Zonara sensisse constat eumdem Allatium, « qui » ait ille « licet in historia post Constantinum Magnum jejunior sit, et nonnisi obvia quæque percurrerit, in his vero quæ ante Constantinum ad mundi exordia diligentius et copiosius versatur. » Non mirum igitur si ab Alexandro Brassicano in Præfatione ad Salvianum sinceræ fidei historicus, et a Casaubono (14) dicatur vir eruditissimus. Cedreni codici manuscripto schedam ascripsisse dicitur Wolfius, in qua observabat tractare idem argumentum quod Zonaras, sed habere a Zonara multa de industria prætermissa, brevitatis forte studio, sed certe non prætermittenda, ita ut optione sibi data ab initio Cedrenum Zonaræ prætulisset. Qui, inquit Xylander (15), a quo hæc ex Wolfio referuntur, ad ea respexit præcipue, quæ aliunde quam ex eo repeti non possunt, cum duo priores Zonaræ tomi longe alioquin sint meliores ac laude digniores, quam ea quæ ad Constantinum usque Magnum Cedrenus collegit. Scribit præterea idem Wolfius (16) Zonaram alias prolixiorem videri, ut in Judaica historia, alias breviorem, ut in exterarum gentium gestis. In quo quidem si qua culpa commissa est, excusationem habere videri hanc, quod ipse non ex suo ingenio deprompsit ea quæ scripsit, sed ex variis auctoribus collecta in certum ordinem redegit : qui auctores inter se dissimillimi sunt. Quod autem non omnia persecutus est, non tam negligentia quam de industria fecisse.

Verum, licet in iis quæ post Constantinum Magnum scripsit obvia quæque percurrere Zonaram dicat Allatius, longe aliter tamen sensisse videtur exacti vir judicii Henricus Valesius, qui non modo auctorem sat diligentem haud semel indigitat, sed et in iis præsertim quæ ejusdem Constantini familiam spectant, accuratiorem quam in cæteris, neque aliis obvia dicere observat (17). Et sane quanquam in recensendis Cpolitanorum imperatorum gestis, fusioribus forte editis commentariis versati sint Theophanes, Cedrenus, Scylitzes et aliquot alii, constat id Zonaræ in primis consilium fuisse, ut non pleniorem quemadmodum ii historiam, sed contractiorem atque adeo compendium conscriberet, in quo singularia quæque et quæ in re historica præcipui viderentur ponderis perstringeret. Ex quibus facile diluitur quod ait Gerardus Vossius, tum in eo majorem curam et industriam desiderari, tum etiam maxime mirandum esse, virum usque adeo experientem in sui temporis præsertim rebus pleraque perfunctorie tantum dicere, cum multa magnaque iis temporibus gesta sunt, orientali orbe cum occidentali quasi concurrente : adeo ut pauca sint quibus Alexii vitam perstrinxerit. Id, inquam, haud ægre refellitur ex auctoris ipsius Annalium lemmate, vel ex ipsius Præfatione, in qua non historiam sed historiæ compendium scribere se profitetur; ita ut si prolixiori sui temporis res fuisset persecutus narratione, primum scriptoris officium minime observasse diceretur : cum, ut ait Plinius alter, titulum suum legere debeat, atque identidem interrogare se quid cœperit scribere, scireque si materiæ immoratur non esse longum, longissimum si aliquid arcessit atque attrahit. Atque ex hacce virorum eruditorum varia de Zonaræ Annalibus sententia patet quam infausta sit eorum sors qui aliquid scribere aggrediuntur, cum quibusvis ac fere iniquis hominum judiciis et censuræ ingenii fœtus exponunt.

Cæterum in Annalium decursu occasionem interdum captat Zonaras Græcorum suæ ætatis mores vellicandi, veluti cum virorum ecclesiasticorum Simoniam carpit, comatos et cincinnatos palatinos

(11) *De Georg.*
(12) Apud Allat. *De error. magn. viror. in dicendo*, p. 126.
(13) In not. ad Sueton.
(14) Ad Hist. Aug. p. 202, 2 ed.
(15) In præfat. ad Cedren.
(16) In præfat.
(17) In not. ad lib. XVIII Ammiani

perstringit (18), et imperatores, quod abdicato patrio vestitu barbaricum amplecterentur (19). Denique in ipsos adhuc Augustos ac eorum in rebus administrandis publicis tyrannidem gravius invehitur. Nam ut Valentis mathematici (20) de urbis Cpolitanæ duratione editum sub Constantino Magno natalitium thema quodammodo tueatur, ne omnino falsum putetur, quam annos 696 duraturam prædixerat, jam olim cum scribebat Zonaras elapsos, subdit aut falsam existimandam Valentis prædictionem, aut annos illos intelligendos esse quibus instituta rei publicæ ac status conservabantur, dum suus honor erat senatui, dum cives sub legitima imperii potestate florebant, non autem cum manifesta vigebat tyrannis dominorum publica sibi pro privatis vindicantium et ad suas voluptates conferentium, easque parum honestas, cum publica quibusvis donarent, nec pastorum instar subditos tractarent, nec lana supervacua detonsa, sed prædonum more oves mactando, ad medullas ipsas exsugerent.

Chronici titulum huicce Zonaræ historiæ ascripsimus quemadmodum Wolfius. Nam et ita laudatur a Michaele Glyca in Annalibus : 'Ο Ζωναρᾶς ἐν τῷ χρονικῷ συντάγματι, et in altero e codicibus Regiis, in quo secunda duntaxat pars continetur, hæc verba in fronte leguntur : Τὸ παρὸν βιβλίον χρονογράφος ὀνομάζεται. Verum in codice Viennensi, quo usus est Wolfius, alia habetur epigraphe, hisce videlicet vocibus concepta : 'Επιτομὴ ἱστοριῶν συλλεγεῖσα καὶ συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ σοφωτάτου μοναχοῦ τοῦ Ζωναρᾶ, τοῦ γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίγλας καὶ πρωτοασηκρῆτις. Et sane compendium historiæ scribere se profitetur ipse Zonaras · 'Εμοὶ δ' ἐπιτομὴν ἱστορίας πεποιημένῳ οὐκ ἐπῄει τὴν πραγματείαν θέσθαι πολύστιχον, etc. (21).

Universum vero opus duas in partes distribuit : ac in priori quidem historiæ quam vulgo sanctam vocant ex sacris Libris et ex Josephi Archæologia compendium complexus, tum res Græcorum veterum tangit, ac Romanorum deinde ad ea usque tempora historiam perducit, quibus res publica in unius administrationem seu monarchiam delapsa est. Alteram autem a triumviratu orditur, ac recensitis singulorum imperatorum gestis usque ad Alexii Comneni exitum persequitur, id est ad sæculum quo ipse vixit undecimum. Non solum enim Joannis Comneni imperatoris Alexii filii meminit, sed et Manuele Joannis filio imperante vixisse infra docemus. Cæterum hæc Annalium Zonaræ partitio non ex ipsa modo Præfatione percipitur, sed præsertim ex verbis quibus pars prior clauditur (22), atque adeo ex alterius inscriptione, quæ in scriptis codicibus hæc verba præfert : 'Αρχὴ τῆς περὶ τῶν αὐτοκρατόρων ἱστορίας. Quibus quidem vocibus in altero ex Regiis istæ, charactere licet paulo recentiori, præfiguntur : 'Ιστορίας Ζωναρᾶ τόμος δεύτερος καὶ τελευταῖος. Sed præsertim alter ex Regiis, qui secundam duntaxat partem Annalium Zonaræ complectitur, in primis contextus lineis hanc partitionem prorsus astruit, in quo scriptor ita hanc orditur : 'Εξ ἀρχῆς μὲν οὖν, ὡς ἐν τῇ προτέρᾳ βίβλῳ μοι προϊστόρηται, βασιλεῦσιν ἡ τῶν 'Ρωμαίων, etc. Ubi codex alius Regius et Colberteus præter editionem Wolfianam hæc tantum habent : 'Εξ ἀρχῆς μὲν οὖν, ὡς ἱστόρηται, etc. Sed et in ejusdem codicis Regii initio hæc leguntur : 'Εν προτέρᾳ βίβλῳ περιέχει τὰ 'Εβραϊκὰ καὶ τὰ περὶ 'Ρωμαίων ὑπάτων, τῷ δὲ τὰς τῶν αὐτοκρατόρων ἱστορίας. Quin etiam Wolfianos codices hanc Annalium Zonaræ partitionem prætulisse arguit quod in fronte Zonaræi codicis a se Cpoli empti præfixit Joannes Dernschwamus, et ex eo descripsit in sua Præfatione Wolfius. Ex quibus abunde colligitur hosce Annales in duos duntaxat tomos a Zonara fuisse dispertitos, non vero in tres, ut illos divisit idem Wolfius : quorum prior de rebus Judaicis ab initio mundi usque ad Hierosolymitanum excidium ; alter historiam Romanam ab Urbe condita usque ad Constantinum Magnum breviter complectitur, in qua tum Dionem, ut diximus, tum etiam Eutropii interpretem Pæanium, quem ad verbum sæpenumero exscribit, ut observatum a Scaligero (23), præsertim sequitur. Tertius denique imperatorum res gestas a Constantino Magno usque ad obitum Alexii Comneni tractat. Falsum tamen constat Dernschwamum, cum dixit priorem Annalium Zonaræ partem in Hierosolymorum excidium desinere.

Licet porro Wolfii divisio tolerari quodammodo possit, ut quæ sacram historiam a Romanæ rei publicæ, rursum paganorum a Christianorum imperatorum historia distinguat, cum ipsius Zonaræ divisioni contraria sit, satius duximus ex virorum eruditorum consilio universum hoc Annalium opus in libros XVIII partiri, libros vero in sectiones,

Sumere ne lector juge paveret opus.

nam ut

Intervalla viæ fessis præstare videtur
Qui notat inscriptus millia crebra lapis (24),

ita librorum divisiones a continua lectionis assiduitate lectoris animum relaxant, cum habet ubi longo quasi itinere defatigatus consistat ; præsertim etiam cum nihil auctori detrahant nec scriptionis seriem abrumpant. Adde quod id partitionis genus ad locos ex scriptoribus laudatos statim reperiendos multum conducat : unde inductum illud fere ab eruditioribus in quibusvis exemplaribus, quæ continua serie absque libris vel absque capitibus describuntur. Quod quidem ita in Zonara confecimus, ut alte-

(18) Lib. VII, sect. 17.
(19) Lib. X, sect. 28.
(20) Lib. XIII, 3.
(21) Lib. III, sect. 26.
(22) Lib. IX, sect. ult.
(23) In not. ad Euseb., p. 241, 242, 2 edit.
(24) Rutilius Numat. lib. II.

ram partem Wolfianam a VII, tertiam vero a XIII libro, ut partem Annalium alteram secundum auctoris receptam divisionem a libro X auspicemur.

Jam vero quid Wolfium impulerit ut ad Zonaræ Annales in Latinam linguam convertendos sese accinxerit, pluribus declarat ipse in Præfatione, quam nostræ hic subjicimus, atque etiam in alia ad Nicephori Gregoræ Historiam a se pariter Latio donatam, quam, ut et Zonaræ, Antonio Fuggero nobili Germano dicavit. In qua postrema sic loquitur : « Fateor equidem ad Zonaram convertendum præmiis a te propositis, eoque tempore peropportunis, initio excitatum me fuisse potius quam meapte voluntate accessisse : non tam laborum et molestiarum fuga, quibus ita tum quoque assueveram ut ignaro otio nihil mihi esset molestius, quam privatis meis studiis, si quid daretur otii, fruendi, et diuturnam quasi sitim variæ lectionis restinguendi cupiditate. » Cum vero de Fuggerorum nobilium insigni liberalitate ac munificentia in eruendis ab interitu bonis libris idem fere prædicet Guillelmus Xylander, præmiisque illectos ab iis suæ ætatis viros eruditos testetur qui Græcos scriptores Latina toga donarent necdum editos, vel inde patet quantas debeat gratias res litteraria viris principibus, qui propositis subinde coronis publicam utilitatem sibi juvandam proponunt, et Musis non semper opulentis, imo persæpe inopibus, manum ultro porrigunt. Neque enim fateri dedignatur ipsemet Wolfius, quidquid hactenus ediderat, id vel publica utilitate vel temporibus suis adductum fecisse, nec tam famam captasse quam famem vitasse. Sed et Xylander (25) : « Me, » inquit, « ne quid dissimulem, paupertas, ut ille ait, impulit audax ut libros facerem. » Quem quidem dicentem audivisse scribit Joannes Leunclavius (26), lucubrationem Dioniam et alias non a fama sed fame sibi pariter extortas ac præcipitatas fuisse. Neque nostrorum sæculorum isthæc est duntaxat querela, cum legamus (27), Plautum propter annonæ difficultatem ad molas manuarias pistorem se locasse, ibique quoties ab opere vacasset, scribere fabulas solitum et vendere : quomodo etiam Pacuvium Brundusinum tragœdiarum scriptorem Romæ picturam exercuisse ac fabulas vendidisse ferunt. Sed et Lactantium, virum omnium suo tempore eruditissimum, adeo in hac vita pauperem fuisse, ut plerumque etiam necessariis indiguerit, scribit Eusebius. Infausta omnino litteratorum conditio, qui ne panem emendicent, libros conficere coguntur. Debemus igitur illustribus Fuggeris, quod illorum cura et sumptibus in publicum prodierint Joannis Zonaræ, Georgii Cedreni, Nicetæ Acominati et Nicephori Gregoræ historiæ, et quod rerum Byzantinarum hisce editionibus gustum primi quodammodo inspirarint litterarum studiosis. Sed non minus obstricta erit erudita posteritas regum nostrorum munificentiæ, qui non hactenus modo publicatos imperatorum Cpolitanorum historiæ scriptores, sed et novos ac e manuscriptis codicibus ex regia ac locupleti prorsus bibliotheca depromptos magnifico adeo atque splendido apparatu edi quotidie volunt, viris doctis ut in idem consilium una conspirent, suaque conferant studia, Regia præmiorum mercede invitatis ac illectis.

Enimvero ut Wolfius in vertendis Zonaræ Annalibus versatus fuerit, quæque observarit quotve codicibus scriptis in iisdem edendis usus fuerit, pluribus in prædicta ad eosdem Annales Præfatione exponit; et ut in opere Latine Græceque exscribendo adjutorem sibi asciverit Jeremiam Martium, præclaræ tum indolis adolescentem, medicum deinde physicum Augustanum. Quem quidem ea de re verba facientem præstat audire in Præfatione ad Nonum medicum, quem Argentorati is primus edidit anno 1568 : « Cum itaque, » inquit, « non parvi interesse viderem ut quis quamprimum optimis uteretur præceptoribus, nec ob rei familiaris angustiam alio conferre me, quod unice optabam, possem, commode sane cecidit ut eo ipso tempore Cpoli Augustam afferrentur Annales Joannis Zonaræ et Nicetæ Choniatæ historia, sumptibus magnifici et generosi viri et studiosorum omnium Mæcenatis Antonii Fuggeri. Quos cum prudentissimus vir, in judicium adhibitis doctissimis hominibus, præcipue vero Ludovico Carino, cui et tribuebat multum et quo uno omnium maxime delectabatur, dignos existimaret ut in publicum exirent, tum ob rerum quas tractabant amplitudinem, tum ob historiæ seriem longissimam a condito mundo usque eleganti ordine deductam, sollicite (ut fuit propagandæ posteritatis studiosissimus) de conversione cogitare, et quem ei muneri præficere posset, anxie deliberare secum cœpit, et tandem de multis unum eumque omni liberali doctrina politissimum virum, et in lingua utraque singularem prope, Hieronymum Wolfium, scholæ et urbis vestræ ornamentum, non exigua præmii spe proposita elegit. Quem laborem hoc libentius suscepit, quo juvandæ posteritatis studiosior et Fuggeranæ familiæ laudis propagandæ avidior fuit. Sed cum ob afflictam valetudinem, a qua fere nunquam ob assiduum in litteris studium, ut ego quidem existimo, liber est, solus et versioni et scriptioni vacare non posset, me sibi, accedente auctoritate et consilio Joannis Baptistæ Heintzelii, viri et rerum tractandarum usu eximii et mei amantissimi, a cujus prædicatione invitus digredior, socium laborum adjunxit, meaque opera in exscribendo Zonara et Choniate Græce et Latine ultra integrum annum usus est, eamque non prorsus improbavit. Qui vel ob hoc minus gravis mihi esse debuit, quod et triennii sumptus Antonius Fuggerus, eo exacto, pollicitus est, et liberalissime etiam præstitit, et ego tantum utilitatis ex doctrina et domestica consuetudine Wolfii cepi, ut ejus laboris nunquam me pœnitere debeat. » Hactenus ille.

(25) In præf. ad Cedr.
(26) In præf. ad Dionem.
(27) Euseb. in Chr. lib. I.

Cæterum non una est in mss. codicibus Zonaræ Annalium descriptionis ratio, seu rerum in iis pertractatarum spectentur argumenta, quæ in quibusdam ex iis in marginibus, seu qui interdum, cum nova inchoatur materia, in ipso contextu tituli apponuntur. Ac certe quoad notas istas marginales, non semper etiam eædem in omnibus exemplaribus in quibus habentur, nec simili dictione exaratæ. In quibusdam præterea interdum plures ac crebriores quam in aliis, in quibusdam per intervalla longiuscula breviores occurrunt. In aliis denique ac antiquioribus codicibus nullæ fere semper habentur. Scribit Leo Allatius in Diatriba de Georgiis ubi de Cedreno [*imo Scylitza*, c. 27] agit, exstare in bibliotheca Sfortiana codicem ingentem Georgii Scylitzæ nomen præferentem, licet unicos duntaxat Zonaræ Annales contineat. Sed et inter codices Palatinos Romam advectos se vidisse ejusdem Zonaræ historiam principio mutilam, a monarchia Romanorum incipientem, in qua, etsi notis ab historia diversis, præfixum est Γεωργίου τοῦ Σκυλίτζη. Quæ quidem differt, inquit, ab edito Zonara, quod in capita divisa ubique summaria capitum exhibeat. « An summarum, » subdit idem Allatius, « auctor Scylitzes iste ? an propterea vel fraude sua vel exscriptorum oscitantia historiæ auctor comminiscitur » seu fingitur? unde prorsus licet conjicere hæcce rerum argumenta non esse ipsius Zonaræ, tum ex eo etiam quod diversis sæpe concepta verbis legantur, tum quod, ut attigi, varie marginibus codicum, alibi scilicet rarius, alibi singulis ferme periodis appingantur. Quod quam inutile sit vel ex eo patet, quod longe satius est quæ in contextu breviter descripta habentur legere, quam in argumentis, cum totidem fere semper verbis constent. Ea qualiacunque sunt et cujusmodi in suis codicibus invenerat Hieronymus Wolfius in interiorem editionis suæ marginem seu ad Græcam columnam edi curavit, et cum non tanti viderentur, eorum omisit interpretationem, notis aliis brevioribus Latinis ad alteram columnam pariter ascriptis, quæ subinde de rerum argumentis lectorem admonerent. Harum plerasque in hac Regia edi curavimus, aliis certis ex causis rejectis, tum etiam ne, si crebrioribus ejusmodi argumentis fuscarentur libri margines, editionis prorsus Regiæ venustas ac majestas commacularetur. Atque id quidem causæ fuit, ut Græca ista argumenta in interiores margines rejicere, quod fecerat Wolfius, visum non fuerit, tum quod illæ in editionibus Regiis vulgo hasce notas hactenus non admiserint, tum etiam quod eo sunt inutiles, quod appositæ Latinæ idem prorsus efficiant. Ne tamen Græcis argumentis fraudare lectorem videamur, ea rursum hic recudimus, aliquot in locis ex mss. codicibus auctiora, eaque secundum librorum et sectionum numeros digesta, ita ut rerum a Zonara in Annalibus descriptarum elenchi seu summarii vicem præstare possint.

Quid porro postremæ huic ac Regiæ prorsus Joannis Zonaræ Annalium editioni accesserit, lectorem interest edocere. Græca contulimus, maxime in locis qui dubietatem quamdam præferebant, cum quatuor codicibus Regiis et uno Colberteo. Regiorum duo [1714, sæc. XIII, et 1716, sæc. XV] integros Annales complectuntur, præterquam quod horum alter [1716] duobus foliis initio mutilus est; tertius [1768, sæc. XIV], secundam Annalium partem; quartus [1718, sæc. XVI] demum, isque recentiori descriptus manu, eosdem Annales ab imperio Diocletiani ad Alexium continet. Codex Colberteus (28) sat bonæ notæ, paucis etiam paginis initio mutilus, desinit in hujusce editionis sectionem 34 libri XII, in Maximini scilicet et Licinii imperium. Varias ex hisce codicibus excerptas lectiones in Notas subinde retulimus, nonnullis quæ extra controversiam videbantur in contextum ipsum immissis. Hieronymi Wolfii versionem Latinam interdum et rarius emendavimus, maxime iis locis ubi auctoris mentem non omnino erat assecutus, quos in Notis fere semper indicamus; sed præsertim in ea parte ubi res Byzantinæ pertractantur quædam potissimum immutavimus, ubi palatinas seu ecclesiasticas dignitates minus consentanee reddidisse videbatur. Annalibus denique Adnotationes nostras subjecimus, una cum Disceptatione de Hebdomo et aliquot additamentis ad nostram Cpolim Christianam, de quibus omnibus initio cujusque lucubrationis lectorem monemus.

Breve denique Chronicon, levioris forte licet momenti, Joannis Zonaræ Annalibus subjicimus, quod temporum ab Adamo ad Alexium Comnenum, quæ ille persequitur, summarium quoddam contineat, cujusmodi nonnulla alia habentur in codicibus manuscriptis bibliothecæ Regiæ, quæ tamen in annorum characterismis non omnino ubique cum eo quod edimus conveniunt, exscriptorum, ut existimo, potius incuria, quam eorum a quibus sunt confecta. Ut tamen cæteris istud præferrem, fecit viri in chronologicis ut et in cæteris disciplinis versatissimi Dionysii Petavii auctoritas, a quo primum editum est cum Nicephori patriarchæ Breviario historico : quod cum in Regia editione ejusdem scriptoris omissum fuerit, hic rursum proponere visum est, tum maxime, ut attigimus, quod eosdem quos Zonaras annos complectatur, a mundo scilicet condito usque ad eumdem Alexium.

Sed priusquam huic Præfationi finis imponatur, præstat, quod supra sumus polliciti, aliorum Zonaræ operum, quorum memoria ad nos pervenit, indicem subjicere, ut vel inde, quam singularis fuerit viri eruditio ac pietas, lector assequatur. Atque ut ab editis sumatur initium, occurrit in primis Commentarius in canones apostolorum et conciliorum (29) et in Epistolas canonicas (30), cujus titulus

(28) Nunc Regius 1717, sæc. XIII. Præter hos Zonaræ codices Parisiis sunt duo alii, alter Coislinianus 137, sæc. XIV, alter paulo post Zonaram a Ducangio editum Parisios advectus, Regius 1715.

(29) Ed. Paris. 1618, in fol. et in *Beveregii* Pandectis Canonum.

(30) Ed. ad calcem *Gregorii Thaumaturgi*, Paris 1621, in fol. et in *Beveregii* Pandectis Canonum.

ita concipitur in codicibus mss. Regiis : Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων τῶν τε ἁγίων καὶ σεπτῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων Πατέρων, πονηθεῖσα Ἰωάννῃ μοναχῷ τῷ Ζωναρᾷ τῷ γεγονότι μεγάλῳ δρουγγαρίῳ τῆς βίγλας καὶ πρωτοασηκρῆτις. In istius porro operis Præfatione illud se aggressum ait non sponte sed alterius persuasu, Manuelis forte Comneni imp., ut infra dicemus : Μή τις δέ μοι καταγνοίη προπέτειαν· οὐ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ τῷ πονήματι ἐγχειρῶ, ἀλλὰ παρακληθεὶς ὑπέκυψα καὶ τῷ πόνῳ δέδωκα ἐμαυτὸν ἵνα μὴ εἰς ἀντιχοΐαν κατακριθῶ.

Λόγος πρὸς τοὺς τὴν φυσικὴν τῆς γονῆς ἐκροὴν μίασμα ἡγουμένους. Editus habetur in Jure Græco-Rom. [tom. I, p. 351-361 et in Enimundi Bonefidii Jure orientali, p. II, p. 216, 237.]

Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ Ζωναρᾶ, ἐκ προσώπου τῶν ἀρχιερέων, περὶ τοῦ μὴ δεῖν δύο δισεξαδέλφους τὴν αὐτὴν ἀγαγέσθαι πρὸς γάμον (31). Edit. a. v. c. Joanne Baptista Cotelerio, tom. II [p. 883] *Monumentorum Eccl. Gr.*

Laudatur a Petro Lambecio lib. III *De Bibl. Cæsarea*, pag. 39, ejusdem Zonaræ et Nicetæ Thessalonicensis Expositio canonum Anastasimorum S. Joannis Damasceni, hoc titulo : Ἰωάννου ἀσκητοῦ τοῦ Ζωναρᾶ, γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίγλας καὶ πρωτοασηκρῆτις, ἐξήγησις τῶν ἀναστασίμων κανόνων τῶν τοῦ Δαμασκηνοῦ, cujus initium hisce verbis concipitur : Ἐπεὶ κανόνων ἑρμηνεία ἐστὶ τὸ παρὸν σύνταγμα, χρὴ καὶ περὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα τοῦ κανόνος, καὶ τὴν τοῦ εἱρμοῦ καὶ τῆς ᾠδῆς κλῆσιν, ἔτι δὲ καὶ τοῦ τροπαρίου (ἐκ τούτων γὰρ ἀπαρτίζεται ὁ κανών) φιλοσοφῆσαι ἡμᾶς. Posterioris vero expositionis titulus est hic, Αὕτη ἡ ἐξήγησις τῶν ἀναστασίμων κανόνων τοῦ πρώτου καὶ τοῦ δευτέρου, ἄχρι τῆς ς' ᾠδῆς, γέγονε παρὰ ἱερωτάτου μητροπολίτου Θεσσαλονίκης κυρίου Νικήτα ἐξ αὐτοῦ τοῦ Ζωναρᾶ, etc. Laudatur pariter Zonaras in canones Anastasimos Damasceni ab Allatio in Syntagmate de Georgiorum scriptis pag. 417, ex quibus quædam fragmenta edidit Jacobus Gretzerus sub initium libri v *De sancta cruce* ; et in Octateuchum ejusdem Joannis Damasceni Expositio pulcherrima, ab eodem Allatio in *Symmictis*, pag. 453.

Servatur in bibl. Reg. : Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ πρωτοασηκρῆτις τοῦ Ζωναρᾶ κανὼν εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, οὗ ἡ ἀκροστιχίς ΥΣΤΑΤΟΣ ΗΧΟΣ ΥΣΤΑΤΟΝ ΠΛΕΚΕΙ ΜΕΛΟΣ. [ed. in Jo. Bapt. Cotelerii *Ecclesiæ Græcæ Monum.*, tom. III, p. 465-472]. Huic subduntur Νικηφόρου πατρικίου καὶ ἀνθυπάτου Μιτυληναίου στίχοι καταβάσιοι ιβ' εἰς τὴν ποσότητα τῶν ιβ' μηνῶν. Μὴν Σεπτεύριος, etc.

Quatuor præterea Zonaræ laudantur opuscula a Leone Allatio in Diatriba de Symeonibus, scilicet :

Λόγος εἰς τὴν σταυροπροσκύνησιν, hoc initio, Ἠρετό μέ τις πρόβλημα τῶν ἐκ πνεύματος. Ἐπεὶ δὲ καὶ σωφρονῶν.

Βιος τοῦ ἁγίου Σιλβέστρου, hoc initio, Οἱ μὲν σεπτοὶ καὶ θεόπται ἀπόστολοι. Proinde alia est Vita ejusdem S. Silvestri edita a Combefisio, cujus initium aliter concipitur.

Ὑπόμνημα εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ Σωτῆρος, hoc initio, Πάλιν τοῖς εὐσεβέσι πανήγυρις, καὶ πάλιν μυστήριον ἕτερον. Denique

Εἰς τὸν Ἱεροσολύμων Σωφρόνιον, hoc initio, Οἱ τοῖς θείοις καὶ μακαρίοις Πατράσι συγγράφοντες τὰ ἐγκώμια.

Laudatur etiam a Lambecio lib. v *De bibl. Cæsar.*, pag. 150, opusculum aliud Zonaræ, hoc titulo, Περὶ τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ἐκ τῆς ἐπιστολῆς Ἰωάννου τοῦ Ζωναρᾶ, Ὅτι καὶ δίκαιοι πολλάκις, ἣν κα τῶνδε μεθίστανται, ὀπτασίας ἁγίων τεθέανται καὶ θείων ὕμνων ἐν οὐρανοῖς αὐτήκοοι γίνονται, etc. Sed hæc epistola est ex iis quæ sub nomine etiam Glycæ circumferuntur ; de quibus mox agemus.

Scribit idem Lambecius lib. IV servari in eadem bibl. Cæsarea anonymi cujusdam auctoris Paraphrases 33 in totidem S. Gregorii Nazianzeni carmina, de quorum auctore nondum liquet, inquit idem Lambecius, nisi sint Nicetæ Davidis Paphlagonis, quem Δαδύβρου scilicet episcopum nominatum ait David Hœschelius (32), cujus Commentarius in S. Gregorii Nazianzeni Tetrasticha et Monosticha Latine versa edita sunt ab Hercule Phaello Imolæ an. 1588, vel potius Joannis Zonaræ, qui non solum S. Gregorii Nazianzeni Tetrasticha, verum etiam alia non pauca partim ejusdem partim diversi generis monumenta antiqua commentariis atque paraphrasibus suis illustravit. Vide pag. 39 et 247 ejusdem lib. IV (33).

Laudatur præterea ejusdem Zonaræ Lexicon, de quo ita Josephus Scaliger in epistola ad Isaacum Casaubonum, quæ est 48 inter Scaligerianas editas : « Ego quoque videor mihi non inutiliter Zonaræ Lexicon tractare, quod est in libris soceri tui » (Henrici Stephani). « si per se et affinem tuum Paulum Stephanum ejus usura brevis mihi contingat. » [Ed. ab I. A. H. Tittmanno, Lips. 1808, 2 vol. in-4, sed de auctore valde dubito.]

(31) Ex cod. Reg. 2038.
(32) In Bibl. August., p. 46.
(33) Zonaræ Procemium Commentarii in S. Gregorii Nazianzeni Tetrasticha editum est in libro inscripto ΝΙΚΗΤΑ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΤΟΥ ΚΑΙ ΔΑΒΙΔ ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΑ ΤΕΤΡΑΣΤΙΧΑ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΥ. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΑ μονόστιχα. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὰ ἐπιγράμματα τὰ εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον παράφρασις. ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΓΕΩΜΕΤΡΟΥ ἐπιγράμματα, Venet. ap. Franc. Zanetum 1563, in-4.

Meminit denique Joannes Pontanus, in Præfatione ad historiam Joannis Cantacuzeni, poematum Joannis Zonaræ de Processione Spiritus sancti, quæ a Genebrardo in Latinam linguam conversa esse observat. Ea cum in omnibus fere bibliothecis exacta satis adhibita diligentia conquisierim, nec reperi, nec ubi et in quo Genebrardi volumine edita sint ab hujusce urbis viris doctis rescire potui (34). Sic porro Pontanus : « Zonaram fuisse schismaticum testari possunt ejus poemata aculeatissima de processione sancti Spiritus, et alia adversus Latinos composita, quæ Genebrardus dum converteret, se criminationes illas omisisse narrat. » Quæ quidem ipsissima Pontani verba exscripsit Allatius in Creygtonum (35).

Enimvero præter supra laudata Joannis Zonaræ opera circumferuntur passim in bibliothecis Epistolæ dogmaticæ, continentes obscuriorum sacræ Scripturæ locorum explicationem, numero sex et quinquaginta, quarum seriem et argumenta descripsit Petrus Lambecius (36); quas quidem Joanni Zonaræ quidam codices, alii Michaeli Glycæ ascribunt, adeo ut hactenus incertum maneat utrius sint : tametsi in eam videatur concedere sententiam Leo Allatius (37) ut Glycæ potius illas tribuat quam Zonaræ, ubi ita scribit : « Hæc et alia Michael Glycas, epistola satis prolixa ad Joannicium monachum, etc. Hujus etiam epistolam de hac eadem re se legisse scribit Casaubonus exercit. in Baronium 16, n. 49, sed sub nomine Zonaræ editam, quam Glycæ esse codices antiqui repræsentant. Cujusnam vero sint illæ epistolæ, quæ sub nomine Glycæ et Zonaræ nomine in mss. prostant, alius erit disserendi locus. » Utinam viri doctissimi et in re veterum libraria peritissimi exstaret super hac difficultate dissertatio, quæ nos ab hac disquisitione levasset. Certe Zonaræ has ascribit codex Regius, sed recentiori manu scriptus, anno scilicet mundi juxta Græcos 6996 (Christi 1488), Ind. 6, hoc titulo Ἐπιστολαὶ κυροῦ Ἰωάννου Ζωναρᾶ καὶ πρωτοσυγκρίτης καὶ δρουγγαρίου τῆς βίγλης. Continet porro hic codex [n. 3015] 45 duntaxat epistolas, quarum prima Joanni Sinaitæ inscribitur, penultima vero, quæ est 38 in indice Lambeciano, videtur esse Manuelis Comneni imper., scripta videlicet, ut præfert inscriptio, Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρίῳ Ἀλυπίῳ τῷ ἐγκλείστῳ Εἰ χρὴ τὴν μαθηματικὴν ἐπιστήμην ἀποτρόπαιον ἡγεῖσθαι παντάπασιν. Initium vero illius est, Τὰ τῆς μαθηματικῆς, etc. Atque in hæcce verba desinit : Ἐκ τούτων οὖν πάντων μάνθανε, ἱερὰ κεφαλὴ, ὡς εἱμαρμένη μὲν καὶ γέννησις παντάπασιν ἀπηγόρευνται τὸν κατ' εἰκόνα καὶ γὰρ Θεοῦ πλασθέντα λογικὸν αὐτεξούσιον ἄνθρωπον· οὐ γὰρ φυσικαῖς ἀνάγκαις ὑποκεῖσθαι καταδεξώμεθα· προγνωστικὴν δέ τινα τοῖς ἀνθρώποις ἐνδεδόξασθαι δύναμιν, καθὰ καὶ φθάσας ὁ λόγος ὑπέδειξεν, οὐ τοσοῦτον ἀπέοικε δι' ἣν αἰτίαν εἰρήκαμεν, εἰ καὶ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἐνασχολεῖσθαι τούτοις οὐ συγχωρούμεθα, ὅτι μὴ κατὰ λόγον ὀρθὸν αὐτοῖς ἀποχρώμεθα. Istius epistolæ Antapologeticum sequitur in cod. Reg. et in Indice Lambeciano, qui hanc Manueli omnino ascribunt, hoc titulo : Ἀνταπολογητικὸν ἐκ μέρους πρὸς τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ γραφὴν τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ Κομνηνοῦ, τὴν ἀπολυθεῖσαν πρός τινα μοναχὸν ἐπιμεμψάμενον οὐ μικρῶς αὐτοῦ διά γε τὸ τῆς ἀστρολογίας μάθημα, καὶ φιλονεικοῦσαν τὸ τοιοῦτον συστῆσαι μάθημα φυσικαῖς καὶ γραφικαῖς ἀποδείξεσι. Tum vero illius initium hisce verbis concipitur : Τολμῶν ὑπομιμνήσκω τὸ προγεγονὸς γράμμα τῆς βασιλείας σου καὶ εἰς ἡμῶν ἤδη χεῖρας ἐληλυθέν. Καὶ ἐν πρώτοις μὲν ἀναγνοὺς καὶ περιεπτυξάμην αὐτῷ καὶ θερμῶς κατεφίλησα. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι παναγίᾳ τῷ ὄντι καὶ ἠρεμαίᾳ φωνῇ, κατὰ μίμησιν αὐτοῦ τοῦ εἰπόντος Χριστοῦ, « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, » πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον ἐποιήσατο τὴν ἀπόκρισιν τὸν ἀπερισκέπτως οὕτω τοῦ θεοστεφοῦς καταβοώμενον κράτους σου. Μετὰ δὲ ταῦτα τὸ τοιοῦτον γράμμα ἐθαύμακα κατά γε τὸ προσὸν αὐτῷ τῶν λέξεων στρυφνὸν καὶ εὔρυθμον καὶ τὸ τῶν νοημάτων βαθὺ καὶ πυκνόν. Οἷς δὴ νοήμασι, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως, περιπεσὼν, χειροδοθῆναι πρὸ τοῦ καταπνιγῆναι τὸ τέλεον, etc. Alia ex eadem epistola exscribimus in Notis ad nostrum Zonaram, ubi de Vectio Valente astronomo, qui imperante Constantino Magno vixit, agimus. Sub finem vero hæc subduntur : Πείθομαι οὖν καὶ τοῦτο, κράτιστε βασιλεῦ, ὡς οὐκ ἂν ὁ μοναχὸς ἐκεῖνος παύσαιτό ποτε κατηγορῶν τοῦ μαθήματος, εἴπερ εὐπαράγραπτοί εἰσιν ἐπὶ τοσοῦτον οἱ κατ' αὐτοῦ προσφερόμενοι μάρτυρες. Ad calcem denique codicis Regii describuntur eorum nomina quorum auctoritatibus usus est epistolarum scriptor, Συγγράφοντες καὶ συμμάρτυρες τῆς βίβλου αὐτοὶ, Γρηγόριος ὁ θεολόγος, ὁ μέγας Βασίλειος, Γρηγόριος Νύσης, Ἰωάννης ὁ Χρυσοῤῥήμων, ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ὁ Κύριλλος, ὁ μέγας Ἐπιφάνιος, Ἀναστάσιος ὁ Συναΐτης, Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς, Γρηγόριος ὁ διάλογος, Ἀνδρέας Κρήτης, Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ ἀπόστολοι, Νικηφόρος πατριάρχης, σὺν τούτοις καὶ Μωσῆς καὶ Δαβὶδ, καὶ τίς ὁ φωτίζων τούτους καὶ μάρτυς ἀψευδὴς, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ex hisce epistolis aliquot edidit Bonaventura Vulcanius in notis ad S. Cyrillum contra Anthropomorphitas, ex cod. quem Georgius Douza Cpoli attulerat, recenti et parum fida manu, ut ipse testatur, exscripto, qui Joannis Zonaræ nomen præferebat. Zonaræ ascribuntur præterea istæ epistolæ in Indice librorum Græcorum ex cod. ms. Reg. 2813. Verum codices duo Cæsarei, quos laudat Lambecius (38), quorum prior 50, alter 56 epistolas continet, Michaelem Glycam auctorem præferunt, hoc lemmate : Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ εἰς τὰς ἀπορίας τῆς θείας Γραφῆς. Laudantur etiam a Gesnero sub nomine Glycæ, ut et ab Hœschelio ex bibl. Augustana eodem titulo, et a Jacobo Pontano, qui priores duas Latine edidit. Sed et ad calcem

(34) V. *Fabricii* Biblioth. Gr. ed. Harles, t. XI, p. 222.

(35) Pag. 346.

(36) Lib. IV, de Bibl. Cæsar.

(37) *Contra Creygton*, p. 544.

(38) Fol. 30, v.

codicis posterioris Cæsarei hæc scribuntur : Τοῦτο βιβλίον ὑπάρχει Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ. Promiscue vero hasce epistolas sub nomine Zonaræ sive Glycæ semper laudat Allatius, lib. II *De consensu utriusque Ecclesiæ*, cap. 18, n. 17; lib. III, cap. 15, n. 8, cap. 16, n 24; cap. 18, n. 8, et contra Creyghtonem (39). In quibus quidem locis quasdam ex iis integras exscripsit, ita ut, cum scribebat, cujus essent non omnino ipsi pro indubitato haberetur. Id duntaxat constat, harum auctorem vixisse sub Manuele Comneno, tum ex Antapologetico cujus meminimus, tum ex viris primariis aulæ Cpolitanæ quibus aliquot inscribuntur, atque in iis Joanne Duca magno hetæriarcha et sebasto, cujus præ cæteris, ut alios prætercam, mentio occurrit apud Nicetam (40), et Manuele Comneno sebastocratore, qui non alius est ab eo cujus pariter meminit Cinnamus (41).

Quando vero Glycas vixerit, ex illius Historia non promptum est assequi : tametsi Zonara posteriorem fuisse, vel certo post Zonaram scripsisse, ex eo colligimus quod illins Annales non semel laudet (42). Unde illo multo esse posteriorem non desunt qui conjiciunt. Neque perinde ex Annalibus, vel ex aliis hactenus editis operibus, Joannis Zonaræ ætatem plane deprehendimus, nisi quod post imperium Joannis Comneni vitam produxisse ipsemet videatur indicare, atque adeo vixisse Manuele imperante, a quo, ut opinor, ipse et Theodorus Balsamon, tum Magnæ Ecclesiæ Cpolitanæ nomophylax et chartophylax, deinde Antiochenus patriarcha, sunt delecti ut sacros canones inspicerent et quæ in iis obscuriora occurrerent interpretarentur, vel quæ aliquatenus legibus adversari viderentur observarent; quod de se testatur Balsamon in Præfatione ad expositionem Nomocanonis. Quod quidem ad ipsum Zonaram referri potest, qui suos in canones Commentarios non suapte sed alterius jussu se conscripsisse prodit, uti supra observavimus, ita tamen ut Zonaras suos emiserit ante Balsamonem, a quo non semel et cum elogio is laudatur. Ex quibus saltem licet colligere, sub Manuele vixisse Zonaram atque adeo ipsum Glycam, si quidem illius sunt epistolæ de quibus agimus : quod certe suadere videtur scriptionis qua in Annalibus utitur ratio, ubi sacræ Scripturæ potius quam illustrandæ historiæ totus incumbit. Quin etiam in iis astronomos carpit et illos qui astrorum affectionibus quidquid in terra agitur ascribunt, adeo ut τοὺς μὲν πόρνους, τοὺς δὲ μοιχοὺς καὶ ἄλλους πάλιν φονέας καὶ ἅρπαγας efficiant (43); quod et ipsum iisdem ferme verbis habetur in Antapologetico cujus supra meminimus : licet fateatur, ut et auctor Antapologetici, multa ex siderum affectionibus et signis cœlestibus id quod futurum sit nos posse conjectare. Ex quibus non omnino tamen conficitur Michaelem Glycam esse auctorem epistolarum de quibus agimus, cum trivialis et quibusvis obvia sit ejusmodi circa astrorum influxus sententia, atque adeo ipsius sit Zonaræ, qui in Annalibus (44) Deum astra condidisse scribit ut terræ ambitus per ea illustraretur et mensura temporis ex eorum circuitibus peteretur, non vero ut una cum motu stellarum omnia nostra circumferantur. Jam vero Manuelem imperatorem astronomiæ plus quam par erat operam impendisse, et astrologorum nugas pro oraculis excepisse, testatur non uno loco Nicetas in illius Vita (45). Quem quidem haud mirum sententiam suam in epistola ad monachum firmasse tot sacræ Scripturæ et Patrum auctoritatibus, cum a Cinnamo (46) divinis perinde ac humanioribus litteris admodum instructus, et bello clarus habitus, Martem et Mercurium una et simul coluisse dicatur : ita ut Manueli aptari potuerit quod Calpurnius (47) de Carino imperatore cecinit :

Utcunque tamen conspeximus ipsum
Longius, ac, nisi me decepit visus, in uno
Et Martis vultus et Apollinis esse putavi.

(39) P. 541, 544.
(40) In Alexio Man. f. n. 7-9.
(41) Lib. V, n. 14, 15.
(42) Glycas p. 140, 286, 294, 297.
(43) Glycas p. 26.
(44) Lib. I, n. 4.
(45) Lib. II, n. 7; lib. V, n. 2, 8; lib. VII, n. 7.
(46) Lib. VI, n. 2.
(47) Ecl. ult.

LECTORI.

Monitum subsequens præmittebatur Notis historicis Du Cangii quas ex calce t. II revocatas textui subjecimus. EDIT.

—

Ejusmodi sunt qui generalem præsertim spectant historiam, quemadmodum sunt Zonaræ quos modo recudimus, Annales, ut fusioribus illustrari commentariis minime debeant : cum qui id faciendum sibi proponeret, inutilibus potius ac supervacaneis Lectorem fatigaret observationibus, quam labore quovis sublevaret. Ea quippe est scriptionis istius ratio, ut quæ ex auctoribus decerpuntur, attingantur duntaxat, nec pleniori oratione conscribantur. Continua gestorum series, et secundum certiores temporum notas digesta, in illis attenditur potissimum, adeo ut ipsas consulere origines necesse habeat, qui prolixiores expetierit narrationes ; cum eorum qui condunt annales præcipuum sit consilium, ut universali quadam rerum cogni-

tione, Lectoris animum informent. « Ita Zonaræ illud in primis fuit, ut recte in Præfatione ait Wolfius, certam quamdam historiæ quasi disciplinam constituendi, et dispersa in plurimis membra, et partes ejus in unum quoddam corpus redigendi. Delegit enim sibi non omnium, sed præcipuarum gentium historias: neque eas omnes, sed vel præcipuas duntaxat, vel eas quæ ad Ecclesiæ seriem perspiciendam facere videbantur. » In hac igitur tot eventuum atque rerum expositione, quam Annales complectuntur, qui mundi primordia, Veterisque Fœderis historias, quæ ex sacris Libris, et ex Josepho, ac Georgio Syncello: aut res Græcanicas, vel etiam Romanas, seu reipublicæ seu imperii tempora spectentur, ex scriptoribus refert Zonaras, cum iis conferre vellet, ac eorum auctoritate firmare qui singulas ex professo pertractarunt, vel quæ ille de industria omisit afferre, duo pariter subiret incommoda, ut et nimium diceret, nec tamen totum, ut Quintiliani verbis utar: fatendum tamen occurrere interdum in iis multa, quæ critica indigeant manu: cum in ipsa videlicet narratione, aut in personarum vel locorum nomenclaturis, atque adeo in factis ipsis a suis discedunt authenticis, de quibus Lectorem interest admonere. Nonnulla sunt præterea, quæ locis exoticis possunt adornari, cum lumen sibi invicem plerumque commodent scriptores: quod quidem in notis, quas hic in præsens edimus, pro virili præstitimus, in iis maxime quæ Byzantinæ historiæ illustrandæ conducunt, quandoquidem hosce Annales publicamus, cæteris rerum Byzantinarum scriptoribus, typis regiis hactenus expressis, adjungendos. Nam ut Theophanem, ac illius Continuatores, vel qui, ut Zonaras, Annales a mundi conditu ad sua tempora, alia forte methodo, perduxerunt, Georgium Cedrenum, Georgium Hamartolum, Symeonem Logothetam, Joannem Scylitzen, Constantinum Manassem, Michaelem Glycam, Joelem, et alios istiusmodi cum ipso Zonara compararem, absonum prorsus visum esset, cum satis et abunde sit, si quæ sunt extra usum communem, vel a cæteris intacta, in notas referantur, ex quibus scriptori lux utcunque affulgeat. Jam vero cum in universam Byzantinam historiam perpetuos, ut ita dicam, seu qui singulis illius scriptoribus aptari possint, commentarios antehac ediderim, duobus publicatis voluminibus, quorum alterum Familias Augustas et Dalmaticas, una cum urbis Constantinopolitanæ descriptione, alterum, ad mediæ et infimæ Græcitatis Glossarium complectatur, in quo non modo vocabula mixobarbara, sed etiam dignitates palatinæ, militares, ecclesiasticæ et monasticæ explicantur: unum supererat, ut sola duntaxat facta illustrari posse arbitrarer. Quod quidem ita a me præstitum est, ut si quid in supra memoratis lucubrationibus excidisset, subinde annotarem, idque sæpe ex scriptoribus ineditis, ne vel ex incuria nostra, vel ex memoriæ lapsu dispendium Lector patiatur. Sed et varias interdum lectiones ex Zonaræ manu descriptis codicibus, quos videre contigit, subinde inserimus, prætermissis interea synonymis, tanquam nullius compendii, quod et se fecisse profitetur Wolfius interpres; cujus alioquin notas priori editioni subditas, cum nostris edi suis locis curavimus, littera nominis initiali W. indicatas, prætermissis quibusdam inutilibus. Atque hæc quidem priorem Annalium partem, et alteram usque ad Constantinum Magnum potissimum spectant, ubi paulo visus est accuratior, quam in iis quæ Byzantinorum imperatorum historiæ erant subjunctæ, in qua minus scientem fuisse palam est, quod et ipsemet ingenue agnoscit; quemadmodum et Xylander in notis ad Cedrenum singulis fere locis, qui res Byzantinas spectant, non modo hæsitare cogitur, sed fatetur ultro vocum sibi insolentium, partim hybridarum ac μιξοβαρβάρων, partim prorsus et ad apud Latinos et apud Græcos peregrinarum, notiones ignotas, nec alibi lectas: quod non omnino mirandum, siquidem hac tempestate, nulli tum fere essent editi Byzantinæ historiæ scriptores, et in iis illustrandis nemo ex tot viris eruditis studia sua hactenus contulerat.

HIERONYMI WOLFII

IN

JOANNIS ZONARÆ ANNALES

PRÆFATIO,

Ad magnificum et generosum virum D. Antonium Fuggerum Kirchpergæ et Weissenhorni dominum, Cæsareæ majestati a consiliis, etc.

—

Opus hoc historiarum Joannis Zonaræ, viri sua ætate in Cpolitano imperio clarissimi, longo jam tempore a multis viris doctissimis desideratum, duplici potissimum nomine commendandum esse videtur, tum propter amplitudinem et varietatem rerum quæ in eo continentur, tum ob brevitatem, h minibus vel in re publica vel domesticis negotiis vel studiis gravioribus occupatis, vel iis quorum infirmior est memoria, gratam atque aptissimam. Neque enim cuilibet accommodatum est omnia scripta om-

nium historicorum evolvere, et præcipuas res summorum imperiorum a mundi exordio, quantum quidem mortalitati nostræ concessum est, usque ad hanc ætatem, ignorare turpissimum. Nam si Cicerone auctore inter hominem et belluam hoc maxime interest, quod hæc tantum quantum sensu movetur, ad id solum quod adest quodque præsens est se accommodat, paululum admodum sentiens præteritum aut futurum, homo autem quoniam rationis est particeps, consequentia cernit, principia et causas rerum videt, earumque progressus et quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, et rebus præsentibus adjungit atque adnectit futuras, facile totius vitæ cursum videt, ad eamque degendam præparat res necessarias, vix hominis nomine dignus est qui memoria et cogitatione ultra suam ætatem non progreditur. Ac præscientia rerum futurarum, si qua est, divini potius esse muneris quam humani ingenii creditur : etsi non desunt qui vel natura incitati vel arte adjuti vel usu rerum edocti ea prædicunt quæ multo post futura sunt. Quæ quidem facultas et latius pateret et multo esset illustrior, si tria hæc in uno homine conjungerentur : præteritarum autem ignoratio in homine litteris vel mediocriter imbuto vix ullam habet excusationem. Neque enim in hac, ut in illa, vel de rei difficultate vel de naturæ nostræ imbecillitate queri possumus, sed vel supina negligentia vel occupatio supervacanea vel inane voluptatis studium culpam omnem sustinet. Quis enim omnium mortalium ita negotiis obruitur quin, si parcus et prudens sit temporis pretiosissimi et irreparabilis thesauri dispensator, unam atque alteram horam legendo meditandoque absque ullo incommodo valetudinis et rerum suarum dispendio quotidie possit impendere? Videmus enim quibus nugis, ne quid dicam gravius, plerisque tempus pereat, quod longe rectius studio sapientiæ tribueretur. Nec injuria vir gravissimus Seneca exclamat, magnam vitæ partem nihil agentibus, majorem male agentibus, totam aliud agentibus elabi, eoque fieri ut necessaria ignoremus quoniam supervacanea didicerimus. Supervacanea porro intelligit immodicum voluptatum, honoris, potentiæ, pecuniæque studium, necessaria vero philosophiam, hoc est humanarum divinarumque rerum cognitionem : quæ si ulli mortalium perfecta contingeret, haud dubie omnium oculi atque animi in illum unum tanquam deum quemdam converterentur. Nunc quia nomen inane multi jactitant, perpauci vero ita sunt morati ut recta ratio postulat, fit ut res ipsa vulgo non intelligatur, et nomen odiosum æque atque ridiculum habeatur. Idque haud scio quam recte. Neque enim disciplinæ aut vitæ genus ob hominum inscitiam aut perversitatem jure traducitur : et qui tam severo judicant, ne semetipsos quidem, nisi mentis errore afficiantur, probabunt. Homines enim sunt ut cæteri, et iisdem affectibus obnoxii : et parum liberale est unum atque alterum nævum exagitare dissimulatis virtutibus, quarum in philosophis non minima est studium inquirendi veri et moderandarum cupiditatum, ut intra naturæ præscriptum coerceantur, eodemque pro sua virili producendi quam plurimos. Postulare autem ut ii sese infra omnes infimos homines abjiciant, et in extremis sordibus Cynicorum more vivant, immanis est inscitiæ atque superbiæ. Sed ad historiam redeo, quæ cum crassior quædam philosophia sit, et exemplis potius quam rationibus vitam civilem ac privatam instituat, non dubium est quin magnam habeat utilitatem cum summa suavitate conjunctam. In qua quæ præcipue observanda sint, prudenter Livius his verbis monet : « Ad illa mihi pro se quisque acriter intendat animum, quæ vita, qui mores fuerint, per quos viros quibusque artibus domi militiæque et partum et auctum imperium sit. Labente deinde paulatim disciplina, velut dissidentes primo mores sequatur animo, deinde ut magis magisque lapsi sint, tum ire cœperint præcipites, donec ad hæc tempora, quibus nec vitia nostra nec remedia pati possumus, ventum est. Hoc illud est præcipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monimento intueri : inde tibi tuæque rei publicæ quod imitere capias, inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites. » Hactenus ille. Sed et Cicero, præterquam quod ait « nescire quid antea quam natus sis acciderit, id est semper esse puerum, » magnis ornat laudibus historiam, cum testem temporum, lucem veritatis, vitam memoriæ, magistram vitæ, nuntiam vetustatis appellat. Quæ etsi vera esse non negem (neque enim quorumdam fabulosa commenta rem ipsam corrumpere possunt), tamen, si maxima ex parte omnium ætatum consilia, acta, eventus æstimemus, quid est aliud historia quam ingens quoddam pelagus ac potius naufragium miserabile humanæ stultitiæ, improbitatis et miseriæ, et speculum longe illustrius vitæ privatæ et politicæ, quam ulla comœdia aut tragœdia? Quæ cogitatio in hujus operis elucubratione perpetuo sensibus atque animo meo obversata est. Sive enim sacra sive profana, sive nova sive vetera occurrerent, sive Hebræa sive Græca tractarentur, cramben eamdem repeti, cantilenam eamdem cani videbam : omnia plena erratorum, scelerum, fraudum, mendaciorum, præstigiarum, ærumnarum, dissensionum, cædium, excidiorum. Ut res ipsa abunde doceat, humanum ingenium ab ipso ortu esse depravatum, neque inanem exstitisse divinam exsecrationem, cum ubique sudor vultus, ubique tribuli et spinæ, ubique serpentis insidiæ appareant. Boni et simplices pauci sunt : et si qui sunt, ii alias per imprudentiam in facinus ruunt, alias malis exemplis corrumpuntur, alias a maximo improborum et callidorum numero opprimuntur. Et quanquam naturæ hominum duo insignia munera, facultas rationis et orationis divinitus sunt concessa, quibus ad contemplandum et celebrandum hujus universitatis Opificem, et ad tuendam ac juvandam hominum inter ipsos communitatem utendum erat, in nullum fere alium usum a plerisque ea converti videmus, nisi ad expeditius fallendum et nocendum, et vastitatem efficiendam. Annon ita plerumque vivitur, ut quemadmodum feræ in solitudine et silvis, pisces in flumi-

nibus et mari, volucres in immensis illis aeris spatiis, magna ex parte quasi naturæ quadam lege imbecilliores opprimunt et devorant, ita etiam in nostro genere callidissimi et potentissimi quique imbecillitatem et simplicitatem cæterorum in suam prædam vertunt, aliquando etiam sine fructu, quid fructu dico? imo etiam cum periculo et incommodo suo aliis nocent; idque cum faciunt, quasi re bene gesta gloriantur. Interea theologi de justo Dei judicio, de præmiis piorum, de suppliciis improborum concionantur; cum ipsi sese, quasi terrigenæ illi fratres, acutis exacerbatæ linguæ pugionibus confodiant, eumdemque morbum in animis auditorum propagent, ut haud injuria dubitari queat an .. sed temperandum est calamo, ne ipse in idem vitium incidam. Philosophi de officiis præcipiunt, et ipsi ab officio sæpe discedunt : neque fere usquam plus est injuriæ quam ubi juris plurimum, neque plus morborum quam in copia remediorum, nusquam plus paupertatis quam in summis opibus, nusquam plus dementiæ quam in summa sapientiæ persuasione. Quæ quidem sapientia consuetudinis inveteratæ, acceptæque a majoribus opinionis, et auctoritatis magistrorum fundamentis haud scio quam firmis innititur. Hinc infinita illa dissidia religionum, doctrinarum, morum, institutorum, et propter opinionum (rei levissimæ) diversitatem capitales inimicitiæ, seditiones perniciosæ, bellaque atrocissima. Inter hæc alii fremunt, alii gemunt, aliqui rident, multi flent, plures indignantur, plerique omnes conqueruntur. Nemo non aliena vitia perspicit et exagitat; sua vero serio et constanter emendat fere nemo, aut sane paucissimi : in quo exiguo grege utinam et ego meipsum numerare possem! Sed nescio quo pacto exemplis magis omnes trahimur quam disciplina et ratione, καὶ τὸν ἐπιχώριον, ut Aristophanes ait, ἀσκοῦμεν τρόπον. Pauci enim ea sunt vel prudentia vel animorum constantia præditi, ut cum vitiis et erroribus suorum temporum pugnare possint. Ita quasi fato quodam præcipites in vitia ruimus, et ex vitiis in calamitates. Quæ fortasse minus multæ aut saltem leviores essent, si rectam rationem et reliquos adhuc in natura nostra divinæ lucis igniculos in tantis fortunæ tenebris tanquam fidelissimos duces sequeremur. Quod si fieret, non toties fatum fatui et cæcam fortunam cæci accusaremus, neque nostros errores et vitia obscuris quibusdam nominibus velaremus. Nulla quidem est in terris vel sapientiæ vel virtutis perfectio, et frustra describitur nobis ille qui apud Horatium :

Uno minor est Iove : dives,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum,
Præcipue sanus,

aut apud Gellium ἀκώλυτος, ἀνέκβιαστος, ἀπαρεμπόδιστος, ἐλεύθερος, εὔπορος, εὐδαίμων. Qualis, ut opinor, nemo unquam fuit neque futurus est. Omnibus enim, quod satyricus perfacete addit, non modo pituita, sed flava et atra bilis aliquando molesta est. Quod utinam minus crebro et in dictis et in factis præstantissimorum virorum cerneretur! Alioqui doctrinam divinarum humanarumque rerum et integriorem et minus controversam et multo expeditiorem haberemus, et vita mortalium ærumnis longe paucioribus premeretur. Sed tantam esse vecordiam et malitiam, ut quasi de industria miseros et nos ipsos et alios esse velimus, id vero est dolendum. Quid enim obstat, morbis et morte exceptis (quorum illos intemperantia voluptatum atque libidinum cumulamus, hanc sæpe quasi refugientem ultro arcessimus), quominus etiam in terris aliquo modo beati simus? cum divina benignitas ad victum et cultum necessaria liberaliter omnia suppeditet, modo recte uteremur et humaniter communicaremus. Nam pestilentiæ quidem et sterilitates et terræ motus et siccitates et inundationes, et si quæ sunt ejus generis alia publica mala, in unius hominis ætatem rarius incidunt. Bella vero nulla naturæ necessitate, sed hominum, eorumque principum et regum, quos virtute et sapientia præstare cæteris et cives suos reddere beatos decebat, vel ambitione vel æmulatione vel avaritia vel crudelitate exsistunt, et longe majorem malorum omnium molem secum trahunt quam quæ naturæ nobis necessitas imposuit. Ne vero cæteri nos excusatos putemus, nunquam principes tantos ciere tumultus possent, nisi inferiores, iisdem morbis laborantes, illorum cupiditatibus non ministros modo sed duces etiam se præberent : qui honesti laboris fuga et scelesti otii cupiditate divina humanaque, jura omnia violare non verentur, et horribili furore et plus quam belluina immanitate grassantur; cumque ipsi pessimi sint, bona etiam aut saltem mediocria ingenia corrumpunt, aut cæteros quietos et tranquillos esse non patiuntur. Sævum profecto et horrendum est Martis imperium, qui ferro et igni sævit; sed paulo mitior est Mercurii tyrannis, qui falsis rationibus et callidis verbis miscet omnia, et tela fere suppeditat quæ Mars ejaculetur : pessimi sane demagogi, ut ab astrologis appellantur, ac potius κοσμοκράτορες. Nam vis et fraus, jure et veritate oppressis, plerumque rerum potiuntur. Quod etsi ita in promptu est, ut optabile sit esse obscurius, tamen nescio quo modo lectione historiarum magis animus commovetur et ad considerandam vitæ humanæ sive comico-tragœdiam sive tragico-comœdiam et miseriam simul et vanitatem impellitur : quæ nos ad aliam vitam, piis divinitus promissam, majori studio et ardentioribus votis expetendam excitare debebant, et dum hic sumus, etiam diligentiores, prudentiores et moderatiores efficere. Nam tragicos casus, quorum plenæ sunt historiæ, vel ex superbia et ambitione, vel ex negligentia et temeritate, vel ex animi libidine et injustitia ortum habuisse fere constat; perpaucos autem, dum officio fungerentur, impegisse. Cujus rei Zonaras noster exempla pene innumera, in postremo tomo præsertim (absque quo si esset, posteriorum imperatorum res gestas magna ex parte ignoraremus) compendio proponit. In quo etsi alii alia desiderare

possunt (quis enim satisfaciat omnibus?), tamen conatus ejus egregius atque institutum præclarum fuit, certam quamdam historiæ quasi disciplinam constituendi, et dispersa in plurimis voluminibus membra et partes ejus in unum quoddam corpus redigendi, ea moderatione adhibita, ut instar lauti magis quam copiosi convivatoris optima potius quam plurima apponeret, nec convivas cum fastidio dimitteret, sed ita affectos, ut Timotheum de Platone dixisse ferunt, cœnas ejus etiam postridie delectare. Delegit enim sibi non omnium, sed præcipuarum gentium historias, neque eas omnes, sed vel præcipuas duntaxat vel eas quæ ad ecclesiæ seriem perspiciendam facere videbantur, consilio judicioque suo. Quod sive probarit sive non probarit omnibus, hoc illi cum multis, illud cum paucissimis scriptoribus, ne dicam nullis, commune erit. In bona tamen spe sum, fore plures qui avide accepturi et gratis animis hoc opus pellecturi sint, quam qui contempturi aut calumniaturi. Morosorum vero et obtrectatorum querelas atque aculeos quis hominum deorumve effugiat? quibus, nisi quod ipsi fecerunt, nihil placet : ac ne ipsi quidem sibi ubique satis placent, alioqui non alias aliud probarent atque improbarent. Non inficior posse videri Zonaram alias prolixiorem, ut in Judaica historia, alias breviorem, ut in exterarum gentium rebus gestis. In quo si qua culpa commissa est, excusationem habere videtur hanc, quod ipse non ex suo ingenio deprompsit ea quæ scripsit, sed ex variis auctoribus collecta in certum ordinem redegit; qui auctores inter se dissimillimi sunt. Quod autem non omnia persecutus est, fortasse non negligentia sed de industria fecit. Nam omnium gentium atque urbium res gestas describere immensi est negotii atque adeo infiniti, ut taceam non semper esse fructuosum. Ac parum abest quin dicam, id in tanta amplitudine orbis terrarum non magis esse vel utile vel necessarium, quam si quis in civitate maxima omnium domorum acta cognoscere studeat. Insignia, rara, exquisita, nos aliqua ex parte attingentia ignorare turpe : consectari singula curiositatis potius est quam eruditionis. Si geographis, qui totius terræ formam tenere se profitentur, multas et magnas orbis partes ignorare licuit, cur non idem in historia quoque cum venia liceat? Jam quod ad elocutionem attinet, contiones, strategemata, consilia, eventus, eadem fere ubique recurrunt. Nam finitimos populos plerumque de finibus dimicare, esse causas vel prætextus quosdam bellorum et subitas occasiones, alia atque alia consilia, sententias, eventus, quis nescit?

Occidit miseros crambe repetita magistros,

inquit ille, et alio loco

Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
Gaudia, discursus nostri farrago libelli.

Quæ cum ita se habeant, et Philosopho auctore singularia infinita sint nec ullis scientiæ limitibus includi possint, præcipua ex iis scire satis est (de hominibus occupatis loquor) et ordinem temporum ac rerum gestarum animo complecti. Quam ad rem non parum adjumenti afferet Zonaras noster, qui ab orbe condito auspicatus ad suam usque ætatem, hoc est ad annos abhinc amplius 400 processit. In quo necesse habuit prima quasi rerum gestarum cunabula ex Litteris sacris, Josepho atque aliis scriptoribus vetustis repetere. Quæ nobis, si absque Mose fuisset, plane ignotæ essent : cui nos ut divinitus edocto religio nostra, quamvis adversante philosophia, credere jubet ac cogit. Ut ut sit, auctorem eo antiquiorem et certiorem non habemus. Est enim Judaica historia veluti fundamentum aut principium cæterarum omnium : et gentis illius mirum quoddam fatum, ut pene totum terrarum orbem pervagata, in summis exterarum gentium odiis et adversationibus, tamen opiniones suas mirabili sive pertinacia sive constantia defenderit, atque etiam hodie tueatur, et multos in suam sententiam pertraxerit. Quale nihil in cæteris populis cernitur : quorum historiæ, insertis etiam et explicatis Danielis et aliorum prophetarum oraculis, obiter attinguntur, ut Ægyptiacæ, Assyriæ, Persicæ, Macedonicæ, Romanæ. Quanquam his peculiare volumen dedicavit, quod ego in duas partes distinxi, et Christianos imperatores ab ethnicis separavi, ut totum opus tripartitum esset. De cujus argumento hactenus. Nunc etiam de stylo auctoris nonnihil est dicendum, qui cum non unius sit generis et formæ, sed pro varietate auctorum e quibus hæc petita sunt, et ipse variet, in ultimo tomo præsertim, qua ætate Græca pariter et Romana lingua degeneravit, eruditi homines in eo nonnihil desiderabunt. Desideravi et ipse nonnihil, parcimoniam in primis Demosthenicæ orationis, quæ meo palato longe fuit gratior et ad convertendum non tantum jucundior sed etiam facilior : ut ut aliis difficilis videatur, et mea tenuitate superior. Nam in hoc auctore multæ sunt aut mihi certe esse videntur περισσολογίαι, quæ ut Græcum sermonem suo quodam genio sæpe non infeliciter lascivientem deceant, Latinis auribus multo severioribus, nisi multum ego fallor, permolestæ futuræ erant. Eaque de causa, ubi citra sententiæ detrimentum fieri potuit, a me alicubi prætermissæ sunt. Idque cum non tam mea sponte, quam monitu doctissimorum virorum, Joachimi Camerarii, et Ludovici Carini, fecerim, me facile viris doctis probaturum confido. Imperitorum autem et obtrectatorum judicia, quæ vel nulla vel perversa sunt, contemno, neque facio pluris quam morsum pulicis elephantus Indicus. Fabris enim fabrilia tractanda sunt, neque temere falces in alienam messem immittendæ. Concessa omnibus est ab invidia et imperitia ad æquitatem et eruditionem provocatio. Idem mihi jus, ubi vel decere vel necessarium esse visum est, et in dialogismis ad perpetuam orationem redigendis haud raro permisi, ne propria nomina et pronomina quædam et verbum *inquit* et alia hujusmodi ad fastidium usque inculcanda essent. Quis enim non malit

cum Aristoxeno redire in latomias, quam eamdem cuculi cantilenam audire toties? Ut enim Græci vel ob complures breves et commodas connexionum particulas, vel ob participiorum, quæ præteriti temporis significationem habent, multitudinem, sive etiam aliis de causis, quas hic persequi longum fuerit, a tautologiis et perissologiis minus abhorrent, et omnia minutius et curiosius persequuntur, sic qui apud Latinos imitari eadem voluerit, næ is in horrendam et ineptam incidet loquacitatem? Qui igitur interpretem hujusmodi salebras sine ullo sententiæ detrimento vitantem vel negligentiæ vel malæ fidei accusant, suam vel inscitiam et judicii inopiam vel morbum animi et nulla de causa maledicendi libidinem produnt. Neque tamen indulsi mihi nimium. Nam quod Plato ait, ei qui in disputando respondeat interrogantis vestigia persequenda esse, id multo magis faciendum esse alienæ linguæ interpreti cogitavi. Quod si is scriptor, quem explicandum susceperis, recto itineris præcessit, hoc est si rerum bonitatem cum elegantia dictionis conjunxit, interpres et minus laboris et plus laudis capit: sin illius salebrosa est oratio, et res haud magni momenti continet, alienæ culpæ dare pœnas etiam interpres cogitur. Nam, ut Sophocles alio sensu affirmat, malarum rerum pulchra esse commemoratio non potest, et ordinem ac dispositionem earum immutare vix conceditur. Ut igitur oratio interpretis Latina et pura sit, ipsa tamen compositio horridum quiddam atque asperum sonat, membris et partibus ejus non multo melius quam arena sine calce cohærentibus. Quæ vitia qui effugere volunt, in aliud gravius plerumque incidunt, ut dum orationi poliendæ et exornandæ impense student, ab auctoris sententiis longe aberrent, et gravissimo perfidiæ crimine se obstringant. His incommodis acute perspectis, summo ingenio et doctrina vir Joannes Jovianus Pontanus præclare scripsit, malle se quemque afferre sua, quam offerre aliena: et quod scripsit, ipse in doctrina morum et rerum cœlestium explicanda fecit, a philosophis et astrologis petita materia, quam suo arbitratu et collocaret et exornaret. Sed tanti viri exemplum ego imitari, præsertim in hoc scripti genere, et ingenii tenuitate et aliis incommodis impeditus neque possim neque ausim. Illud mihi satis fuit, ut sententias bona fide appenderem, et dictione, quantum ipse auctor et orationis meæ paupertas pateretur, quam minime aspera uterer aut barbara. Nec tamen ipse mihi ubique satisfeci, et in meæ infelicitatis parte numeravi, quod in auctorem luculentiorem non incidissem. Non quod hunc reprehendam; sed quod vereor ne ab aliis ipse reprehendar, qui nihil nisi florem dictionis sequuntur, qui profecto in brevitate annalium locum non habet. Ubertatem Livii quæris? at orationis divitiæ cum paupertate rerum conjungentur. Diligentiam in minutissimis quibusque persequendis postulas? atqui in immensum volumen excrescet historia, nec jam compendium erit sed dispendium aut potius furtum. Nam quem prolixitas voluminum delectat, is non epitomas sed historias legat. Quas si omnes meminit, bene est: sin minus, Zonara tanquam indice et monitore utatur; ac cogitet nihil ab omni parte beatum esse, et multiplicem variarum rerum in uno non usque adeo magno volumine cognitionem styli incommodis, si qua sunt, compararet. Quæ ratio me quoque movit ut non conquiescerem prius quam saxum hoc, quod toto hoc anno versavi, ad montis cacumen perductum tandem aliquando constitisset, ingenti utique labore et multis sudoribus, quocunque tandem eventu. Nam ut de conversionis ipsius ærumnis taceam, quantum difficultatis in ipsa lectione fuit ob characteres elegantissimos illos quidem sed lectu difficillimos propter affectata illa scribendi compendia et τῆς καλλιγραφίας studium unde infinita errata oriuntur ex facili notarum mutatione: quæ cum alicubi non dissimiles sint, vim diversissimam habent. Unde factum ut, quemadmodum Plutarchus se Latina verba ex cognitione rerum assecutum profitetur, ita ego sæpe de varietate lectionis ex sensu et constructione divinare sim coactus, ratione plane præpostera. Nam et verba rerum, et litteræ verborum notæ ut essent sunt inventæ. Neque tamen hac solertia me expedire ubique potuissem, nisi plures mihi codices suppeditati fuissent. Quorum tres e tua bibliotheca accepi, magnis sumptibus Cpoli comparatos opera atque industria egregii viri et prudentia longinquis peregrinationibus Ulyssis exemplo ac multo rerum usu parta clari, Joannis Dernschwam, qui in fronte vetustissimi illius codicis hæc verba scripsit: « Chronicon Joannis Zonaræ duobus tomis distinctum, quorum prior historiam Judaicam potissimum ab exordio mundi usque ad Hierosolymorum excidium, alter imperatorum tam Græcorum quam Romanorum res gestas usque ad Alexii Comneni obitum complectitur: anno Domini 1554 Cpoli in Pera sive Galata (quam olim κέρας sive Cornu appellatam putant) 150 ducatis Hungaricis emi a magnifico domino Antonio Cantacuzeno: cujus familia, dum res Byzantina stetit, imperatoria fuit, nunc sub Turcico dominatu ad privatam conditionem redacta est: ab eoque rogatus sum ut hoc opus aliquando excuderetur, et impressi codicis sibi copia fieret ob Zonaram conservatum. Præterea secundum Zonaræ tomum de imperatoribus conferendi gratia ab Alexandro chartophylace triginta ducatis Hungaricis comparavi. Alium item Zonaræ libellum de rebus imperii et Ecclesiæ a Constantino usque ad Justinianum imperatorem ex vetusto codice transcribendum curavi. » Hactenus ille. Quartum codicem, qui a Constantino Magno incipiebat, omnibus ornamentis amplissimi viri, domini et Mæcenatis mei, Joannis Jacobi Fuggeri bibliotheca instructissima suppeditavit. Denique præter omnem spem et exspectationem meam accessit Viennensis bibliothecæ codex integer, benignitate singulari clarissimi viri et senatoris regii, domini Gasparis a Nydprug, etc., ultro suppeditatus: quem totum, adjutore Jeremia Martio, præclaræ indolis adolescente (cujus in hoc opere Græce Latineque exscribendo solerti et fideli opera sum usus), contuli, et multas nostri codicis lacunas explevi. Qui sicubi ambo non satisfecerunt, cæteros quo-

que tres inspexi, et e variis difficultatibus me quanto potui studio expedivi: quanto labore, nemo æstimabit melius quam qui ipse operis non dissimilis periculum fecerit. Si qua, in diversitate illa, momenti alicujus esse videbantur, ad finem operis ascripsi. Manifeste vero prætermissa aut depravata non adnotavi. Cujus enim dementiæ fuerit, persequenda librariorum vel inscitia vel negligentia vel perfidia et mihi et lectoribus facessere negotium? Ut enim oculus integer candidum a nigro facile discernit, sic acuto et exercitato ingenio videre non difficile est, quæ lectio vera sit, quæ prætermissa, quæ addita ex supervacuo, quæ depravata sint. Neque his contentus, indicem quoque adjeci: quod genus operæ, quamvis lectoribus utilissimum, ut nihil admodum laudis et ingenii habet, ita multum temporis et laboris sibi vindicat, præsertim si eum indicem per temporis angustias et alias occupationes ita pertexere licuisset uti cœperam. Quid multa? Confido me officio fidelis et non indiserti interpretis sedulo esse functum; in id certe operam dedi. Sin aliis aliud videbitur, illud saltem affirmare possum, me quod scierim et potuerim fide optima fecisse et diligentia summa; sicubi vero aut ingenii vires aut eruditionis nervi mihi defuerint, fortunæ eam esse culpam, infelicitatem meam, quæ cum aliis tantum displiceat, mihi etiam plurimum nocet. Neque tam iniquum ullum esse puto, qui plus a me postulet quam præstare queam. Ego vero iis, qui vel in hoc vel in aliis operibus a me conversis laudem solidam assequentur, gratulabor potius quam invidebo. Cum enim, quidquid hactenus edidi, id vel publica utilitate vel temporibus meis adductus fecerim, nec tam famam captarim quam famem vitarim, si eæ lucubrationes meæ illustrioribus aliorum editionibus, quales aliqui pollicentur, aliqui etiam minantur, abolitæ fuerint, non iniquo animo ferendum erit meum privatum dedecus (si quod tamen infelicis potius quam inhonesti conatus est dedecus) cum rei publicæ litterariæ utilitate conjungi, cui ex animo consultum esse et volo et volui. Vellem equidem id cum laude mea potius et gloria fieri (neque enim amorem nostri ab ipsa natura insitum plane abjecimus), sed si fatis aliter visum est, hoc quoque æqui bonique faciendum erit.

Atque hæc de auctore et argumenti genere et opera mea: nunc ad eam Præfationis partem accedendum est, in qua alioqui multum sudare solitus, quod verebar ne vel in assentationis suspicionem commemorando vel in negligentiæ crimen dissimulando venirem: nunc ut liberiore sim animo, tua modestia vel potius magnitudo animi facit, qua id ab ineunte ætate meditatus esse videris quod apud Ciceronem Scipioni divinitus præcipitur, ut alte spectans atque ad cœlestem sedem et æternam domum contuens, neque sermonibus vulgi dederis te, nec in præmiis humanis spem posueris rerum tuarum, sed suis te illecebris ipsa virtus traxerit ad verum decus: ut illud Græci poetæ de te dici possit:

> Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος ἀλλ' εἶναι θέλεις,
> Βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενῶν καρπούμενος,
> Ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα·

quibus versibus id Amphiarao suo tribuit Æschylus, ut affirmet eum virum optimum esse malle quam videri, cujus animus tanquam ager fecundus et probe subactus, conceptis virtutum seminibus, honestorum consiliorum et quæ inde oriuntur actionum quamdam quasi segetem proferat. Quæ si per omnem ætatis tuæ decursum, quem ita moderatus es ut honesta negotia suavissimo otio semper anteposueris, singulatim explicare studeam, opus Iliade prolixius mihi nascetur, et tuæ aures satis scio non ferent. Quæ igitur calamo vel tua voluntas vel mea verecundia negat, ea posteritatis sermonibus vel invito te celebrabuntur. Idem enim est gloriæ quod crocodili ingenium: sequentes fugit, fugientes sequitur. Nihil (ut eloquentiæ Romanæ parens testatur) de insignibus ad laudem viris obscure nuntiari solet: famæ nemo unquam imperare potuit. Non patitur illa Hesiodi dea sibi frenos injici: loquitur et clamat, ut ab ipsa posteritate vox ejus audiatur. Prædicabit illa non tantum ornamenta fortunæ, ob quæ cum beatus habearis, tu ea umbræ parietum comparare soles, sed et ingenii magnitudinem et prudentiam tuam periculosissimis temporibus in re et publica et privata, animi constantiam et æquabilitatem in utraque fortuna, in amplissimis opibus, quas a majoribus acceptas et feliciter conservasti et sine cujusquam injuria amplificasti et ad bene merendum de multis contulisti, eam modestiam et debiti etiam honoris contemptum, qui vel in infimis hominibus raro invenitur; nec tacebit vel benignitatem erga miseros et afflictos, vel liberalitatem erga studiosos et doctos: in quo numero si quis mihi locus est, et si inter Lascaios, Carinos, Tounerus, Streitos, Siphanos atque alios complures, qui tua munificentia fruuntur, numerari mereor (ut autem merear, tua humanitas potius quam mea dignitas facit), et ego nomen meum ex grati animi officio profiteri debeo, qui post multas ærumnas tua liberalitate, Vir amplissime, tandem hoc consecutus videor, ut ad omnes fortunæ casus, qui varii impendent, aliquid parati subsidii (nisi fatalis aliqua calamitas intercesserit) me habere confidam: et hic annus, cui tu tanquam salutare quoddam sidus affulsisti, id mihi attulerit, quod per omnem ætatem exhausti labores non contulerunt. Ita res ipsa me docet, nimis verum illud esse Regii Vatis oraculum, qui frustra ante lucem surgi et panem comedi doloris, Deum autem suis vel dormientibus suppeditare omnia confirmat. Etsi autem in tanto opere neque dormitare neque dormire nimium, ac ne valetudinis quidem semper rationem habere licuit (nam alias nunquam tantum volumen tantillo spatio temporis absolvissem), tamen, si hi decem menses,

quibus in hac lucubratione continenter elaboro, cum omni anteacta vita mea compararentur, plane dormientis rete traxisse videor, meque insigni beneficio tuo devinctum esse hoc publico monumento testor, quod tua munificentia studiosis historiarum nunc primum communicatur. Faxit Deus optimus maximus ut neque te sumptuum tantorum neque me laborum pœniteat; idemque te cum liberis tuis ornatissimis totaque amplissima Fuggerana familia quam diutissime incolumem et florentem conservet. Augustæ Vindelicorum, ex bibliotheca herili : Kalendis Novembris, anno a Nativitate Domini MDLVI.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ

ΧΡΟΝΙΚΟΝ.

JOANNIS ZONARÆ

ANNALES.

1 PRÆFATIO.

Equidem haud inepte rideri queam, ut supervacuis in rebus magis, quam in necessariis occupatus. Posteaquam enim e medio excessi, vitamque delegi solitariam, perpetuo mihi ipsi velut exsilio indicto (idque illius nutu arcanoque consilio factum, qui supra nos est, ruptis vinculis meis, ereptisque mihi charissimis, cum dolore quidem, utiliter tamen), omnino me jampridem, omissis negotiis, turbisque repudiatis, nihil aliud tractare conveniebat, nisi ea quæ animum excolunt, et a maculis pravarum actionum assuetudine 2 impressis purgant, quæque Numen infestum mihi ob ejus præcepta violata, et desertam justitiæ viam placare queant, itaque delictorum veniam impetrare. Ego vero (quæ mea ad recte faciendum socordia est) rebus necessariis neglectis, in supervacuis elaboro. Tamen, ut pro mei defensione aliquid afferam : non meapte auctoritate susceptum hoc opus est, sed hortatu amicorum : qui cum me otium agere viderent, id aiebant in negotium aliquod esse conferendum, quod et rempublicam juvaret, et ipsum quoque divinum mihi præmium conciliaret. Addebant eos, qui historiis et rebus olim gestis describendis laborassent, partim cum alia facta veterum, tum strategemata prolixius conscripsisse, atque acies instructas, exercituum conflictus, castrametationes, aggeres excitatos, et alias hujus generis enarrare : prætereaque loca, et impedita itinera, et montes arduos atque inaccessos, vallium item angustias, urbium munitiones, et turrium altitudines immensas, propeque in cœlum porrectas quasi oculis subjicere : partim scripta sua ad

A

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Α'. Εὐστόχως ἂν τις εἴποι, ἐπιτωθάζων μοι, μεῖζόν σοι τοῦ ἔργου τὸ πάρεργον. Ἔδει γάρ με, ὡς ἀληθῶς πάλαι τῶν πραγμάτων ἀφέμενον, καὶ τυρβάζεται ἀποσχόμενον, καὶ τοῦ μέσου μεταναστεύοντα, καὶ καθ' ἑαυτὸν ἑλόμενον ζῇν, ἀειφυγίαν τε ἑαυτοῦ καταψηφισάμενον (οὕτω τὰ καθ' ἡμᾶς οἰκονομήσαντος τοῦ ὑπὲρ ἡμᾶς, ἐπειδὴ τοὺς δεσμούς μου διέῤῥηξε, τῶν φιλτάτων στερήσας με, οἷς οἶδεν ἐκεῖνος λόγοις, ἀλγεινῶς μὲν ἐμοὶ, συμφερόντως δ' ὅμως;) μηδὲν ἕτερον μετιέναι, ἢ ὅσα ψυχὴν καταρτίζουσι καὶ καθαίρουσι τῶν ἐντακέντων αὐτῇ μολυσμάτων διὰ φαυλότητα πράξεων, καὶ ἅττα ἐξιλεοῦνται τὸ θεῖον, ἐφ' οἷς παρόργισται παρ' ἐμοῦ,

B παραβεβηκότος τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, καὶ τὰ δικαιώματα καὶ ζητεῖν οὕτω συγγνώμην ἐπὶ τοῖς πταίσμασιν. Ἐγὼ δ' ἀμελῶς πρὸς τὸ ἔργον ἐκ τῆς πρὸς τὰ καλὰ νωτριᾶς διατιθέμενος, περὶ τὸ πάρεργον κατέτεινα τὴν σπουδήν. Ἀλλ' ἵνα τι καὶ ὑπεραπολογήσομαι ἐμαυτοῦ, οὐκ οἴκοθεν ὡρμήθην πρὸς τὸ ἐγχείρημα. Ἄνδρες δέ με φίλοι πρὸς τοῦτο παρέθηξαν, σχολάζοντα βλέποντες, καὶ χρῆσαι λέγοντες τῇ σχολῇ πρὸς ἔργον κοινωφελὲς, καὶ κείσηταί σοι τι κἀκ τούτου πρὸς τοῦ Θεοῦ ἀνταπόδομα. Προσεπῆγον γὰρ, ὡς οἱ περὶ τὰς ἱστορίας πονήσαντες, καὶ τὰ πάλαι γενόμενα συγγραψάμενοι, οἱ μὲν διεξοδικώτερον τάς τε ἄλλας πράξεις τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν, καὶ τὰ στρατηγήματα συγγεγράφασι παρατάξεις διηγούμενοι, καὶ συμπλοκὰς

C στρατευμάτων, καὶ στρατοπεδείας, καὶ χάρακας, καὶ εἴ τι τούτοις ἑπόμενον. Πρὸς δὲ τοῖς περιηγήσεις χωρίων καὶ δυσχωρίας ὁδῶν, καὶ ὄρη προσάντη καὶ δύσβατα, καὶ αὐλώνων στενοχωρίας, καὶ πόλεων ὀχυρότητας, καὶ πυργωμάτων ὕψη μετέωρα, καὶ ὡς

ἂν τις φαίη αἰθέρια, τοῖς δὲ καὶ πρὸς ἐπίδειξιν συντέθεινται τὰ συγγράμματα, ἐπιδεικνυμένοις ὅπως εἶχον περὶ τὸ γράφειν δυνάμεως, καὶ διὰ τοῦτο δημηγορίας μεταξὺ τιθεῖσι, καὶ παρεκβατικώτερον ἢ καὶ ῥητορικώτερον κεχρημένοις τῷ λόγῳ. Ἐνίοις δὲ καὶ εἰς διάλογον τὸ φιλότιμον ἐτελεύτησεν, ὥς θ' ὁπηνίκα περί τινων ἑτεροδοξούντων καὶ σφαλλομένων περὶ τὰ ὀρθὰ συγγράφωνται δόγματα, διαλέξεις ποιεῖσθαι πρὸς ἐκείνους ὡς παρόντας, καὶ διελέγχειν αὐτῶν τὸ κακόδοξον, κἀκ τῆς ἱερᾶς Γραφῆς τοὺς ἐλέγχους παράγειν, ἢ καὶ Ἰουδαίοις ἀντιλέγειν, καὶ ἐθελοκακοῦντας δεικνύειν αὐτούς, εἰ μὴ τὸ καθ' ἡμᾶς μυστήριον δέχοιντο, καὶ χρήσεσι (1) κεχρῆσθαι προφητικαῖς. Καὶ πρὸς Ἕλληνας αὖθις ἀντικαθίστασθαι, καὶ τὸν ὕθλον ἐκείνων εἰς μέσον παράγειν, καὶ κατειρωνεύεσθαι τῶν μυθευομένων αὐτοῖς, καὶ τὰς αὐτῶν γραφὰς προφέρειν τῆς κακοδοξίας εἰς ἔλεγχον. Ἔστι δ' οὖν γνωμολογεῖν τε καὶ ἠθικεύεσθαι (2). Ταῦτα δ' ἔφασαν τοῖς πλείοσι τῶν ἀναγινωσκόντων τὰ τῶν ἱστοριῶν ἐκείνων συγγράμματα, ἵνα μὴ λέγωμεν πᾶσιν ἴσως (3), φορτικά τε καὶ παρέλκοντα ἥγηνται, ὅτι τε σχολῆς εἰσι δεόμενα πλείονος, καὶ ὅτι, κἂν ταύτης τύχοιεν τῶν ἐπιόντων τὰς ἱστορίας τινὲς, μάταιον ἐκείνοις ἀποβαίνει τὸ περὶ ταύτας πονεῖν, τῶν μακρῶν διηγημάτων τῶν περὶ παρατάξεων, καὶ πολέμων, καὶ τοῦ τῶν στρατιῶν διακόσμου, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ὁμοίων διαφευγόντων τὴν μνήμην· τῶν δέ γε δημηγοριῶν καὶ τῶν διαλέξεων, καὶ εἰς τὸ ἀνόνητον περιισταμένων τοῖς ἐπιοῦσι τὰ ἱστορούμενα. Τίνι γὰρ ἔσται τις λυσιτέλεια, ἔλεγον, ἐκ τοῦ γνῶναι τί μὲν ὁ δημαγωγὸς ὧδε διελέχθη τῷ δήμῳ; τί δὲ τοῖς στρατιώταις ὁ στρατηγός; ἢ τί τοῖς πρέσβεσιν ὁ αὐτοκράτωρ ἐκεῖνος ἔφη τοῖς ἐκ Περσῶν, ἢ ἄλλος τοῖς ἐκ Κελτῶν, ἢ Σκυθῶν, ἢ τοῖς ἐξ Αἰγύπτου τυχὸν, ἢ τοῖς ἐκ Δακῶν τε (4) καὶ Τριβαλλῶν; τί δ' ἕτερος τῇ συγκλήτῳ βουλῇ, ἢ τῇ πληθύϊ τῇ δημότιδι δημηγορῶν προσωμίλησε; Τοὺς μὲν οὖν τοιαῦτα ἔλεγον τὰ τῶν ἱστοριῶν ἐκδεδοκέναι συγγράμματα, πεπλατυσμένα δηλαδὴ, καὶ πρὸς τὸ φιλοτιμότερον ἀποκλίνοντα· τοὺς δὲ ἀντιθέτως ἐκείνοις διατεθῆναι περὶ τὴν τῶν ἱστοριῶν συγγραφὴν, βραχυρρημοσύνῃ χρησαμένους, κἀντεῦθεν περὶ τὰ καίρια ζημιοῦντας τοὺς περὶ τὰ σφῶν ἐσπουδακότας συγγράμματα, ἅτε καὶ αὐτὰς τὰς καιριωτέρας τῶν πράξεων τῶν ἱστορουμένων παραλελοιπότας ἀνδρῶν, ἐνίας μέντοι καὶ ἐξυμνεῖσθαι δικαίας, βράχιστα δέ τινα περὶ ἐκείνων εἰπόντας, καὶ ταῦτα μήτε τὸ ἦθος ἐκείνων ἢ τὴν φύσιν παραδηλοῦντα, καὶ τὴν προαίρεσιν, μήθ' ὅπως τῶν βασιλευσάντων ἕκαστος τῆς βασιλείας ἐκράτησε, μήθ' ὅστις ἦν πρὸ ταύτης, μήτ' ἐκ τίνων ἐγένετο. Τινὰ δὲ τῶν συγγραμμάτων τούτων καὶ ἀφελεστέρᾳ λίαν ἐκδεδόσθαι προσετίθουν τῇ φράσει, συντεθεῖσθαί τε αὐτὰ σολοικότερον, καὶ

A ostentationem retulisse, ut suam scribendi facultatem demonstrarent, eoque conciones interposuisse ac digressiones oratorio plane modo: partim ambitione quadam desinere in dialogos, ut cum de aliquibus diversæ opinionis, et a rectis sententiis aberrantibus scribunt, cum iis, quasi adessent, 3 disputent, et pravas eorum persuasiones arguant, probationibus et sacra Scriptura petitis: aut Judæos confutent, ipsorumque pravitate ac pertinacia fieri contendant, quominus religionis nostræ arcana amplectantur, oraculis prophetarum in medium adductis. Atque etiam gentilibus sese opponere, eorumque nugas afferre in medium, ac deliramentis fabularum subsannatis, scripta ipsorum erroris coarguendi gratia proferre, B necnon alicubi sententias congerere, et de formandis moribus disputare. Hæc aiebant illi, si non omnibus, at plerisque lectoribus molesta et supervacanea videri, quod et multum otii requirant, et si quibus id suppetat, inanem tamen laborem sumi in evolvendis prolixis illis narrationibus præliorum et bellorum et ordinationis exercituum, aliarumque similium rerum, quæ memoria effluere soleant: jam concionibus et disputationibus in historia legendis, nullum fieri operæ pretium. Nam quem ex eo capi fructum, si quis sciat, quid vel tribunus plebis apud populum, vel dux apud milites dixerit? quid item imperator alius legatis Persarum, alius Gallorum aut Scytharum, aut Ægyptiorum forsan, C Dacorumve aut Triballorum responderit? quæ verba alius apud patres conscriptos, aut populum fecerit? Scripta igitur hujusmodi asserebant latius evagari, et ad ambitionem 4 inclinare. Alios porro scriptores contrario laborare vitio, qui dum brevitatem affectarent, rerum necessariarum cognitione fraudarent lectorem: præteritis aliquando, aut saltem breviter perstrictis, præstantium virorum rebus gestis, quæ vel divinis celebrari laudibus mereantur, nec declararent, qui mores, quæ ingenia, quæ consilia illorum fuerint, nec quo pacto quisque regum sit potitus regno, qui fuerit ante illud partum, quibus ortus majoribus. Addebant, scriptorum illorum quædam nimium inornata esse D dictione, compositione aspera, verbisque plebeiis, ac nonnunquam barbaris constare: unde fieret ut homines eruditi ab eorum lectione abhorrerent. His illi dicendis, et scriptis historicorum ad hunc modum traducendis, sæpe me cohortati sunt, ut libris in manus sumptis, tam ea prætermitterem, quæ ob prolixitatem memoria non caperet, quam quæ utilitatis nihil haberent: et longa narratione in compendium redacta, brevem historiam ederem, quæ facta et res memoratu digniores quam quot utuntur.

Variæ lectiones et notæ.

(1) *Χρήσεσι*. Ita mss. Wolfiani et Regii. At idem Wolfius ῥήσεσι reposuit.

(2) *Γνωμολογεῖν καὶ ἠθικεύεσθαι*. *Moralizare*, verbo Latino-barbaro, scriptores ævi inferioris aliquot utuntur.

(3) *Ἴσως*. Hæc vox abest ab aliquot mss.

(4) *Ἐκ Δακῶν τε*. Δαμασκῶν perperam præfert unus e mss. Wolfianis.

paucissimis complecteretur, et lectoribus velut ob oculos poneret. Ac illi quidem hujusmodi laboris capiendi, et talis operis conscribendi auctores mihi fuere.

A ἰδιωτικαῖς λέξεσιν ἐκφέρεσθαι, ἢ καὶ βαρβάροις ἐνίοτε. ὥστε ἐντεῦθεν ἀηδῶς τοὺς λόγοις ὡμιληκότας πρὸς αὐτὰ διατίθεσθαι. Τοιαῦτα λέγοντες, καὶ οὕτω τῶν ἱστορικῶν συγγραμμάτων, ὡς εἴρηται,, καθαπτόμενοι, πολλάκις με παρέθηγον τὰς βίβλους ἀνὰ χεῖρας λαβεῖν, καὶ παρεάσαντα τὰ πολλὰ, ὧν τὰ μὲν τῇ μνήμῃ προσιζάνειν διὰ τὸ πλῆθος ἀποπεφύκασι, τὰ δ᾽ εἰς οὐδὲν τελευτῶσιν ὀνήσιμον, τὴν δέ γε πεπλατυσμένην ἐπιτεμόντα διήγησιν σύντομον ἱστορίαν ἐκδεδωκέναι, συνοπτικῶς διδάσκουσαν τοὺς ἐπιόντας τὸ σύγγραμμα τὰ καιριώτερα τῶν πεπραγμένων, ἢ καὶ ἄλλως συμβεβηκότων τοῖς περὶ ὧν ἡ συγγραφὴ διαλέγεται. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν πρὸς τοιοῦτόν με παρεκίνουν ἀποδύσασθαι πόνημα, καὶ τοιοῦδε συγγράμματος ἅψασθαι.

II. Ego vero cum et remisso essem animo (dicam enim quod res est) otioque deditus, et rem esse cernerem magnæ occupationis, **5** quæque librorum copiam postularet, dubitabam, et ab eo conatu abhorrebam. Verum illi me vellicare non prius destiterunt, quam improbitate stimulandi ad suscipiendum opus tandem perpulissent. Nam si aquæ gutta subinde cadendo solidam saxi duritiem cavat, quanto magis oratio crebro aures feriens, animi torporem, et quietis studium excutit? Deinde in mentem mihi venit, laborem illum, et historiæ scribendi occupationem, aliquid utilitatis et lucri etiam animo esse allaturam. Nam nequitiæ flatus magis aspirare solent menti quiescenti, malarumque cogitationum et rationum alias alios excitare fluctus, eamque continenter invadendo demergere, et aut in peccata impellere (si facto minus, at assensu) aut undarum in ea magnam agitationem ac tumultum commovere. Animus autem certis negotiis occupatus effugere fere solet multarum cogitationum pravarumque cupiditatum decumanos fluctus. Igitur tum amicorum cohortationibus, tum sordidas aut inanes curas expellendi studio, ad opus hoc suscipiendum sum adductus. Itaque factum est, ut hanc provinciam acciperem. Quod si minus exquisite perfectæ fuerint operis hujus singulæ partes, veniam a lectoribus peto. Fortassis enim in hoc secessu nunc agenti mihi, neque copia librorum ad condendam historiam necessaria **6** suppetet, neque scriptores omnes iisdem de rebus eadem tradiderunt, ut non in pluribus, saltem in multis dissentientes. Quod si omnia curiose persequi voluero, ac recensere, quid alius atque alius eadem de re dixerit : Mihi etiam prolixum unaquaque de re nascetur opus. Quapropter contrarias historicorum narrationes præterire mihi visum est, nisi quid maximi fuerit momenti : quo prætermisso, ipsa historiæ integritas labascat. Jam dictionem esse variam, nec per omnia sui similem nemo miretur,

mines, ad improbitatem deflexerunt, ac liberos genuere injurios, et ex fiducia virium temerarios : quibus Deus offensus, etiam longævitatem sustulit, vita hominum centum viginti annis circumscripta. Noe vero gratiosus fuit apud Deum. **19** Itaque continente in mare vehemens et diuturnum commutata, omne humanum genus interit. Noe solus divina Providentia arca lignea conservatur, quam quadrangulam fabrefecit, longitudine cubituum ccc, latitudine L, altitudine xxx. Eam conscendit ipse cum filiis, et mater, uxoresque eorum : ac seminibus variis impositis, et animalibus cujusque generis, ad genera eorum conservanda, binis immundorum, et septenis paribus mundorum. Noe ab Adamo decimus numeratur, annis MMCCXLII elapsis usque ad diluvium. Apertis autem cœli cataractis ad dies XL totidemque noctes, aqua XV cubitis montium altissimorum cacumina superavit. Cum pluvia desiisset, et aqua post dies CL minueretur : arca ad quemdam Armeniæ montem septimo mense applicuit. Noe vero corvum per fenestram emisit, qui non reversus est. Post dies aliquot emisit columbam ; ea rediit. Septem diebus elapsis, eadem, rursus emissa, festucam olivæ retulit. Unde intellexit, aquam defecisse in terra. Itaque Noe et uxor ejus, et filii cum suis uxoribus, sunt egressi, et animalia quæ cum eis in arca fuerant, ac sacrificarunt Deo. Locum eum Exscensum vocari ab Armeniis, tradit Josephus, et arcæ reliquias ibi monstrari, ac mentionem facere diluvii et arcæ multos barbaricæ historiæ scriptores : ut Berosum Chaldæum, et Ægyptium Hieronymum, qui Phœnicias antiquitates scripserit, et Mnaseam Damascenum. Deus autem se non amplius talem cladem terræ immissurum dixit et vesci jussit animantibus (carnem tamen in sanguine animæ vetuit edere) et cæde hominum abstinere. Signum non perituræ aqua terræ, ut in diluvio factum, arcum in nube posuit, iridem per arcum intelligendo. Noe post diluvium vixit annos CCCL; moritur natus annos DCCCCL. Josephus de multitudine annorum illius ætatis hominum sic ait : *Nemo hanc vitam, annorumque paucitatem intuens, falsa existimet ea quæ de veteribus memorantur. Nam illos, cum Deo chari essent, et ab ipso Deo orti, ac cibis etiam ad diuturnitatem aptioribus uterentur, non mirum fuit, tantum temporis spatium vivere. Altera longævitatis causa fuit, utilitas rerum ab eis excogitatarum, ut astronomiæ et geometriæ : quæ deprehendi ab eis certo et explicari haud potuissent, ni* DC *annos vixissent,* **20** *quanto spatio magnus annus completur.* Hæc ille.

Variæ lectiones et notæ.

(24) *Καὶ διὰ τὸ ταῖς τροφαῖς*. Al. Καὶ διὰ τὸ τὰς τροφὰς ἐπιτηδειοτέρας πρὸς πλείονα χρόνον εἶναι. W.

πρὸς ....ον, εἰκότως ἔζων πλῆθος ἐτῶν τοσούτων. Ἔπειτα καὶ διὰ τὴν εὐχρηστίαν ὧν ἐπενόουν, ἀστρονομίας τε καὶ γεωμετρίας, ἅπερ οὐκ ἦν ἀσφαλῶς αὐτοὺς κατανοῆσαί τε καὶ εἰπεῖν μὴ ζήσαντας ἑξακοσίους ἐνιαυτούς· διὰ τοσούτων γὰρ πληροῦται ὁ μέγας ἐνιαυτός.

V. Noæ vero filii, Semus, Chamus, Japhetus, cum sedes suas e montibus in planitiem transtulissent, Noe, plantata vinea, epotoque vino inebriatus nudatur. Ibi Chamus, nuditate patris visa, rem veluti per derisum suis fratribus nuntiat. Verum illi veste in tergum rejecta, retrorsum accesserunt, et nuditatem ejus aversis oculis contexerunt. Qua de causa Noe, discussa ebrietate, illos votis remuneratur, Chamum detestatur. Campus quem incoluere Noæ filii, Sennaar vocatur; quorum cuique multis liberis natis, et in familias propagatis, multiplicati sunt eorum posteri. Nemrodus, Chami nepos, qui primus in terris gigas visus est, homo audax, et robore manuum præstans cæteris, tyrannicum imperium instituit, ac eis condendæ turris ex coctis lateribus auctor fuit. Sed Deus institutum eorum callide elusit, injecta linguarum diversitate, ut alii aliorum sermonem non intelligerent. Campus ille nunc Babylon vocatur, ob sermonum confusionem. Nam Babel Hebræis est confusio. Ob eam linguarum diversitatem ita fuere dispersi, ut omnem continentem, omnes insulas complerent. Ex illis Noæ posteris ita dissipatis, gentes conditæ et cognominatæ sunt. Japhetus quidem septem genuit filios, qui a montibus Tauro et Amano progressi sunt, in Asia usque ad Tanaim fluvium, in Europa usque ad Gades, quorum cognomina gentibus sunt indita. Gomares enim a Gomer, nunc Galatæ dicuntur. Magogos suos posteros nominavit Magog, nunc Scythæ vocantur. Ab Jovan, Iones et omnes Græci cognomen habent. A Madai Madæi, hoc est Medi, nunc vocantur. Thobel Thobelos a se cognominavit, Iberes hi sunt. Mosoch auctor fuit Meschenorum, qui nunc Cappadoces habentur. Thiras a se nominavit Thiros, qui mutato post nomine Thraces dicti sunt. Ab Japheti porro posteris hi orti sunt: Aschanaxes, Regenes dicti, ab Aschanaxo: Riphathæi (sic olim Paphlagones vocabant) genus ducere a Riphato creduntur. Thorgamæi Thorgamam auctorem jactant, post mutato nomine Phryges appellati. Elisan Alisæorum princeps exstitit, qui sunt Æolenses: et Tarseus Tharsensium, sic enim olim Cilices vocabantur: unde præcipua urbs eorum Tarsus dicitur, facta
21 unius litteræ mutatione. Sic enim Josephus de Tarso scribit. Alii dicunt, Perseum in Ciliciam profectum, ac de condenda urbe cogitantem, dum fabris locum urbis demonstraret, planta pedis terram percussisse, atque inde urbem (Τάρσος enim *plantam* Latinis significat) cognominatam. Cheti-

Ε'. Οἱ δὲ τοῦ Νῶε παῖδες, Σήμ, Χάμ, καὶ Ἰάφεθ, ἐκ τῶν ὀρῶν εἰς τὴν πεδιάδα κατῴκησαν. Νῶε δὲ φυτεύσας ἀμπελῶνα, ἔπιεν ἐκ τοῦ οἴνου, καὶ ἐμεθύσθη, καὶ ἐγυμνώθη. Χὰμ δὲ τὴν γύμνωσιν τοῦ πατρὸς ἰδὼν, τοῖς συγγένοις ἀνήγγειλεν, οἷον ἐπεγγελῶν τῷ πατρί. Οἱ δὲ κατὰ νώτου θέμενοι τὸ ἱμάτιον, τὴν πατρικὴν ἐκάλυψαν γύμνωσιν, ὀπισθοφανῶς ἰόντες, καὶ μὴ προσβλέψαντες τῷ πατρί. Διὸ καὶ ἀνανήψας ὁ Νῶε τοὺς μὲν εὐχαῖς ἠμείψατο, τῷ δὲ Χὰμ κατηράσατο· τὸ δὲ πεδίον ὃ κατῴκουν οἱ υἱοὶ Νῶε, κέκληται Σεναάρ. Πολλῶν δὲ γενομένων ἑκάστῳ παίδων, καὶ εἰς γενεὰς προελθόντων (25), ἐπληθύνθησαν οἱ τούτων ἀπόγονοι. Νεβρὼδ δέ τις ὁ τοῦ Χὰμ υἱωνὸς, ὃς πρῶτος ὤφθη γίγας ἐπὶ τῆς γῆς, τολμηρὸς καὶ κατὰ χεῖρα γενναιότερος τῶν ἄλλων ὑπάρχων, εἰς τυραννίδα τὰ πράγματα περιέστησε, καὶ πύργον οἰκοδομεῖν αὐτοῖς ὑπέθετο ἐξ ὀπτῆς πλίνθου δεδομημένον. Ἀλλ' ὁ Θεὸς τὰς τούτων βουλὰς (26) διεσκέδασεν εὐφυῶς, ἀσυνέτους τῶν παρ' ἀλλήλων φωνῶν διὰ τοῦ τῶν γλωσσῶν μερισμοῦ τούτους ἀποφηνάμενος. Τὸ δὲ πεδίον ἐκεῖνο νῦν Βαβυλὼν καλεῖται, διὰ τὴν περὶ διάλεκτον σύγχυσιν. Ἑβραῖοι μὲν γὰρ Βαβὲλ καλοῦσι τὴν σύγχυσιν. Σκίδνανται δὲ λοιπὸν ὑπὸ τῆς ἀλλογλωσσίας, ὡς πᾶσαν ἤπειρον καὶ νῆσον πληρωθῆναι αὐτῶν. Σκεδασθέντων δὲ τῶν ἀπογόνων τοῦ Νῶε, ἐξ ἐκείνων τὰ ἔθνη συνέστησάν τε καὶ ὠνομάσθησαν. Ἑπτὰ γοῦν ὁ Ἰάφεθ υἱοὺς ἐγέννησεν, οἱ ἀπὸ τοῦ Ταύρου καὶ Ἀμάνου τῶν ὀρῶν προῆλθον, ἐπὶ μὲν τῆς Ἀσίας ἄχρι ποταμοῦ Ταναΐδος· ἐπὶ δὲ τῆς Εὐρώπης ἕως Γαδείρων, ὧν τοῖς ὀνόμασι καὶ ἔθνη ἐπεκλήθησαν. Γομαρεῖς μὲν ἀπὸ Γόμερ, οἱ νῦν Γαλάται λεγόμενοι· Μαγώγας δὲ τοὺς ἐξ αὐτοῦ ὠνόμασεν ὁ Μαγὼγ, Σκύθαι δὲ νῦν καλοῦνται. Ἐκ δὲ Ἰωβὰν Ἴωνες καὶ πάντες Ἕλληνες ἐπεκλήθησαν. Ἐκ Μαδαῒ δὲ Μαδαῖοι, οἱ Μῆδοι προσαγορεύονται νῦν. Θοβὲλ, Θοβήλους τοὺς ἐξ αὐτοῦ ἐπωνόμασεν· οὗτοι δ' εἰσὶν Ἴβηρές· ὁ δέ γε Μοσὸχ τοῦ γένους κατῆρξε τῶν Μεσχηνῶν, Καππαδόκαι οὗτοι νομίζονται. Θειρὰς δὲ Θείρας τοὺς ἐξ αὐτοῦ προσηγόρευσεν, οἱ Θρᾷκες μετωνομάσθησαν ὕστερον. Ἐκ δὲ τῶν ἐκγόνων Ἰάφεθ Ἀσχανάξαι μὲν οἱ κληθέντες Ῥηγῆνες, ἐξ Ἀσχανὰξ προήχθησαν. Ῥιφαθαῖοι δὲ (οὕτω πρὶν τοὺς Παφλαγόνας ἐκάλουν) ἐκ Ῥιφὰθ τὸ γένος ἕλκειν πιστεύονται· καὶ Θοργαμαῖοι τὸν Θοργαμᾶν πρόγονον ἑαυτοῖς ἐπιγράφουσιν, οἱ Φρύγες μετεκλήθησαν ὕστερον. Ἐλισὰν δὲ Ἀλισαίων ἀρχηγέτης ἐγένετο, οἵπερ εἰσὶν Αἰολεῖς. Καὶ Θαρσεὺς τῶν Θαρσέων ἐγένετο πρόγονος· τὸ γὰρ πάλαι Θαρσεῖς ἐκαλοῦντο οἱ Κίλικες. Ὅθεν καὶ ἡ τῶν παρ' αὐτοῖς πόλεων ἀξιολογωτέρα Ταρ-

Variæ lectiones et notæ.

(25) *Εἰς γενεὰς προελθόντων*. Παρελθόντων. W.

(26) *Ἀλλ' ὁ Θεὸς τὰς τούτων βουλάς*. Οὕτω δὲ μεμηνότας αὐτοὺς ὁρῶν ὁ Θεὸς, ἑτερογλώσσους εἰργάσατο. Hoc est, *Deus, cum furorem illorum cerneret, effecit ut diversis linguis loquerentur*. Et paulo post: Ὁ δὲ τόπος, ἐν ᾧ πύργον ᾠκοδόμουν, *locus vero in quo turrem exstruebant*. Et mox, pro ἄχρι ποταμοῦ, μέχρι. W.

οὕς καλεῖται, τοῦ θῆτα μεταβληθέντος εἰς ταῦ. Οὕτως τῷ Ἰωσήππῳ γέγραπται περὶ τῆς Ταρσοῦ. Ἕτεροι δὲ τὸν Περσέα φασὶν τῇ τῶν Κιλίκων χώρᾳ ἐπιδημήσαντα, καὶ πόλιν βουληθέντα κτίσαι, καὶ τὸν τόπον τῆς πόλεως τοῖς οἰκοδόμοις δεικνύοντα, τῷ ταρσῷ τοῦ ποδὸς πατάξαι τὴν γῆν, κἀντεῦθεν ἐπικληθῆναι τὴν πόλιν Ταρσόν. Χέθιμα δὲ τὴν νῆσον συνῴκισεν ὁ Χεθίμ. Ἡ Κύπρος αὕτη ἐστὶ παρ' Ἑλλήνων οὕτω κληθεῖσα, διὰ τὴν παρ' αὐτοῖς θεόν· τὴν Ἀφροδίτην γὰρ Κύπριν προσαγορεύουσιν. Οἱ δέ γε παῖδες τοῦ Χὰμ, τὴν ἀπὸ Συρίας, καὶ Ἀμάνου καὶ Λιβάνου τῶν ὀρῶν γῆν κατέσχον, καὶ ὅσα πρὸς θάλασσαν αὐτῶν ἐτέτραπτο μέχρις Ὠκεανοῦ, κατειλήφασι. Καὶ προῆλθοσαν ἐκ μὲν Χοῦς Χουσαῖοι, Αἰθίοπες οὗτοι εἰσί. Μεσρὲμ δὲ, Μεσραίων προπάτωρ ἐγένετο. Οὕτω δὲ καλοῦνται Αἰγύπτιοι, καὶ ἡ τῆς Αἰγύπτου χώρα Μεσρὴν ὀνομάζεται. Φοὺτ δὲ τὴν Λιβύην κατῴκισε, καὶ Φούτους τοὺς τῆς χώρας ἐκάλεσε, Φούτην δὲ τὴν χώραν αὐτήν. Μετεβλήθη δ' ἡ κλῆσις αὐτῆς (27) μετέπειτα εἰς Λιβύην, ἐκ Λιβύος υἱοῦ Μεσρέμ. Χαναὰν δὲ τὴν κληθεῖσαν ὕστερον Ἰουδαίαν συνοικίσας, Χαναναίαν αὐτὴν προσηγόρευσε, καὶ Χαναναίους τοὺς ἐξ αὐτῆς. Οἱ δὲ Μεσρὲμ παῖδες τὴν ἀπὸ Γάζης ἕως Αἰγύπτου κατέσχον γῆν. Μόνου δὲ Φιλιστιεὶμ τὴν ἐπωνυμίαν διεφύλαξεν ἡ ἐκείνου μερὶς, ἣν Παλαιστίνην Ἕλληνες ὠνομάκασι. Σιδώνιος δὲ παῖς πρωτότοκος Χαναὰν, ἐν Φοινίκῃ πόλιν ἀνέστησε, Σιδῶνα καλέσας αὐτήν. Ἀμαθεὶ δὲ Ἀμάθην ἔκτισε πόλιν, ἣν Μακεδόνες κατῴκισαν (28), τὴν δὲ πόλιν Πτολεμαῖος Ἐπιφανὴς λεγόμενος, Ἐπιφάνειαν μετωνόμασε. Σὴμ δὲ τῷ υἱῷ Νῶε πέντε τίκτονται παῖδες, οἳ τὴν μέχρις Ὠκεανοῦ τοῦ κατ' Ἰνδίαν οἰκοῦσιν Ἀσίαν, ἀπ' Εὐφράτου ἀρξάμενοι. Ἐλὰμ μὲν οὖν Ἐλυμαίους Περσῶν ὄντας ἀρχηγέτας κατέλιπεν. Ἀσοὺρ δὲ Νῖνον οἰκίζει πόλιν, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν Ἀσσυρίους ὠνόμασε· καὶ Ἀρφαξὰδ Χαλδαίων προπάτωρ ἦν. Ὁ Ἀρὰμ δὲ τοὺς Σύρους κληθέντας ὕστερον, Ἀραμαίους ἐξ ἑαυτοῦ προσηγόρευσεν. Ὁ δὲ Λοὺδ Λούδους προήγαγεν, οἱ Λυδοὶ μετέπειτα προσερρήθησαν. Τῶν δὲ υἱῶν Ἀρὰμ τεσσάρων ὄντων, ὁ μὲν τὴν Τραχωνῖτιν οἰκίζει, καὶ τὴν Δαμασκόν· μέση δ' ἐστὶ Παλαιστίνης καὶ Κοίλης Συρίας· ὁ δὲ Ἀρμενίαν, Βακτριανοὺς δὲ ὁ ἕτερος. Τοῦ Ἀρφαξὰδ δὲ υἱὸς Καϊνὰν, παῖς Καϊνὰν ὁ Σαλά. Οὗτος δὲ πατὴρ Ἔβερ. Ἔβερ δ' ἔτεκε τὸν Φαλὲγ, οὕτω κληθέντα διὰ τὸν τῆς γῆς μερισμόν. Ὅτε γὰρ ἡ διαίρεσις γέγονε τῶν τότε ἀνθρώπων, καὶ ὁ τῆς γῆς μερισμὸς τότε ἐτέχθη. Φάλεκ γὰρ Ἑβραῖοι τὸν μερισμὸν ὀνομάζουσιν. Ἑβραίων δὲ τὸ ἔθνος ἐκ τοῦ Ἔβερ ἀρχῆθεν ἐκλήθη. Τοῦ Φαλὲγ δὲ ὁ υἱὸς ὁ Ῥαγὰβ πατὴρ τοῦ Σεροὺχ, οὗτος δ' ἔτεκε τὸν Ναχώρ· ἐκ Ναχὼρ δὲ Θάῤῥα προῆλθε, Θάῤῥα δὲ πατὴρ Ἀβραάμ.

A mam insulam Chetim excoluit: hæc Cyprus est, quam Græci a dea sua Cypride, hoc est Venere denominant. Chami liberi Syriam et Amanum ac Libanum montes tenuere; et quidquid terræ illius mare spectat, usque ad Oceanum occuparunt. A Chuso Chusæi sunt orti, hoc est, Æthiopes. Mesrem Mesræorum (sic Ægyptii vocantur, et terra Ægypti Mesren) conditor exstitit. Phut Libyam incoluit, et regionis incolas Phutos nominavit, ipsamque regionem Phutam. Post appellatio ejus in Libyam est mutata, a Liby filio Mesremi. Chanaam Chananæam, post Judæam vocatam, incoluit, nomine a se indito: populus Chananæi dictus. Mesremi liberi terram quæ est a Gaza Ægyptum usque tenuerunt. Verum solius Philistiim nomen pars illius retinuit quam Græci Palæstinam dixerunt. Sidonius B primogenitus Chanaanis filius, urbem a se in Phœnicia conditam Sydonem appellavit. Amathes urbem Amatham, Macedonibus habitatam, condidit: cujus urbis nomen Ptolemæus cognomento Epiphanes, in Epiphaniam commutavit. Semo Noæ filio quinque nati filii, sumpto ab Euphrate initio, Asiam usque ad Indicum Oceanum incoluerunt. Elam Elymæos Persarum majores reliquit. Asur urbem Ninum condidit, et populum suum Assyrios vocavit. Arphaxad Chaldæorum fuit auctor. Aram eos qui post Syri nominati sunt, Aramæos a se vocavit. Lud Ludos dixit, qui post Lydi sunt appellati. Cum autem Arami quatuor essent filii, alius Trachonitidem et Damascum condit, quæ C inter Palæstinam et Cœlesyriam interjacet: alius Armenios, alius Bactrianos. Arphaxadi filius fuit Cainam. Cainanis Sala. Is Eberis pater. Eber Phalecum genuit, ob terræ divisionem sic appellatum: nam cum illius temporis homines dividerentur, etiam terræ facta est partitio. Hebræi autem partitionem Phalec dicunt, quæ gens ab Ebere auctore suo nomen habet. Phaleci filius **22** fuit Ragab, Ragab autem pater Seruchi. Is Nachorum genuit, Nachorus Tharam, Thara Abrahamum.

ϛ'. Τοῦ δὲ τῶν Ἑβραίων γένους προπάτωρ καὶ πατριάρχης τῶν αὐτοῦ πατριῶν ὁ μέγας οὗτος γέγονεν Ἀβραὰμ, ὃς Χαλδαῖος μὲν ἦν τὸ γένος, δέκατος ἀπὸ Νῶε γενόμενος, διακοσίων ἐτῶν καὶ ἐνενήκοντα πρὸς δυσὶ διεληλυθότων, ἐξ ὅτου τὴν γῆν ἅπασαν ὁ Θεὸς ἐπομβρίᾳ κατέκλυσεν. Οὗτος προγόνων ὢν ἀσεβῶν, πρῶτος ἔγνω Θεὸν ἕνα, τὸν τῶν ὅλων Δη-

D VI. Gentis porro Hebræorum auctor et patriarcha suæ nationis magnus iste Abrahamus exstitit, genere Chaldæus, a Noe decimus, annis ccxcii elapsis, ex quo Deus terram universam undis demerserat. Hic impiis ortus majoribus, primus cognovit Deum unum, rerum universitatis opificem, auctore ex operibus deprehenso, cui soli tribuendum ho-

Variæ lectiones et notæ.

(27) Ἡ κλῆσις αὐτῆς. Cod. Colbert. et Wolf. Ἡ κλῆσις τῆς χώρας.

(28) *Ἣν Μακεδόνες κατῴκισαν.* Ἣν Μακεδόνες ἀφ' ἑνὸς τῶν Πτολεμαίων Ἐπιφανοῦς λεγομένου Ἐπιφάνειαν μετωνόμασαν, *Cujus nomen Macedones a Ptolemæo quodam Epiphane in Epiphaniam mutarunt.* Ita codd. Wolf. Reg. et Colbert.

norem asserebat. Qua de re controversia inter eum et Chaldæos orta, demigravit illinc, auctore quem cognoverat Deo, et Chananæam tenuit. Quam cum fames premeret, abiit in Ægyptum, ibique ob sapientiam admirationi habitus, arithmeticam et astronomiam rudibus tum artium illarum Ægyptiis tradidit : quæ quidem a Chaldæis in Ægyptum, atque inde in Græciam transisse perhibentur. Assyriis autem Sodomitas aggressis, apud quos Lotus fratris Abrahami filius, et Saræ frater habitabat, ac multis Sodomitarum interfectis, cæterisque captis, Lotus etiam inter cæteros capitur. Quo Abrahamus intellecto, cum CCCXVIII vernis et III amicis Assyrios persequitur, Lotum ac Sodomitas liberat. Revertentem ab hostium persecutione, urbis Solymæ rex nomine Melchisedecus (qui Græcis *regem justum* significat) excipit. Solyma vero tum dicebatur urbs Jerusalem. Adeo vetusta illa est, atque omnes antiquitate superat. Deus approbata virtute Abrahami, remunerationem illi pollicetur. Illo autem dicente, quodvis sibi beneficium insuave fore, qui hærede careret (nequedum enim germanam sobolem susceperat, Saræ vulva obstructa), Deus etiam filium ei se daturum promittit, a quo magnus populus esset propagandus, stellis numero par : eumque una cum suis masculi sexus pudenda circumcidere jussit, ne genus ejus cum aliis gentibus confunderetur : itaque circumciduntur. Abrahamo jam centenario nascitur e Sara filius, Dei jussu Isaacus appellatus, quod *risum* significat : sive quod Sara, dato oraculo de partu suo riserat : quod ob effetam ætatem, promissioni fidem habere difficile, neque ulla spes prolis erat (nonagenaria enim Isaacum **23** peperit) : sive quod puer, risus occasio fuerit parentibus, hoc est, alacritatis et lætitiæ. Octavo post nativitatem die puer circumciditur : qui mos etiam a Judæis observatur. Arabes vero anno XIII circumcidere pueros solent, quod Ismael gentis conditor circa eam fuerit ætatem circumcisus. Nam quo tempore circumcisionem Abrahamo mandarat Deus, XIII annorum fuerat. Significat autem Ismaelis nomen *divinitus vocatum ;* quippe quod Deus Abrahamum supplicis voti compotem reddidisset, dato filio. Genuit autem hunc ex ancilla, cum qua eum Sara rem habere jusserat. Nam quia tum ex sese nihil parere poterat, a marito petiit, ut cum ancilla domestica, Ægyptia genere, cui nomen Agar erat, concumberet : e qua natum Ismaelem, pro filio sibi vendicavit. Post tamen Isaacum genitum, Agarem cum filio ex æmulatione relegavit. Cum adolevisset Isaacus, aut, ut Josephus Hebræus tradit, vir factus esset (nam Isaacum tum quindecim annorum fuisse ait), Deus periculum facit Abrahami, et filium immolare jubet, atque in monte quodam adolere unigenitum illum et dilectum. Non refragatur Abrahamus : sed filio assumpto, et in

A μιουργόν, ἐκ τῶν ποιημάτων καταλαβὼν τὴν ποιητήν, καὶ τούτῳ μόνῳ τὴν τιμὴν ἀπονέμειν δεῖν ἔλεγε. Στασιασάντων δὲ διὰ ταῦτα πρὸς αὐτὸν τῶν Χαλδαίων, μετῴκησεν ἐκεῖθεν, τοῦ γνωσθέντος αὐτῷ κελεύσει Θεοῦ, καὶ τὴν Χαναναίαν ἔσχηκε γῆν. Λιμοῦ δὲ τὴν Χαναναίαν πιέζοντος, μεταναστεύει εἰς Αἴγυπτον. Καὶ θαυμασθεὶς ἐπὶ συνέσει, τὴν ἀριθμητικὴν τοῖς Αἰγυπτίοις καὶ τὰ περὶ ἀστρονομίας, ἀμαθῶς τούτων ἔχουσι, παραδίδωσιν. Ἐκ Χαλδαίων γὰρ λέγεται φοιτῆσαι ταῦτα πρὸς Αἴγυπτον, κἀκεῖθεν πρὸς Ἕλληνας (29). Ἀσσυρίων δ' ἐπελθόντων τοῖς Σοδομίταις, οἷς συνῴκει καὶ Λώτ, ἀδελφόπαις ὢν Ἀβραάμ, τῆς Σάῤῥας τε ἀδελφός, καὶ πολλῶν μὲν πεσόντων Σοδομιτῶν, αἰχμαλωτισθέντων δὲ τῶν λοιπῶν, καὶ Λὼτ τοῖς Σοδομίταις συνηχμαλώτευτο.
B Ὁ μαθὼν Ἀβραάμ, σὺν τριακοσίοις ὀκτὼ καὶ δέκα οἰκέταις αὐτοῦ, καὶ φίλοις τρισί, κατεδίωξεν ὀπίσω τῶν Ἀσσυρίων, καὶ τούς τε Σοδομίτας ἔσωσε, καὶ τὸν Λώτ. Ἐπανιόντι δ' ἐκ τῆς διώξεως, ὁ τῆς Σόλυμα πόλεως βασιλεὺς αὐτὸν ὑποδέχεται, κεκλημένος Μελχισεδέκ. Σημαίνει δὲ τοῦτο μεθαρμοζόμενον εἰς τὴν Ἑλλήνων διάλεκτον, *βασιλεὺς δίκαιος*. Σόλυμα γὰρ ἦν ὄνομα τότε τῇ πόλει Ἱερουσαλήμ· οὕτως ἀρχαία λίαν ἡ πόλις, καὶ χρόνῳ τὰ πρεσβεῖα κληρωσαμένη κατὰ πασῶν. Τῆς ἀρετῆς δὲ τὸν Ἀβραὰμ ἀποδεξάμενος ὁ Θεὸς ἀμοιβὴν ὑπὲρ αὐτῆς ἐπηγγέλλετο· τοῦ δὲ φαμένου ἄχαρι πᾶν αὐτῷ δοκεῖν εὐεργέτημα, μὴ ἔχοντι τὸν τοῦτο διαδεξόμενον (ἦν γὰρ ἔτι γονῆς ἀμοιρῶν γνησίας, ὅτι τὴν μήτραν ἡ Σάῤῥα
C πεπήρωτο) ὁ Θεὸς καὶ παῖδα δώσειν αὐτῷ καθυπέσχετο, καὶ ἐξ ἐκείνου μέγα προελθεῖν ἔθνος, τοῖς ἄστρασι τὸν ἀριθμὸν ἐξισούμενον· καὶ περιτμηθῆναι τὰ αἰδοῖα αὐτὸν καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἐκέλευσεν ἄῤῥενας, ἵν' εἴη τὸ γένος αὐτοῦ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν ἀνεπίμικτον, καὶ περιετμήθησαν. Γίνεται τοίνυν τῷ Ἀβραὰμ παῖς ἑκατὸν γεγονότι ἐνιαυτῶν ἐκ τῆς Σάῤῥας, ὃν ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ καλέσαι προσέταξε. Δηλοῖ δὲ τὸ ὄνομα γέλωτα, ἢ ὅτι μειδίαμα τῇ Σάῤῥᾳ ἐγένετο, τέξεσθαι αὐτὴν τοῦ Θεοῦ χρηματίσαντος, διὰ τὸ τῆς ὑποσχέσεως δύσελπι, παρήλικι οὔσῃ, καὶ μὴ προσδοκώσῃ τεκεῖν (ἐνενήκοντα γὰρ ἐτῶν τὸν Ἰσαὰκ τεκοῦσα ἐτύγχανεν) ἢ ὅτι γέλωτος ὑπόθεσις τοῖς γονεῦσι τὸ παιδίον ἐγένετο, θυμηδίας δηλαδὴ καὶ χαρᾶς. Τεχθέντα δὲ τὸν παῖδα τοῦτον, κατὰ τὴν
D ὀγδόην ἡμέραν ὁ πατὴρ περιέτεμεν. Ὅθεν οὕτω καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐνενόμιστο περιτέμνεσθαι. Ἄραβες δὲ μετὰ τρισκαιδέκατον ἔτος τοὺς παῖδας περιτέμνειν εἰώθασιν, ὅτι καὶ Ἰσμαὴλ ὁ προπάτωρ αὐτῶν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ περιετέτμητο. Τρισκαίδεκα γὰρ ἦν ἐτῶν, ὅτε τῷ Ἀβραὰμ ὁ Θεὸς ἐπέταξε τὴν περιτομήν. Σημαίνει δὲ τὸ ὄνομα τοῦτο *θεόκλητον*, ὡς τοῦ Θεοῦ τῆς ἱκεσίας Ἀβραὰμ ἀκούσαντος, καὶ παῖδα δόντος αὐτῷ. Ἐγείνατο δὲ τοῦτον ἐκ παιδίσκης, ἣν ἡ Σάῤῥα αὐτῷ συγκατέκλινεν. Ἰδίας γὰρ ἀμοιροῦσα τότε γονῆς, οἰκείᾳ παιδίσκῃ, Ἄγαρ ὀνομασθείσῃ, Αἰγυπτίᾳ τὸ γένος, μιγῆναι τὸν ἄνδρα

Variæ lectiones et notæ.

(29) *Πρὸς Ἕλληνας.* Ei;. Et post αἰχμαλωτισθέντων pro αἰχμαλωτευθέντων. W.

ἠγάγετο, καὶ τεκούσης ἐκείνης τὸν Ἰσμαὴλ, ᾠκειώσατο τὸ παιδίον ἡ Σάῤῥα. Τεκοῦσα δέ γε τὸν Ἰσαὰκ, τῆς Ἄγαρ σὺν τῷ υἱῷ φυγὴν διὰ ζηλοτυπίαν κατεψηφίσατο. Ἀδρυνθέντος δὲ τοῦ Ἰσαὰκ, ἢ ἀνδρωθέντος κατὰ τὸν Ἑβραῖον Ἰώσηπον (εἴκοσι γὰρ καὶ πέντε ἐνιαυτῶν φησιν εἶναι τὸν Ἰσαὰκ τότε) πεῖραν ὁ Θεὸς ἐπάγει τῷ Ἀβραὰμ, καὶ καλέσας αὐτὸν θῦμα προσαγαγεῖν κελεύει τὸν υἱὸν, καὶ εἰς ἓν τῶν ὀρέων ἀπαγαγόντα τὸν μονογενῆ, τὸν ἀγαπητὸν, ὁλοκαυτῶσαι. Καὶ οὐκ ἀντεῖπεν ὁ Ἀβραὰμ, ἀλλὰ τὸν παῖδα προσειληφὼς, καὶ εἰς τὸ ἐπιταχθὲν αὐτοῦ ὄρος ἀναγαγὼν, τὸν θεῖον αὐτῷ κοινοῦται χρησμὸν, καὶ γενναίως οἴσειν τὴν καθιέρωσιν παραινεῖ, κελεύοντος τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ πείθεται, καὶ ἑκὼν ἑαυτὸν παρέχει πρὸς καθιέρωσιν, μὴ δίκαιον εἶναι φήσας Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀντιτείνειν θελήματι. Οὕτω ταῦτα τῷ Ἰωσήπῳ ἱστόρηται. Εἶτα φείσασθαι τοῦ υἱοῦ κελεύεται Ἀβραὰμ, καὶ κριὸς αὐτομάτως εἰς ὁλοκαύτωσιν ἀντιδίδοται. Μετὰ ταῦτα θνήσκει μὲν Σάῤῥα, ἐτῶν οὖσα ἑκατὸν εἴκοσι πρὸς ἑπτά. Ὁ δ' Ἀβραὰμ ἑτέραν ἠγάγετο, κεκλημένην Χετοῦραν ἐξ ἧς υἱεῖς αὐτῷ φύονται ἕξ. Τῷ Ἰσαὰκ δὲ περὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος γεγονότι, μνηστεύεται ὁ πατὴρ Ῥεβέκκαν ἐκ Μεσοποταμίας, θυγατέρα Βαθουὴλ, υἱοῦ Ναχὼρ, ἀδελφοῦ Ἀβραάμ. Ἔπειτα τελευτᾷ μὲν ἔτη ζήσας ἑκατὸν ἑβδομήκοντα καὶ πέντε. Γήμας δὲ τὴν Ῥεβέκκαν ὁ Ἰσαὰκ, διδύμους παῖδας ἐκ ταύτης γεννᾷ· ὧν τῷ μὲν πρεσβυτέρῳ καθόλου τοῦ σώματος δασεῖα ἐφύετο θρὶξ, ὅθεν καὶ Ἡσαῦ ἐκλήθη, διὰ τὴν τρίχωσιν. Τῷ νεωτέρῳ δὲ ἡ χεὶρ εἴχετο τῆς πτέρνης τοῦ ἀδελφοῦ, τῆς μητρικῆς προεκθορόντος γαστρὸς, διὸ καὶ Ἰακὼβ ὠνομάσθη. Πτερνιστὴν δὲ τὸ ὄνομα κατ' Ἑβραίους δηλοῖ.

A designatum a Deo montem abducto, communicat oraculum: hortatus ut, quoniam Deus ita jussisset, consecrationem fortiter ferret. Paret ille, et ultro se offert victimam. Neque enim æquum esse, Dei et patris voluntati adversari. Sic ista Josephus refert. Deinde filio parcere jubetur Abrahamus, et aries ultro ad incensum substituitur. Post hæc Sara moritur, annos nata CXXVII. Abrahamus aliam uxorem ducit, Cheturam nomine, e qua filii sex ei nascuntur. Isaaco annos circiter XL nato, Rebeccam filiam Bathuelis, fratre Abrahami Nachore nati, in Mesopotamia despondet. Deinde moritur, cum vixisset annos CLXXV. Isaacus Rebecca ducta, gemellos ex ea procreat, quorum natu major, ob hirtos corpore pilos, Esau vocatus. Minor plantam majoris, qui prior B ex utero materno exsilierat, manu retinet: ob id Jacobus appellatus, quod supplantatorem notat.

Ζ'. Γηράσας ἐπὶ τούτοις ὁ Ἰσαὰκ καὶ τὰς ὄψεις πεπήρωται. Καὶ τὸν Ἡσαῦ προσκαλεσάμενος (προτετίμητο γὰρ ἐκείνῳ διὰ τὰ πρωτοτόκια) καὶ θηρᾶσαι κελεύει, καὶ ἑτοιμάσαι δεῖπνον αὐτῷ, ἵνα φαγὼν (φησὶν) *εὐλογήσω σε πρὸ τοῦ με ἀποθανεῖν*. Καὶ Ἡσαῦ μὲν ἐξήει πρὸς θήραν. Ἡ δὲ Ῥεβέκκα φιλοῦσα μᾶλλον τὸν Ἰακὼβ, καὶ τοῦτον καλέσασα, εἶπεν ἃ ὁ πατὴρ ἐπέταξε τῷ Ἡσαῦ. Καὶ σπεῦσαι παρεκελεύσατο πρὸς τὸ ποίμνιον, καὶ δύο κομίσαι ἁπαλοὺς ἐρίφους αὐτῇ, ὡς ἂν ἐκ τούτων ἐδέσματα ἑτοιμάσῃ τῷ γέροντι, οἷα φιλεῖν ἐκεῖνον ἐπίσταται, καὶ φαγὼν εὐλογήσῃ αὐτόν. Ὁ δὲ ποιεῖ κατὰ τὰς μητρικὰς ἐντολάς. Ἤδη δὲ παρεσκευασμένων τῶν ἐδεσμάτων, τοὺς βραχίονας τοῦ παιδὸς περιελίσσει ταῖς τῶν ἐρίφων δοραῖς, καὶ δίδωσι τὸ δεῖπνον ἀπαγαγεῖν τῷ πατρί. Ἰσαὰκ δὲ τῇ φωνῇ τὸν Ἰακὼβ εἶναι τὸν προσιόντα αἰσθόμενος, ἔγγιστα προκαλεῖται αὐτὸν, καὶ τῶν χειρῶν ἐπαφᾶται. Τοῦ Θεοῦ δὲ πάντως τὸν Ἡσαῦ εὐλογίας ἀνάξιον κρίναντος, ἔδοξεν Ἰσαὰκ τὸν πρωτότοκον αὐτῷ παρεστάναι υἱόν. Ἠπάτητο δὲ τάχα διὰ τὸ βαθὺ τῆς τριχὸς, καὶ φαγὼν εὐλόγησε τὸν Ἰακώβ. Ἐπανῆλθε δὲ καὶ Ἡσαῦ, καὶ εἰσήγαγε δεῖπνον τῷ πατρὶ, καὶ ᾔτει τὴν εὐλογίαν. Ὁ δὲ ἔγνω τὸ σόφισμα, καὶ ἐλθὼν, ἔφη. *Ὁ ἀδελφός σου ἔλαβε τὴν εὐλογίαν σου*. Τοῦ δὲ ὀλοφυρομένου καὶ ἀξιοῦντος εὐλογηθῆναι (μηδὲ γὰρ μίαν εἶναι παρ' αὐτῷ εὐλογίαν) παρακληθεὶς, Ἰσαὰκ ὥρμησε μὲν εὐλογῆσαι. Ὅτι δὲ μὴ τῷ ἐνηχοῦντι ἐκεῖνον ἐδόκει θείῳ πνεύματι εὐλογίας τυχεῖν τὸν Ἡσαῦ, ἐπεὶ μηδ' ἄξιος ἦν αὐτῆς, εἰς ἀρὰν ἀντ' εὐλογίας ἐτυποῦτο τῷ Ἰσαὰκ ἡ φωνή. Δυσμενῶς εἶχε διὰ ταῦτα πρὸς τὸν ἀδελφὸν ὁ Ἡσαῦ. Ὁ δὲ τὸν ἀδελφὸν δεδοικὼς, συμβουλῇ τῆς μητρὸς εἰς Μεσοποταμίαν ἀπέρχεται. Ἀπιὼν δὲ ἀξιοῦται καθ' ὕπ-

VII. Post senio confectus Isaacus, atque orbatus oculis, vocat Esaum (is enim ob ætatem prærogativam **24** præferebatur alteri), venatum ablegat, ut cœnam sibi pararet: *Quo* (inquit) *ante obitum meum tibi bene precer*. Esau venatum profici- C scitur. Rebecca Jacobi amantior, illi accersito, quid pater Esao jussisset, dicit. Mandat ut e grege duos teneros hædos afferat, quo ex iis edulia conficeret seni, quibus eum delectari sciebat: iisque comesis, ipsi bene precaretur ille. Paret maternis jussis Jacobus. Paratis jam eduliis, brachia filii pellibus hædorum involvit mater, et cœnam dat patri offerendam. Isaacus Jacobum ex voce agnitum, proxime se accedere jubet, manusque contrectat. Sed quia Deus Esaum faustis ominibus semel indignum judicarat, putavit Isaacus primogenitum sibi filium astitisse (pilorum forsan asperitate deceptus), ciboque sumpto bene precatus est Jacobo. Redit et Esaus, oblataque patri cœna, faustam comprecatio- D nem postulat. Agnoscit ille imposturam: et: *Frater tuus*, inquit, *illam intercepit*. Quo ejulante, et faustam comprecationem flagitante (neque enim unicam duntaxat illi esse) motus precibus Isaacus, bene precari homini instituit ille quidem, sed quia id resonanti in eo Spiritui sancto non placebat, quod tali fortuna indignus esset Esaus, Isaaci vox pro fausta precatione in exsecrationem vertebatur. His de causis infensus fratri fit Esaus: qui illius metu percussus, de concilio matris in Mesopotamiam discedit. Inter proficiscendum, ostentum illud scalæ celebratum in somnis videt, cujus una pars terræ, altera cœlo inniteretur, et futurarum cognitione rerum divinitus instruitur. Locum oblatæ visionis Bæthel vocat, quod *divinum domicilium* Græcis so-

nat. Profectus Carram, apud Labanem Rebeccæ matris fratrem divertit: a quo exceptus hospitaliter, curæ gregum præficitur. Labani porro duæ erant filiæ: natu majori Liæ, minori Rachelis nomen erat. Jacobus amore junioris corripitur, quæ sororem forma superabat: et Labanem de ea alloquitur. Is desponsurum se illam ei pollicetur, si septem sibi annos inserviat. Annuit amator, tempus elabitur, nuptias apparat socer: sed noctu filiam natu majorem Jacobo in thalamum adducit. Qui mane impostura cognita, cum socero de injuria expostulat. Ille autem Rachelem etiam ei post alterius septenii servitutem pollicetur. Eam conditionem Jacobus amore subactus denuo accipit: et alteris septem annis elapsis, Rachelis etiam matrimonio potitur. Lia jam e Jacobo liberos habebat, Rubenem primogenitum, quod ex divina misericordia is sibi contigisset. Ægre ferebat enim amorem mariti erga sororem: sperabatque se honoratiorem fore, si uterum ferret. Secundum Simeonem appellat, quod vota ipsius exaudisset Deus. Post hunc Levis nascitur, qui *conjunctionis confirmationem* significat. Hunc Judas sequitur, quod nomen *gratiarum actionem* sonat. Rachel, quia liberos non habebat, verita ne minus gratiosa esset, maritum orat, ut cum ancilla sua congrederetur: ille obtemperat. Ex eoque Jacobi cum Balla (id enim ancillæ nomen erat) congressu, Dan nascitur: *divinum judicium* hoc vocabulum significat. Rursus eadem Nephtalim parit, hoc est *astutum*: quod hoc astu fecunditati sororis se opposuisset. Lia æmulatione incitata, Zelpham ancillam suam et ipsa Jacobo despondet, quæ Gadum peperit: *fortuitus* vocari queat. Alium post hunc Asserem parit, quem *prosperum* interpreteris licet: quod Lia ob liberorum multitudinem celebris et beata per illum partum habenda esset. Cum autem Ruben Liæ filius mandragoræ mala attulisset, Rachel partem sibi dari petiit, concesso Liæ nocte illa, quæ sibi debebatur, mariti concubitu: e quo muliercula Issacharem suscipit, quod nomen *mercede genitum* significat: et alterum filium Zabulonem, hoc est, *pignus benevolentiæ* erga se; ac filiam Dinam. Nascitur et Racheli filius Josephus: id nomen accessionem rei alicujus futuræ notat.

A νους τοῦ ᾀδομένου θεάματος τῆς κλίμακος, ἧς τῶν ἄκρων τὸ μὲν τῇ γῇ, τὸ δὲ τῷ οὐρανῷ προσήρειστο, καὶ μυεῖται τὰ μέλλοντα ἐκ τοῦ κρείττονος, καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ τὸ ὅραμα εἶδε, Βαιθὴλ προσηγόρευσε· δηλοῖ δὲ *θεῖαν ἑστίαν* καθ' Ἕλληνας. Καταντήσας δὲ εἰς Κάῤῥαν, κατήχθη πρὸς Λάβαν τὸν τῆς μητρὸς τῆς Ῥεβέκκας ὁμαίμονα, καὶ ξενίας παρ' ἐκείνῳ τετύχηκε, καὶ τὴν ἐπιμέλειαν τῶν ποιμνίων πιστεύεται. Δύο δὲ τῷ Λάβαν θυγατέρες ἐτύγχανον, ὧν ἡ μὲν πρεσβυτέρα Λεία, ἡ δ' ἑτέρα Ῥαχὴλ ἐπεκέκλητο. Εἰς ἔρωτα οὖν τῆς νεωτέρας ἠρέθιστο Ἰακὼβ, ἀστείας οὔσης τὸ εἶδος παρὰ τὴν ἀδελφὴν, καὶ προσάγει λόγους τῷ Λάβαν περὶ αὐτῆς. Ὁ δὲ ὁμολογεῖ κατεγγυῆσαι τῷ Ἰακὼβ τὴν Ῥαχὴλ, εἰ ἐπὶ ἔτη ἑπτὰ δουλεύσει αὐτῷ. Κατανεύει πρὸς τοῦτο B ὁ ἐραστὴς, παρέρχεται ὁ καιρὸς, ἑτοιμάζει τοὺς γάμους ὁ πενθερός. Νυκτὸς δὲ τὴν πρεσβυτέραν τῶν θυγατέρων συνευνάζει τῷ Ἰακὼβ. Γνοὺς δὲ μεθ' ἡμέραν, ὡς ἐξηπάτηται, ἀδικίαν ἐπενεκάλει τῷ πενθερῷ. Ὁ δὲ καὶ τὴν Ῥαχὴλ αὐτῷ ἐπηγγέλλετο μετὰ δουλείαν ἑτέρας ἑπταετίας. Πείθεται οὖν αὖθις δουλεῦσαι ὁ Ἰακὼβ, δουλούμενος ἔρωτι. Καὶ μεθ' ἑτέραν ἑπταετίαν καὶ τῇ Ῥαχὴλ συνευνάζεται. Τῇ μὲν οὖν Λείᾳ παῖδες ἦσαν ἐξ Ἰακώβ. Καὶ Ῥουβὴμ μὲν καλεῖ τὸν πρωτότοκον, ὅτι κατ' ἔλεον αὐτῇ γένοιτο τοῦ Θεοῦ. Ἐδάκνετο γὰρ ἐρωμένης τῆς ἀδελφῆς τῷ ἀνδρὶ, καὶ προσεδόκα μᾶλλον ἐντιμοτέρα γενήσεσθαι, εἰ σχοίη κατὰ γαστρός. Τὸν δεύτερον δὲ Συμεὼν ὀνομάζει. Δηλοῖ δὲ τοῦτο ἐπήκοον τὸν C Θεὸν γενέσθαι αὐτῇ. Καὶ ἐπὶ τούτῳ γεννᾶται Λευῒ, *κοινωνίας* τοὔνομα σημαίνει *βεβαιωτήν*. Μεθ' ὃν Ἰούδας αὐτῇ ἀποτίκτεται *εὐχαριστίας ἢ κλήσεως* δηλωτικῇ. Τῇ δὲ Ῥαχὴλ παιδίον οὐκ ἦν, καὶ δεδοικυῖα μὴ δι' ἀτεκνίαν παρευδοκιμηθῇ, δέεται τοῦ ἀνδρὸς τῇ θεραπαίνῃ αὐτῆς συνελθεῖν. Ὁ δὲ καὶ πείθεται, καὶ τῇ Βάλλᾳ συνέρχεται, καὶ παιδίον ἐξ Ἰακὼβ ἡ Βάλλα γεννᾷ, καὶ Δὰν ἐκλήθη ὁ παῖς, *θεόκριτον* εἴποιεν (30) Ἕλληνες. Κἀκ τῆς αὐτῆς αὖθις τίκτεται Νεφθαλεὶμ, *εὐμηχάνητος*, οἷον διὰ τὸ ἀντιτεχνάσασθαι πρὸς τὴν εὐτεκνίαν τῆς ἀδελφῆς. Ζηλοῖ ἐπὶ τούτοις ἡ Λεία, καὶ παρακατακλίνει κἀκείνη τῷ Ἰακὼβ Ζελφὰν τὴν ἰδίαν θεράπαιναν. Υἱὸν δὲ καὶ αὐτὴ ἐγείνατο Γάδ· *τυχαῖον* ἄν τις καλέσῃ αὐτόν. Καὶ ἐπὶ τούτῳ τίκτει καὶ ἕτερον, οὗτος D δ' ἦν ὁ Ἀσὴρ· λέγοιτο δὲ *μακαριστὴς* ὡς εὐκλείας τῇ Λείᾳ διὰ τὴν πολυτεκνίαν καὶ μακαρισμοῦ γενόμενος αἴτιος. Τῇ Λείᾳ δὲ Ῥουβὶμ τοῦ υἱοῦ μανδραγόρου μῆλα κομίσαντος, ᾔτει Ῥαχὴλ μεταδοῦναι τούτων αὐτῇ, καὶ ἀμοιβὴν προὐτίθει τῇ ἀδελφῇ τὸν κατ' ἐκείνην τὴν νύκτα λέκτρον τοῦ Ἰακώβ. Ἡ γὰρ νὺξ ἐκείνη τῇ Ῥαχὴλ προσκεκλήρωτο. Καὶ συνευνάζεται διὰ τοῦτο τῇ Λείᾳ ὁ Ἰακὼβ, καὶ τίκτει παῖδας ἔτι δύο τὸ γύναιον, τὸν Ἰσάχαρ· τὸν ἐκ *μισθοῦ* δὲ *γεγονότα* σημαίνει τὸ ὄνομα· καὶ Ζαβουλών· δηλοῖ δὲ τὸν *ἠνεχυρασμένον εὐνοίᾳ* τῇ πρὸς αὐτήν· καὶ θυγατέρα κληθεῖσαν Δεῖναν. Γίνεται δὲ καὶ τῇ Ῥαχὴλ υἱὸς Ἰωσήφ· τὸ δ' ὄνομα προσθήκην τινὸς γενησομένου δηλοῖ.

VIII. Sic annis viginti Jacobus soceri opilio

Η'. Ἔτη μὲν οὖν εἴκοσι ἐποίμαινε τῷ πενθερῷ

Variæ lectiones et notæ.

(30) *Θεόκριτον εἴποιεν*. Hæc Latine satis commode reddi non possunt, sive *divinum judicium*, aut *judicem*, sive *divinitus judicatum* dicas. Εὐμηχάνητος passivæ significationis potius esse videtur: quare *arte quæsitum* vertere malui, quam *astutum*, aut *artificiosum*. Ita etiam μακαριστὴς, *beatorem*, si dicere liceat, quam *beatum* potius significat. *Prosperum* ego verti. W.

Ἰακώβ. Εἶτα ὑποχωρῆσαι θέλων, οὐ συγκεχώρητο. Ὅθεν κρύφα μετὰ τῶν γυναικῶν σὺν ταῖς θεραπαινίσι καὶ τοῖς παισὶν ἀπεδίδρασκεν, καὶ τὴν κτῆσιν προσεπαγόμενος, καὶ τῶν βοσκημάτων ἅπερ αὐτῷ τοῦ ποιμαίνειν μισθὸς προσνενέμηντο. Ῥαχὴλ δὲ καὶ τὰ εἴδωλα τοῦ πατρὸς ἐπεφέρετο, οὐχ ὡς τιμῶσα, ἀλλ' ἵν' ἔχοι ταῦτα καταφυγὴν, εἰ ἐπιδιώξας αὐτοὺς ὁ πατὴρ καταλάβοι. Τοῦ δὲ Λάβαν καθ' ἑβδόμην ἡμέραν καταλαβόντος, κατ' ὄναρ ἐπέταξεν αὐτῷ ὁ Θεὸς σπείσασθαι τῷ Ἰακώβ. Μεθ' ἡμέραν δὲ λόγοι ἀμφοῖν γίνονται, καὶ τοῦ Ἰακὼβ μηδὲν ἀδικεῖν ἀποδείξαντος περὶ τῶν πατρῴων θεῶν ἐπενεκάλει ὁ Λάβαν αὐτῷ. Ὁ δὲ μηδὲν περὶ αὐτῶν συνειδὼς, ἐρευνᾷν παρεχώρει, καὶ γίνεται ἡ ἔρευνα (51). Ἡ Ῥαχὴλ δὲ τὰ εἴδωλα τῇ ἀστράβῃ τῆς φερούσης αὐτὴν καμήλου ἐντίθησι, καὶ αὐτὴ ἐπεκάθητο, φάσκουσα τὴν τῶν ἐμμήνων ῥύσιν αὐτῇ ἐνοχλεῖν. Ὁ δὲ Λάβαν μὴ ἄν ποτε τὴν θυγατέρα μετὰ τοιούτου πάθους τοῖς θεοῖς αὐτοῦ προσελθεῖν οἰηθεὶς, παρῆλθεν αὐτήν. Καὶ ὁ μὲν ἀνέζευξεν· ὁ δὲ Ἰακὼβ, τὸν ἀδελφὸν δεδιὼς, προπέμπει, δηλῶν αὐτῷ τὴν ἐπάνοδον, καὶ δῶρα στέλλει αὐτῷ. Νυκτὸς δ' ἐπιγενομένης, φαντάσματι συντυχὼν διεπάλαιε, καὶ ἐδόκει κρατεῖν. Αἰσθόμενος δὲ ἄγγελον εἶναι Θεοῦ, εἰπεῖν αὐτῷ παρεκάλει, τίνα μοῖραν ἕξει. Ὁ δὲ τὸ κρατῆσαι θείου ἀγγέλου μεγάλων ἀγαθῶν σημεῖον ἡγεῖσθαι δεῖν ἔλεγε. Καὶ Ἰσραὴλ αὐτὸν καλεῖσθαι ἐκέλευεν. Τοῦτο δὲ οἱ μὲν ἄλλοι *νοῦς ὁρῶν Θεὸν*, ἑρμηνεύουσιν. Ἰώσηπος δὲ, τὸν ἀντιστάντα θείῳ ἀγγέλῳ, σημαίνειν φησίν. Ἰακὼβ δὲ τὸν τόπον καλεῖ Φανουὴλ, τούτεστι, *Θεοῦ πρόσωπον*. Γενομένου δ' ἐν τῇ πάλῃ τῇ πρὸς τὸν ἄγγελον ἀλγήματος αὐτῷ περὶ τὸ νεῦρον τὸ πλατὺ, ἐκεῖνός τε τὴν τούτου βρῶσιν ἀπείπατο, καὶ δι' ἐκεῖνον, καὶ τῷ ἐκείνου γένει ταυτὶ ἀπηγόρευται· ὑπαντήσαντος δὲ τῷ ἀδελφῷ τοῦ Ἡσαῦ, συνέβαλον ἀλλήλοις, καὶ ἠσπάσαντο. Εἶτα ὁ μὲν Ἡσαῦ ἀπηλλάγη, Ἰακὼβ δ' ἀφίκετο πρὸς τὰ Σίκιμα. Τῶν δὲ Σικιμιτῶν ἑορτὴν ἀγόντων, ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ Δεῖνα εἰς τὴν πόλιν παρῆλθε, τὰ τῆς ἑορτῆς ἱστορήσουσα. Θεασάμενος οὖν αὐτὴν Συχὲμ ὁ τοῦ τῆς πόλεως βασιλέως υἱὸς, φθείρει δι' ἁρπαγῆς. Ἔπειτα ὁ τούτου πατὴρ ἐδέετο τοῦ Ἰακὼβ, ζευξαι τὴν Δεῖναν τῷ Συχέμ. Ὁ δὲ οὐ κατένευσε. Συμεὼν δὲ καὶ Λευὶ τῆς κόρης ὁμομήτριοι ἀδελφοὶ, διὰ τὴν ἑορτὴν εὐωχουμένων τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ καρηβαρούντων, νύκτωρ παρελθόντες, πᾶν ἄρσεν ἡβηδὸν ἀναιροῦσι, καὶ τὸν βασιλέα, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ. Ταῦτά φησιν ὁ Ἰώσηπος. Πιθανώτερον δὲ περὶ τούτων ἡ βίβλος ἱστορεῖ τῆς Γενέσεως. Λέγει γὰρ, ὅτι Ἐμμὸρ τοῦ πατρὸς Συχὲμ ἀξιοῦντος συζευχθῆναι τὴν Δεῖναν τῷ υἱῷ αὐτοῦ, Συμεὼν καὶ Λευὶ εἶπον, ὡς Εἰ περιτμηθεῖεν οἱ ἐν τῇ πόλει ἄρρενες πάντες, δώσομεν τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν τῷ υἱῷ σου. Καὶ ὅτι κατεδέξαντο τὸν λόγον, καὶ περιετμήθησαν ἅπαντες. Κατὰ δὲ τὴν ἐκ τῆς περιτομῆς τρίτην ἡμέραν, πονηρῶς τῶν περιτμηθέντων δια-

fuit: et cum discessurus esset, non situs est. Itaque clam cum uxoribus, ancillis et liberis fugam capit, abductis una bonis suis, et pecudibus, quas pastionis mercede nactus fuerat. Rachel etiam simulacra patris abstulit: non quod illa veneraretur, sed ut ad ea confugere posset, si a patre persequente deprehensa esset. Cum autem Laban eos die septimo consecutus esset, somnio divinitus monetur, ut reconcilietur Jacobo. Postridie verbis utrinque **26** factis, etsi Jacobus demonstrarat, nullam a se ortam fuisse injuriam, Laban tamen de patriis diis eum accusabat. Qui ejus rei nescius, inquisitionem illi permittit. Inquirit ille. Sed Rachel simulacris sellæ cameli, qua vehebatur, subjectis insidens, menstruorum fluxu laborare se ait. Laban, qui filiam ad deos suos eo malo conflictantem, nunquam accessuram, persuasum haberet, ea prætcrita, domum revertitur. Jacobus vero fratrem metuens, suum reditum illi, muneribus præmissis, denuntiat. Nocte superveniente, cum spectro sibi decertare, victoriaque potiri visus, cum angelum esse Dei animadvertisset, orat, ut sibi diceret, quo fato usurus esset. Ille victoriam divini angeli, magnorum bonorum signum habendam esse asserit, et Israelem vocari jubet. Quam vocem alii *mentem, quæ Deum videat*, interpretantur. Josephus, eum qui divino angelo restiterit, significare tradit. Jacobus locum illum Phanuel, hoc est, *Dei faciem* vocat. Et quia in lucta cum angelo, poplitis dolore affectus fuerat, cum ipse illius esu abstinuit, tum omnis ejus posteritas ab eo, ut illicito, abhorret. Frater Esaus obviam illi progressus, salute dicta acceptaque recedit. Jacobus Sicima pervenit. Sicimitis autem festum celebrantibus, filia ejus Dina, spectandæ festivitatis gratia, urbem ingreditur. Quam conspectam Sychemus regius adolescens rapit, raptam stuprat. Rex adolescentis pater Jacobum orat, ut Dinam Sychemo despondeat. Re non impetrata, Symeon et Levi uterini puellæ fratres, civibus ob festivitatem convivantibus atque inebriatis, urbem noctu ingressi, mares prorsus omnes, pariterque regem cum filio trucidant. Hæc Josephus tradit. Sed liber Geneseos probabilius his de rebus disserit. Cum, inquit, Emmor Sychemi pater Dinam filio uxorem peteret, Symeonem et Levim dixisse, si mares urbis omnes circumciderentur, se filio ejus sororem suam desponsuros, qua accepta conditione, circumcisos esse omnes. Ac die inde tertio, cum ex cruciatu ardoris male haberent, ab illis trucidatos, Jacobo ignorante. Quem facinus illud graviter ferentem, bono animo **27** Deus esse jubet. Inde Bethlelem profectus Jacobus, ubi somnium viderat, rem divinam facit, ac progressus, Rachelem ex partu mortuam Ephratæ sepelit, puero ob matris ex eo dolorem Benjamine appellato. Chebronem profectus, patrem Isaacum

Variæ lectiones et notæ.

(51) *Καὶ γίνεται ἡ ἔρευνα.* Καὶ ὡς ἡ ἔρευνα γίνεται. Et paulo post, pro ἄν ποτε, ἄμποτε. W.

adhuc viventem invenit : sed Rebecca jam obierat. Nec multo post etiam Isaacus moritur, et una cum uxore in patrio monumento sepelitur, expletis vitæ annis supra CLXXXV.

A κειμένων, καὶ ὀδυνωμένων διὰ τὴν φλεγμονὴν, ἐπέθεντο αὐτοῖς, καὶ ἀνεῖλον ἅπαντας, ἀγνοοῦντος τοῦ Ἰακὼβ· ᾧ χαλεπαίνοντι διὰ ταῦτα, θαῤῥεῖν ἐκέλευσεν ὁ Θεός. Ἐλθὼν δὲ ἐν Βαιθὴλ ὁ Ἰακὼβ, ὅπου τὸν ὄνειρον ἐθεάσατο, ἔθυσεν. Καὶ προϊὼν, τὴν Ῥαχὴλ ἐκ τοκετοῦ θανοῦσαν, ἐν Ἐφρατᾶ θάπτει. Καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς παιδίον Βενιαμὶν ἐκάλεσε, διὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ γενομένην τῇ μητρὶ ὀδύνην. Ἐλθὼν δ' εἰς Χεβρὼν, πόλιν τῶν Χαναναίων, κατέλαβε τὸν πατέρα αὐτοῦ Ἰσαὰκ ἔτι ζῶντα· ἡ δὲ Ῥεβέκκα ἔφθη θανεῖν. Θνήσκει δὲ μετὰ βραχὺ καὶ ὁ Ἰσαὰκ, καὶ θάπτεται σὺν τῇ γυναικὶ παρὰ τῷ γονικῷ μνημείῳ, βιώσας ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα πρὸς τοῖς ἑκατόν.

IX. Esaus autem Idumææ imperabat, regioni a se dato nomine. Edom enim vocatus fuerat, quod aliquando famelicus a venatu reversus, cum a fratre petiisset, ut lentem, quam ille sibi coxerat, daret, jurejurando adactus, ætatis prærogativam illi concessit. Ex eo cognominatus est Edom, ob rufum admodum lentis colorem. Edom porro Hebræis *rufum* significat. Jacobus Josephum ob et vultus elegantiam, et ingenii dexteritatem, præ cæteris diligebat. Itaque et patria charitas, et somnia quæ viderat, fratrum invidiam illi conciliarunt. Somnia hujusmodi fuerunt. Unum : Tempore messis cum fratribus metens, manipulos sibi ligare et componere, ac suos immotos stare, quos fraterni accurrentes adorarent : alterum, a sole et luna ac reliquis stellis adorari sibi videbatur. Has visiones fratribus etiam præsentibus patri referens quid sibi vellent, scire cupiebat. At ille felicitatem nato denuntiabat, ac fore tempus, quo et a parentibus et a fratribus coleretur, et adoraretur. Hæc fratres ægre ferre, et torve adolescentulum intueri. Post hæc pater Josephum ad filios, greges Sicimis pascentes, visum mittit. Quo conspecto, ad eum perimendum sunt concitati. Sed Ruben monebat, ne fraterno sanguine manus polluerent, sed in proximum puteum conjectum emori sinerent : sic levius fore facinus. Quo consilio adolescentibus probato, puerum sensim in puteum demisit. Judas vero Arabicis mercatoribus visis, auctor fit fratribus vendendi illis Josephi. Assentiuntur, eumque viginti minis vendunt, annos natum septemdecim. Ruben noctu ad puteum accedit, ut Josephum inde ereptum clam fratribus conservaret. Quo non invento, lugens, fratres criminatur : sed re ex
28 illis cognita, lugere desinit. Illi tunica adolescentis hircino sanguine polluta, ad patrem veniunt, dicentes, se Josephum nec vidisse, nec quomodo interiisset scire · sed tunicam illam reperiisse, cruentatam et laceratam. Jacobus sacco indutus, Josephum luget. At illum a mercatoribus emit Petephres, homo Ægyptius, Pharaonis regis coquis præfectus, et honorifice tractat. Herilis autem uxor, et forma et dexteritate ejus in amorem illecta, verbis ad eum de congressu factis, repulsam fert : ac nihilo tamen secius cupiditatis ardore subacta, speque persuadendi dejecta, vim parat. Ut autem adolescens veste relicta exsilit, illa tristis et perturbata sedet : maritoque reverso, Josephum accusat, demonstrans vestem, quam ille violaturus dominam, reliquisset. Petephres Josephum in car-

Θ'. Ἠσαῦ δὲ ἦρχε τῆς Ἰδουμαίας, καλέσας τὴν χώραν ἀφ' ἑαυτοῦ. Ἐδὼμ γὰρ ἐκεῖνος ἐκέκλητο, ὅτι ἀπὸ θήρας ποτὲ λιμώττων ἐπανελθὼν, καὶ τὸν ἀδελφὸν εὑρὼν φακὴν ἑτοιμάσαντα ἑαυτῷ πρὸς τροφὴν, ἠξίου δοῦναι αὐτῷ. Ὁ δὲ ἀποδόσθαι αὐτῷ τὸ πρεσβεῖον ἠνάγκασεν ἀντὶ τῆς φακῆς, καὶ παραχωρεῖ τούτου B μεθ' ὅρκων διὰ τὸν λιμόν· ὅθεν Ἐδὼμ ἐπεκλήθη, διὰ τὴν ξανθότητα τῆς φακῆς· σφόδρα γὰρ ἦν τὴν χροίαν τοιαύτη. Ἐδὼμ δὲ παρ' Ἑβραίοις τὸ *ἐρυθρὸν* ὀνομάζεται. Ἰακὼβ δὲ τὸν ἐκ τῆς Ῥαχὴλ Ἰωσὴφ, διά τε τὴν τοῦ προσώπου εὐφυΐαν, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν, πλέον τῶν ἄλλων παίδων ἠγάπα. Ἥ τε γοῦν τοῦ πατρὸς στοργὴ, καὶ οἱ ὄνειροι οὓς ἐθεάσατο, εἰς φθόνον αὐτοῦ τοὺς ἀδελφοὺς κεκινήκασι. Τῶν δὲ ὀνειράτων τὸ μὲν ἦν τοιοῦτον. Ἐν ὥρᾳ θέρους ἐδόκει, μετὰ τῶν ἀδελφῶν θερίζων, δράγματα δεσμεῖν καὶ τιθέναι, καὶ τὰ μὲν αὐτοῦ ἠρεμεῖν, τὰ δὲ τῶν ἀδελφῶν προστρέχοντα προσκυνεῖν τοῖς αὐτοῦ. Τὸ δὲ, τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς λοιποὺς τῶν ἀστέρων προσκυνεῖν ἐδόκει αὐτῷ. Ταύτας τὰς C ὄψεις τῷ πατρὶ διηγούμενος, παρόντων καὶ τῶν συγγόνων, τὴν δήλωσιν ἐζήτει μαθεῖν. Ὁ δὲ εὐδαιμονίαν κατήγγειλε τῷ παιδί· καὶ καιρὸν ἥξειν, καθ' ὃν ὑπὸ τῶν γονέων καὶ τῶν ἀδελφῶν τιμηθήσεται καὶ προσκυνηθήσεται. Ταῦτα τοὺς ἀδελφοὺς ἐλύπησε τοῦ Ἰωσὴφ, καὶ ὑπεβλέποντο τὸ μειράκιον. Νεμόντων δὲ τὰ ποίμνια τῶν παίδων τοῦ Ἰακὼβ ἐν Σικίμοις, ὁ πατὴρ πέμπει τὸν Ἰωσὴφ, ἐκείνους ἐπισκεψόμενον. Οἱ δὲ τοῦτον ἰδόντες, ὥρμησαν ἀνελεῖν. Ῥουβὶμ δὲ συνεβούλευε, μὴ αὐτόχειρας γενέσθαι τοῦ ἀδελφοῦ, ἀλλ' εἰς τὸν παρακείμενον λάκκον ῥίψαι αὐτὸν, ἵνα ἀποθάνῃ ἐκεῖ, καὶ οὕτω μετριώτερον ἔσοιτο τὸ κακόν. Συναινεσάντων δὲ τῷ λόγῳ τῶν νεανίσκων, λαβὼν ὁ Ῥουβὶμ τὸ μειράκιον, ἠρέμα καθίμησεν εἰς τὸν λάκκον. Ἰούδας δὲ ἐμπόρους ἰδὼν D Ἄραβας, συνεβούλευσε τοῖς ἀδελφοῖς τὸν Ἰωσὴφ ἀπεμπολῆσαι αὐτοῖς. Καὶ δόξαν τοῦτο, τοῖς ἐμπόροις αὐτὸν ἀποδίδονται μνῶν εἴκοσι, ἐτῶν ἑπτακαίδεκα γεγονότα. Ῥουβὶμ δὲ νύκτωρ ἐπὶ τὸν λάκκον ἐλθὼν, ἵν' ἐξενέγκῃ τὸν Ἰωσὴφ, καὶ σώσῃ, τοὺς ἀδελφοὺς λαθὼν, καὶ μὴ εὑρὼν αὐτὸν, πενθῶν ᾐτιᾶτο τοὺς ἀδελφούς. Τῶν δὲ τὸ πραχθὲν φρασάντων, παύεται τοῦ πένθους. Τὸν δὲ χιτωνίσκον τοῦ μειρακίου αἵματι τράγου μολύναντες, ἧκον πρὸς τὸν πατέρα, καὶ εἶπον, τὸν μὲν Ἰωσὴφ μήτ' ἰδεῖν, μήθ' ὅπως διέφθαρται γνῶναι· χιτῶνα δὲ τοῦτον εὑρεῖν, ᾑμαγμένον καὶ διεῤῥωγότα. Ἰακὼβ δὲ ἐπὶ τῷ μειρακίῳ πενθῶν ἐκαθέζετο, καὶ σάκκον ἐνδύσας. Τὸν Ἰωσὴφ δὲ ἐκ τῶν ἐμπόρων ὠνήσατο Πετεφρῆς, ἀνὴρ Αἰγύπτιος, ἐπὶ τῶν βασιλέως Φαραὼ μαγείρων,

καὶ εἶχεν αὐτὸν ἐν τιμῇ. Τῆς δὲ τοῦ δεσπότου γυναικὸς διά τε εὐμορφίαν καὶ τὴν αὐτοῦ δεξιότητα ἐρωτικῶς διατεθείσης, καὶ λόγους περὶ μίξεως προσαγαγούσης, παρέπεμπε τὴν ἀξίωσιν. Ἡ δὲ δεινῶς πολιορκουμένη τῷ ἔρωτι, δευτέραν ἐπῆγε πεῖραν, καὶ τὸ πείθειν ἀπογνοῦσα, βιάζεσθαι ἤθελεν. Ὡς δὲ καὶ τὸ ἱμάτιον ὁ νεανίσκος καταλιπὼν, ἐξεπήδησε, καθῆστο κατηφὴς καὶ συγκεχυμένη. Ἐλθόντι δέ τ' ἀνδρὶ κατηγόρει τοῦ Ἰωσὴφ, καὶ τὸ ἱμάτιον ἐπεδείκνυεν, ὡς ὅτ' ἐπεχείρει βιάζεσθαι, καταλιπόντος αὐτό. Πετεφρῆς δὲ εἰς τὴν τῶν κακούργων εἱρκτὴν ἐμβάλλει τὸν Ἰωσὴφ, ἐν ᾗ καὶ ὁ οἰνοχόος Φαραὼ κατ' ὀργὴν ἐνεκέκλειστο, καὶ ὁ ἀρχισιτοποιός· οἷς συνήθης γενόμενος, ἠξιοῦτο φράσαι αὐτοῖς τῶν ἐνυπνίων τὴν δήλωσιν. Ὁ μὲν γὰρ οἰνοχόος ἄμπελον ὁρᾷν ἔδοξεν, ἐξ ἧς τρία ἐφύοντο κλήματα, ὧν ἀπῃώρηντο μεγάλοι καὶ πέπειροι βότρυες. Τούτους δ' ἀποθλίβειν εἰς φιάλην, καὶ προσάγειν τῷ Φαραὼ, κἀκεῖνον λαβεῖν προσηνῶς. Ἀγαθὰ γοῦν σημαίνειν αὐτῷ τὸν ὄνειρον ἐξηγεῖτο ὁ Ἰωσήφ. Ἐν γὰρ τρισὶν ἡμέραις ταῖς προσαγούσαις εἰς τὸ πρότερον ἀποκατασταθήσεται διακόνημα, καὶ ἠξίου μεμνῆσθαι αὐτοῦ, εὐπραγήσαντα. Ὁ δὲ ἀρχισιτοποιὸς τρία κανᾶ ἐδόκει φέρειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, δύο μὲν ἄρτων πλήρη, τὸ δ' ἕτερον ὄψου καὶ ποικίλων βρωμάτων. Τὰ δὲ διαρπαγῆναι ὑπὸ πτηνῶν καθιπταμένων. Ἔφη δὲ καὶ τούτῳ ὁ Ἰωσὴφ τὰ τρία κανᾶ τριῶν ἡμερῶν εἶναι σημαντικὰ, καὶ ἐν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ μέλλειν αὐτὸν κρεμασθέντα, σαρκοφάγοις ἔσεσθαι βορὰν πετεινοῖς. Γέγονε δ' ἐπ' ἀμφοῖν, ὡς Ἰωσὴφ ἐξηγήσατο.

A cerem maleficorum conjici jubet, quo et pincerna Pharaonis per iracundiam conjectus fuerat, et magister pistorum: qui inita cum eo familiaritate, petebant somnia sibi ab eo sua declarari. Pincerna vitem sibi videre visus fuerat, unde tres palmites enascerentur, de quibus magnæ et maturæ uvæ dependerent, quas in phialam exprimeret, eámque Pharaoni offerret, qui benigne acceptaret. Josephus bonam somnii esse significationem asserebat: nam intra triduum pristinam ei functionem restitutum iri: petebatque, ut is rebus suis secundis, sui recordaretur. Pistorum autem magister visus sibi fuerat tria canistra in capite ferre, duo plena panibus, tertium obsonio et variis cibis refertum, quæ a devolantibus alitibus diriperentur. Dixit autem huic B etiam Josephus, tria canistra significare triduum, ac die tertia suspensum eum carnivoris alitibus fore cibum. Utrique accidere quæ Josephus prædixerat.

Γ'. Εἶτα τῷ Φαραὼ ὁ Θεὸς ὄψεις ἐνυπνίων ἐπιπέμπει διττὰς, καὶ τὰς δηλώσεις ἀμφοῖν. Ὁ δὲ τῶν μὲν ὄψεων ἐμιμνήσκετο, τῶν δ' ἐξηγήσεων ἐπελάθετο. Συγκαλεῖ τοίνυν τοὺς τῶν Αἰγυπτίων σοφοὺς, καὶ ἀπαγγέλλει αὐτοῖς τὰ ἐνύπνια, καὶ τὴν δήλωσιν ἀπαιτεῖ· ἀπορούντων δ' ἐκείνων, ὀργίζεται. Ὁ δ' οἰνοχόος, εἰ καὶ μὴ πρότερον, ἀλλὰ τότε πρὸς μνήμην ἦκε τοῦ Ἰωσὴφ, καὶ διδάσκει περὶ ἐκείνου τὸν Φαραώ. Ἄγεται τοίνυν αὐτίκα. Ὁ δὲ φησί· *Νεανία, φράσαι μοι τὴν κρίσιν τῶν ὀνειράτων, ὧνπερ τεθέαμαι. Ἔδοξα βόας εὐτραφεῖς ἑπτὰ προϊόντας τοῦ ποταμοῦ πρὸς τὸ ἕλος χωρεῖν· ἑτέρους δ' ἑπτὰ ἰσχνοὺς, καὶ τετηγμένους λιμῷ τοῦ ἕλους ἐξελθόντας συναντῆσαι τούτοις, καὶ βρωθῆναι παρὰ τῶν δευτέρων τοὺς πρώτους καὶ πίονας, καὶ μένειν ἔτ' αὐτοὺς ὁμοίως ἰσχνούς. Αὖθις δ' ὁρῶ στάχυας ἑπτὰ ἐκφύντας ῥίζης μιᾶς θαλεροὺς καὶ κεκλιμένους τῷ βάρει τῷ τοῦ καρποῦ. Πλησίον δ' αὐτῶν ἰσαρίθμους ἐδόκουν ὁρᾷν στάχυας ἀδρανεῖς ὑπὸ ἀδροσίας καὶ πρὸς ὅρασιν ἀηδεῖς, οἳ καὶ ἀνήλισκον τοὺς εὐκάρπους τε καὶ ὡραίους.* Ὁ δ' Ἰωσήφ· *Κἂν διττὰ,* φησὶν, *ὦ βασιλεῦ, εἰσὶ τὰ ἐνύπνια, ἀλλὰ μίαν ἔχουσι τῶν μελλόντων τὴν δήλωσιν. Οἵ τε γὰρ βόες, ζῶον ἐπ' ἀρότρῳ πονοῦν, ὑπὸ τῶν χειρόνων κατεσθιόμενοι, καὶ οἱ θάλλοντες στάχυες ὑπὸ τῶν ἀδρανῶν δαπανώμενοι, λιμὸν ἐπὶ τοσοῦτον ἔτη τῇ χώρᾳ σου καταγγέλλουσιν ἐν ἰσαρίθμοις ἐνιαυτοῖς εὐθηνηθείσῃ πρότερον τοῖς καρποῖς, ὡς τὴν τούτων εὐφορίαν ἀναλωθῆναι ὑπὸ τῶν ἔπειτα. Εἰ δὲ σὺ ταμιεύσεις τὰ τῆς προτέρας εὐδαιμονίας, εἰς τοὺς τῆς ἀφορίας ἐνιαυτοὺς, θήσεις τοῖς Αἰγυπτίοις ἀνεπαίσθητον τὸ*

X. Post hæc Deus Pharaoni bina visa in somnis offert, eorumque enarrationes. At ille visa quidem meminerat, enarrationum autem oblitus fuerat. Itaque sapientes Ægyptiorum convocat, somnia enarrat, C interpretationem expetit: quibus hæsitantibus irascitur. At pincerna, etsi pridem oblitus, tandem Josephi redit in memoriam: de eo regem edocet. Adducitur **29** ille statim. Cui rex: *Adolescens,* inquit, *somniorum quæ vidi judicium mihi declara. Vidi boves* VII *pingues e flumine ascendentes, se conferre ad paludem, quibus alii* VII *occurrerent tenues et fame confecti: atque pinguibus illis devoratis, æque tenues manerent. Rursus vidi spicas* VII, *ex uno vegeto calamo enatas, pondere granorum inclinatas: ac prope illas totidem videre videbar spicas tenues, et ob squalorem aspectu fœdas, quæ et ipsæ fecundas et pulchras consumerent.* Ad hæc Josephus: *Etsi, o rex,* inquit, *somnia bina sunt, eadem tamen est utriusque in futurum significatio. Nam et boves,* D *animal arando exerceri solitum, a deterioribus devorati, et spicæ florentes a tenuibus absumptæ, tot annorum famem tuæ regioni portendunt, cum quidem totidem annis proventus annonæ uberrimus a posterioribus sit absumendus. Tu vero, si priorem copiam in sterilitatis annos seposueris, sensum istius calamitatis Ægyptiis adimes.* Pharao Josephi sapientia obstupefactus, tum ob somniorum conjecturam, tum propter consilium: *Tu,* inquit, *ipse, rerum istarum conjector et suasor, idem etiam consiliorum administrator eris.* Itaque potestatem suam in eum confert, ut et sigillo Pharaonis uteretur, et purpuram gestaret, et curru veheretur. Accidit hoc Josepho 30 annos nato, quem Pharao Psonthomphanechum, hoc est, *occultorum interpre-*

tam vocabat : eique uxorem Asenethamn nomine, Heliopolitani pontificis filiam, despondet : e qua ante famem liberos suscipit, quorum natu majorem Manassem ab oblivione vocat, quod calamitatum oblitus esset : minorem Ephraimum, a retributione, quod majorum suorum libertas sibi restituta esset. Adventat interea penuriæ tempus : neque Ægyptum duntaxat invadit fames, sed eam quoque regionem, in qua Jacobus inquilinum agebat. Mittit igitur filios in Ægyptum, ad emendum frumentum, solo Benjamine apud se retento, ut natu minimo. Accedunt illi Josephum; qui non agnitus, agnoscit fratres, et exploratum venisse illos ait. Illi et unde venerint, et se uno patre natos esse, adhuc superstite, ac alium fratrem natu minimum esse apud patrem, dicunt. Josephus tum demum se fidem illis habiturum dicit, si fratrem minimum ad se adduxissent. **30** Dat eis frumentum : argentoque sacco cujusque clam imposito, Symeonem reditus illorum vadem retinet. Redeunt ad Jacobum filii, frumentum afferentes, et quid sibi accidisset nuntiantes. Ille retentum esse Symeonem ægre fert, Benjaminem in Ægyptum perduci se passurum negat. Frumento autem jam consumpto, cum eis alia conditione reverti in Ægyptum non liceret, nisi Benjamine etiam adducto, victus necessitate pater concedit : et duplex frumenti pretium, ac Josepho munera addit. Ut in Ægyptum venere, Josepho munera offerunt : qui Benjamine viso, miseratione commotus, ad lacrymas dissimulandas secedit. Deinde fratribus ad cœnam adhibitis, duplis Benjaminem portionibus appositis honorat : et quæstorem frumentum illis dare jubet, et pretium in saccos imponere, et in Benjaminis sarcinam scyphum argenteum conjicere. His factis discedunt fratres, recepto Symeone. Eos abeuntes circumdant equites, objicientes furtum scyphi : quem, inquisitione facta, in Benjaminis sarcina reperiunt. Benjaminem equites ad Josephum abducunt, quem fratres, scissis vestibus, plorantesque sequebantur. Josephus insectatus eos, ut ingratos, missos facit, solius Benjaminis retentione contentus : cæteri attoniti astant. Judas vero causam agere exorsus, cum multa ad commiserationem apta dixisset, affectum Josephi ita commovit, ut nec iram diutius simulare posset, et se fratribus agnoscendum præberet, et gratiam eis haberet, ut qui consiliorum Dei de se ex parte fuissent adjutores : *Abite ergo*, inquit, *et hæc significate patri : ipsoque et omni ejus cognatione assumpta, huc commigratote : nam fames adhuc quinquennium duratura est.* Hæc

A tur animi popularium contra Mosem, adeo ut de eo et Aarone lapidibus obruendo, deque reditu in Ægyptum cogitarent. Verum Jesus Navis filius et Calebus, soli exploratorum confirmant populum, nullas difficultates pertimescendas esse asseverantes. Moses quoque et Aaron deprecantur Deum, ut desperationem illam vulgi sedaret. Jam nubes in tabernaculo aderat, Dei præsentiam declarans, cum Moses animo resumpto populum alloquitur, ac Deum iratum esse ait, non tamen perditurum omnes, neque totam gentem deleturum: sed nec Chananæam terram traditurum ipsis, quibus per annos quadraginta commorandum esset in deserto, sed liberis eorum. His a Mose dictis, mœrere populus. Deinde Chananæos invadere velle, quamvis vetante Deo; factaque B impressione vincuntur, aliis cæsis, aliis in castra trepide se recipientibus. Inde orta est populi seditio, hujusmodi ex causa. Core Leviticæ tribus homo, genere et opibus maxime conspicuus, auræ popularis captandæ insignis artifex, invidet Mosi, et contra eum vociferatur, ut tyrannum: *Nam qua*, inquit, *ratione Aaroni, ejusque filiis sacerdotium attribuit? Si ob tribum Leviticam, ego sum illo honore dignior: quippe et genere illi par, et opibus ac ætate superior: sin alteri tribui debetur id munus, Rubenia ob ætatis prærogativam primas feret ac Dathan et Abiron illo potientur* Hæc malitiose dicebat ille, cum et viros principes ducentos et quinquaginta instructos **41** haberet, et plebs concitata esset. At Moses in medium progressus: C *Ego*, inquit, *Core et te, et eorum qui a te stant, quemlibet honore dignos judico. Verum Deus Aaroni sacerdotium assignavit: idemque nunc denuo declarabit, a quo sacra sibi velit fieri. Mane igitur qui de sacerdotio contenditis, prodite, thuribulo quisque domo secum allato, et igne, suffituque. Una vobiscum etiam Aaron prodeat. Tum vobis in populi conspectu odoramenta incendentibus, cujus victimam suaviorem judicarit Deus, is vobis pontifex erit.* Collaudat hæc populus; postridie in concionem frequentes conveniunt. Moyses Abironem et Dathanem accersi jubet. Non parent illi, minas insuper contra Mosem adjicientes. Tum ille primoribus se sequi jussis, ad tabernaculum illorum abit: prope quod cum venisset, manibus in D cœlum sublatis, magna voce exclamat: *Quoniam, Domine, doli mali suspectus habeor, tu ipse venito judex, ac demonstra nihil fortuito geri, sed tua providentia gubernari omnia: quod si tuo jussu pontificatum Aaroni dedi, tellus cui Dathan et Abiron cum sua progenie insistunt, dehiscat. Sin vera sunt quæ contra me dicunt, quæ eis sum imprecatus, ea in caput meum redundent.* Hæc ubi lacrymans dixisset, tellus vehementer concussa, cum ingenti fragore juxta illorum tabernaculum dehiscens; cum et ipsos et eorum omnia deglutisset, iterum expletus est hiatus. His factis populus stupet. Moses eos qui sacerdotium sibi vindicabant, vocat. Conveniunt viri illustres CCL Aaron et Core ante tabernaculum cum acerris suis ea quæ ipsi attu-

ferant, suffiunt. Tum ingens flamma emicat, qualis videlicet jubente Deo incendatur, qua illi CCL una cum Core ita conflagrarunt, ut nec cadavera eorum reperirentur. Solus Aaron incolumis invenitur. Moses thuribula illorum virorum circa æneam aram reponi jubet, in rei gestæ monumentum ad posteros; ac denuo habita concione, edicit tribunis, ut nomina tribuum baculis inscripta afferant. Nam illius fore sacerdotium, in cujus baculo signum edidisset Deus. Afferunt igitur tum alii suos baculos, tum Aaron quoque suum, Levita inscripto. Eos in tabernaculo Dei reposuit Moyses, postridie protulit ac cæteri quidem, quales fuerant, tales **42** manserant: Araonis autem et ramos et fructus germinarat: quos fructus Levitici liber nuces; Josephus amygdalas fuisse dicit. Obstupuerunt igitur omnes, Aarone ter divinitus electo. Jam quia Levitica tribus bellorum et expeditionum immunis erat, ne ob rem necessariarum penuriam, sacrorum curam adjicerent, jubet Moyses Hebræis, ut Chananæa terra parta, oppida XLVIII Levitis assignarent, ut agros ante ea, et decimas annuarum frugum, tum ipsis, tum sacerdotibus penderent: aliaque plurima eis a populo tribuenda constituit, quæ qui singulatim scire desiderat in libro, qui Leviticus inscribitur inveniet.

A συνίζησε περὶ τὰς ἐκείνων σκηνάς, καὶ αὐτούς τε καὶ τὰ αὐτῶν εἰς τὸ χάσμα κατήνεγκε, καὶ οὕτως αὖθις συνῆλθε τὸ διεστώς. Ἐπὶ τούτοις ἔφριξε μὲν ὁ λαός, Μωϋσῆς δὲ καλεῖ τοὺς περὶ ἱερωσύνης ἁμιλλαμένους. Καὶ συνελθόντες πεντήκοντα καὶ διακόσιοι ἄνδρες τῶν ἐπισήμων, καὶ Ἀαρὼν καὶ Κορὲ πρὸ τῆς σκηνῆς ἐπὶ τοῖς θυμιατηρίοις καθήγιζον ἃ ἐκόμιζον. Ἐξέλαμψε δὲ πῦρ πολὺ οἷον ἂν Θεοῦ κελεύσαντος ἀναφθείη, ὑφ' οὗ οἵ τε διακόσιοι καὶ πεντήκοντα, καὶ Κορὲ διεφθάρησαν, ὡς μηδὲ τὰ σώματα αὐτῶν εὑρεθῆναι· μόνος δὲ Ἀαρὼν εὑρέθη ἀλώβητος. Μωϋσῆς δὲ τὰ θυμιατήρια τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων περὶ τὸν χάλκεον ἐκέλευσε καταθέσθαι βωμόν, ἵν' ὑπόμνησις ὦσι τῶν γεγονότων, καὶ τοῖς μετέπειτα. Ἐκκλησιάσας δὲ πάλιν προεῖπε τοῖς B φυλάρχοις ἥκειν, τὰ τῶν φυλῶν ὀνόματα βακτηρίαις ἐπιγεγραμμένα κομίζοντας, ἐκείνῳ τῆς ἱερωσύνης ἐσομένης, οὗπερ ἂν τῇ βακτηρίᾳ σημεῖον γένηται ἐκ Θεοῦ. Κομίζουσιν οὖν, οἵ τε ἄλλοι καὶ Ἀαρών, ἐπιγράψας τῇ βακτηρίᾳ Λευΐτην, ἃς ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ Θεοῦ κατέθετο Μωϋσῆς, τῇ δ' ἐπιούσῃ προεκόμισαν ταύτας. Καὶ αἱ μὲν ἄλλαι, οἷαί περ ἐτύγχανον, ἔμενον, ἡ δὲ Ἀαρὼν ἐβλάστησε κλάδους τε καὶ καρπούς. Τὸν δὲ καρπὸν ἡ μὲν τοῦ Λευϊτικοῦ βίβλος κάρυα λέγει, ἀμύγδαλα δὲ ὁ Ἰώσηπος. Ἐξεπλάγησαν οὖν πάντες, τρὶς τὸν Ἀαρὼν χειροτονήσαντος τοῦ Θεοῦ. Ἐπεὶ δὲ πολέμων καὶ στρατείας ἡ τῶν Λευϊτῶν ἀφεῖτο φυλή, ἵνα μὴ διὰ ἀπορίαν τῶν ἀναγκαίων ἀμελοῖεν τῆς λειτουργίας τοῦ ἱεροῦ, ἐκέλευε Μωϋσῆς τὴν Χαναναίαν κτησαμένους τοὺς Ἑβραίους, ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα πόλεις κατανεῖμαι τοῖς Λευΐταις, καὶ γῆν πρὸ αὐτῶν, καὶ δεκάτην τῶν ἐπετείων καρπῶν αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ἱερεῦσι τελεῖν, καὶ ἄλλα δὲ πλεῖστα τούτοις χορηγεῖν τὸν λαὸν διετάξατο, ὧν τὸ καθ' ἕκαστον ὁ ζητῶν, τὴν τοῦ Λευϊτικοῦ βίβλον ἀναπτύξας εὑρήσει.

XVIII. His rebus ordinatis, Moses cum exercitu ad Idumæam accedit, transitum petens. At rex illius terræ cum armatis copiis occurrit. Moses itaque per desertum pergit, monitus a Deo ne pugnam auspicaretur. Eo tempore etiam Mariamme moritur, Mosis soror, quadragesimo anno post exitum ex Ægypto. Populo igitur ductu Mosis per desertum et Arabiam proficiscente, Aaron etiam obit, alto monte conscenso, et pontificalibus vestibus Eleazaro filio traditis in populi conspectu, anno ætatis CXXIII. Moses ad Moabitarum et Amorrhæorum regionem progressus, petebat ut traducere liceret exercitum. Sed loci illius rex Seon transitu populum prohibebat. Cum autem Mosi oraculum consulenti, victoriæ signa dedisset Deus, Hebræi armis sumptis, in prælium vadunt. Statim in fugam vertuntur Amorrhæi, et omnes intereunt, rege etiam occiso, et captis urbibus, ac provincia occupata. Ogus item Galaditicæ et Gaulanitidis rex, qui Seoni jam interfecto suppetias veniebat, Israelitas aggreditur. Sed et ipse in prælio cadit, et exercitus ejus deletur captis urbibus, et incolis interfectis. Inde Moses copias in magnam planitiem ducit, et castra contra Hierichuntem locat, urbem beatam, ac palmarum et Balsami feracem. Balacus autem rex Balaamum vatem accersit, ut Israelitas diris devoveret. Sed iter ingresso,

C ΙΗ'. Ταῦτα δὲ διατάξας Μωϋσῆς, ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἦλθε μετὰ τῆς στρατιᾶς, καὶ ἠξίου παρελθεῖν δι' αὐτῆς. Τῆς χώρας δὲ ὁ βασιλεύς, μετὰ στρατιᾶς ἐνόπλου προϋπήντα τῷ Μωϋσῇ. Καὶ ὃς διὰ τῆς ἐρήμου ἐχώρει, μὴ ἄρχειν μάχης συμβουλεύοντος τοῦ Θεοῦ. Τότε καὶ Μαριάμμη τέθνηκε, τοῦ Μωϋσέως ἡ σύγγονος, μετὰ τεσσαρακοστὸν ἔτος τῆς ἐξ Αἰγύπτου ἐξόδου. Τὸν δὲ λαὸν ἀπῆγε διὰ τῆς ἐρήμου, καὶ τῆς Ἀραβίας, ἔνθα καὶ Ἀαρὼν ἐτελεύτησεν εἰς ὄρος ἀναβὰς ὑψηλόν, καὶ τὴν ἀρχιερατικὴν στολὴν παραδοὺς τῷ υἱῷ Ἐλεάζαρ, τοῦ πλήθους ὁρῶντος, ἔτη βιοὺς ἑκατὸν πρὸς εἴκοσι καὶ τρισίν. Ἐλθὼν δὲ Μωϋσῆς ἐπὶ τὴν Μωαβιτῶν καὶ Ἀμοῤῥαίων χώραν, τῷ στρατῷ δίοδον ᾔτει. Σηὼν δὲ τῆς χώρας ὁ βασιλεὺς διαβαίνειν τοὺς Ἑβραίους ἐκώ- D λυε, καὶ τοῦ Θεοῦ νίκην σημήναντος ἐρομένῳ τῷ Μωϋσῇ, τὰς πανοπλίας ἀναλαβόντες Ἑβραῖοι, πρὸς μάχην ἐχώρουν. Τρέπονται δ' αὐτίκα οἱ Ἀμοῤῥαῖοι, καὶ ἅπαντες διεφθάρησαν. Πέπτωκε δὲ καὶ Σηὼν ὁ αὐτῶν βασιλεύς, καὶ τὰς πόλεις εἷλον, καὶ τὴν γῆν ἐκείνων παρέλαβον. Ἐπιτίθεται δὲ τοῖς Ἰσραηλίταις, καὶ Ὢγ ὁ τῆς Γαλαδηνῆς καὶ τῆς Γαυλανίτιδος βασιλεὺς σύμμαχος ἐλθὼν τῷ Σηὼν ἤδη ἀπολωλότι. Αὐτός τε οὖν θνήσκει κατὰ τὴν μάχην, καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ διαφθείρεται, καὶ αἱ πόλεις ἑάλωσαν, καὶ οἱ ἐνοικοῦντες ἀπώλοντο. Ἐκεῖθεν δὲ Μωϋσῆς τὴν δύναμιν κατὰ τὸ μέγα πεδίον ἄνει,

καὶ στρατοπεδεύει Ἱεριχοῦντος ἔναντι. Πόλις δ' A ἐστὶν εὐδαίμων αὕτη, φοινικάς τε φέρουσα, καὶ βάλσαμον νεμομένη. Βαλὰκ δὲ ὁ τῶν Μωαβιτῶν βασιλεὺς, μετακαλεῖται τὸν μάντεα Βαλαὰμ, ὅπως ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἀρὰς ποιήσῃ παραγενόμενος. Καὶ ὁ μὲν ἀπῄει. Κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν ἀγγέλου θείου προσβαλόντος αὐτῷ, ἡ ὄνος, ᾗ ὁ Βαλαὰμ ἐπωχεῖτο, συνεῖσα τοῦ θείου πνεύματος, οὐ προέβαινεν, οὐδὲ ταῖς πληγαῖς ἐνεδίδου· φωνήσασα δ' ἀνθρωπίνως κατὰ θεῖαν βούλησιν, ἄδικον ἐκάλει τὸν δεσπότην πληγὰς αὐτῇ ἐπιφέροντα, καὶ μὴ συνιέντα, ὅτι ἐκ Θεοῦ οἷς ἔσπευσεν ὑπηρετεῖν εἴργεται. Ταραττομένου δ' αὐτοῦ διὰ τὴν ἀνθρωπίνην φωνὴν, ἐπιφανεὶς ὁ ἄγγελος, αὐτὸς τὴν ὁδὸν ἔλεγε κωλύειν τῷ κτήνει. Βουλόμενον δ' ἀναστρέφειν, χωρεῖν προσωτέρω παρώρμησεν, καὶ ὃ ἂν ἐκ Θεοῦ B ἐμπνευσθείη, τοῦτο λέγειν. Καὶ ὁ μὲν ἧκει πρὸς τὸν Βαλάκ. Καὶ εἰς ὄρος ἀχθεὶς, ἑπτά τε ταύρους ὁλοκαυτώσας, καὶ τοσούτους κριοὺς, ὡς εἶδε τροπὴν σημαινομένην, οὐ μόνον οὐ κατηύξατο τῶν Ἑβραίων, ἀλλ' ἐπιθειάσας αὐτούς τε καὶ τὸ γένος ἅπαν αὐτῶν εὐλόγησε, καὶ ἐξύμνησε. Τοῦ δὲ Βαλὰκ δυσχεραίνοντος ἐπὶ τούτοις, ἔφη ὁ Βαλαάμ· *Οὐκ ἐφ' ἡμῖν περὶ τῶν τοιούτων σιγᾷν ἢ λέγειν ἐστὶν, ὦ βασιλεῦ, ἀλλ' ὅτε ἡμᾶς τὸ τοῦ Θεοῦ λάβῃ πνεῦμα, ἃς ἐκεῖνο βούλεται φωνὰς ἀφίησι δι' ἡμῶν. Ἐμοὶ δὲ χαρίζεσθαι βουλομένῳ σοι, βωμὸν αὖθις ἑτοιμαστέον καὶ θύματα.* Θύει τοίνυν καὶ πάλιν, καὶ πεσὼν ἐπὶ στόμα, προὔλεγεν ὅσα τε βασιλεῦσιν ἔσται πάθη, καὶ ὅσα ταῖς πόλεσι. C Βαλὰκ δὲ ἀτίμως ἀποπέμπει τὸν Βαλαάμ. Εἶτα τὰς παρθένους ἐπιπέμπει τοῖς Ἰσραηλίταις, κατὰ συμβουλὴν Βαλαὰμ, αἷς οἱ τῶν Ἑβραίων παῖδες ἁλίσκονται, καὶ ταύταις συνῄεσαν, ὡς διαπαντὸς ἤδη τοῦ στρατοῦ τὴν παρανομίαν χωρεῖν ἔρωτι τῶν Μαδιανιτῶν γυναικῶν, θεοῖς αὐτῶν τῶν Ἑβραίων θυόντων, καὶ ἀσυνήθων γευομένων τροφῶν. Μωϋσῆς δὲ εἰς ἐκκλησίαν ἀγαγὼν τὸν λαὸν, οὐκ ἄξια δρᾷν ἑαυτῶν, οὐδὲ τῶν πατέρων τοὺς νέους ἔλεγε· καὶ ἐπειρᾶτο τούτους ἐπανορθοῦν. Ζαμβρὴς δὲ φύλαρχος ὢν φυλῆς τῆς Συμεωνίτιδος, καὶ Μαδιανίτιδι συνοικῶν, καὶ περιμανῶς ἐκείνης ἐρῶν, Μωϋσέως κατηναιδεύσατο, καὶ μὴ ἂν ποτε τὴν γυναῖκα καταλιπεῖν διωμόσατο. Ὁ Φινεὲς δὲ τοῦ ἀρχιερέως ὢν παῖς Ἐλεάζαρ, περιαλγήσας, D οὐκ ἀνῆκε παίων τῇ ῥομφαίᾳ τὴν Μαδιανίτιν καὶ τὸν Ζαμβρὴν, ἕως καὶ ἄμφω ἀπέκτεινεν. Ὃν καὶ ἄλλοι νέοι, οἷς ἀρετῆς ἔμελε, μιμησάμενοι, ἀνῄρουν τῶν νέων τοὺς ἐπὶ γυναιξὶν ἀλλοφύλοις παρανομήσαντας. Ἀπόλλυνται οὖν ἄνδρες οὐκ ἐλάττους μυρίων καὶ τετρακισχιλίων. Ἐντεῦθεν παροξυνθεὶς Μωϋσῆς κατὰ τῶν Μαδιανιτῶν ἐξέπεμψε στρατιὰν, στρατάρχην αὐτῆς ἀποδείξας τὸν Φινεές. Καὶ μάχης συστάσης, οἵ τε βασιλεῖς αὐτῶν πίπτουσιν, ὄντες πέντε, καὶ πλῆθος ἄγαν πολύ. Οἱ δὲ Ἑβραῖοι τὴν χώραν αὐτῶν διηρπάκασι, καὶ τοὺς οἰκήτορας σὺν γυναιξὶ διαφθείραντες, μόνας τὰς παρθένους κατέλιπον, εἰς τρισμυρίας καὶ δισχιλίας ἀριθμουμένας, ἃς τοῖς ἱερεῦσι τε καὶ Λευΐταις καὶ τῷ λαῷ διένειμε Μωϋσῆς. Γηραιὸς δὲ τυγχάνων, διάδοχον ἑαυτοῦ κατέστησε τὸν τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦν, κελεύσαντος τοῦ Θεοῦ.

A divinus angelus occurrit, quo asina, cui Balaamus insidebat, animadverso, non progrediebatur, neque cedebat verberibus : sed Dei nutu voce humana edita, expostulabat **43** cum domino, a quo vapulabat, quod non intelligeret, divinitus ea prohiberi, ad quæ properaret. Voce illa perterrito etiam angelus apparet, ac se ait jumento iter intercludere. Reverti volentem, ut pergat hortatur, et quidquid ei divinitus inspiretur, dicat. Ac venit ille quidem ad Balacum, et in montem perductus, septem tauris totidemque arietibus immolatis, cum stragem significari videret, non modo mala non imprecatus est Israelitis, sed et ipsos et omne genus eorum faustis ominibus et divinis laudibus prosecutus. Ac graviter illa ferenti Balaco : *Non* B *penes nos*, inquit, *est, o rex, ista vel loqui, vel tacere : sed cum divinus spiritus nos occuparit, quas ipse vult, per nos voces edit. Sed quia tibi gratum facere cupio, denuo instruenda erit ara et victimæ.* Rursus igitur sacrificat, et in faciem prolapsus, clades regibus et urbibus imminentes vaticinatur. Qua de causa Balacus eum sine honore dimittit. Idemque post de Balaami concilio, virgines in Israelitarum castra mittit, a quibus Hebræi ad coitum alliciebantur, ut id facinus totum exercitum pervagaretur, amore Madianiticarum mulierum, diis earum Hebræis sacrificantibus, et cibos insolitos concedentibus. Moses populo ad concionem vocato, dicebat, adolescentes neque se, neque patribus suis digna facere, eosque corrigere satage- C bat. Cæterum Zambres Simeoniæ tribus princeps, qui Madianiticam mulierem sibi nuptam insano amore deperibat, impudenter sese Mosi opposuit, neque unquam deserturum jurejurando affirmavit. Phinees autem pontificis Eleazari filius doloris acerbitate victus, non prius et Madianitidem et Zambrem gladio verberare destitit, quam utrumque occidisset. Hunc alii juvenes studiosi virtutis imitari, perimebant adolescentes qui contra leges patrias alienigenis mulieribus se contaminarant. Ita viri XIV millibus haud pauciores perierunt. Ea re Moses iratus, contra Madianitas exercitum mittit, Phineæ mandato imperio. Prælio commisso, reges eorum cadunt numero quinque, et mul- D titudo ingens. Hebræi regionem eorum diripiunt, civibus una cum uxoribus occisis, solis virginibus parcentes, quæ fuere ad XXXII millia, quas Moses sacerdotibus, **44** Levitis et populo distribuit : et quia jam senio confectus erat, successorem sibi designat Jesum Navis filium.

ΙΘ'. Αἱ φυλαὶ δὲ Γὰδ τε καὶ Ῥουβὶμ, καὶ τῆς τοῦ Μανασσῆ ἡ ἡμίσεια, ἐδέοντο Μωϋσέως, τὴν τῶν Ἀμοῤῥαίων γῆν προσκληρῶσαι αὐτοῖς. Ὁ

XIX. Cum tribus Gadia, Rubenia, et Manasseæ semissis Mosem orarent, ut Amorrhæorum terram ipsis attribueret ; itaque ille ignaviam eis opprobra

ret, ut qui belli Chananæi societatem cum popularibus detrectarent : illi se defendentes, aliam afferebant causam, quod pecora, quorum copiis abundarent, in ea regione relicturi essent, acta rei pecuniariæ, ut ipsi popularium certamina expeditius adjutarent. Collaudavit ea Moses, atque iis conditionibus Amoritidem eis Moses attribuit. Cum autem quidam Manasseæ tribus, solis relictis filiabus, decessisset, interrogatus, cujus esset illius portio, respondit : si quibus tribulium nupsissent virgines, ut una cum portione ad illos transirent : sin aliquibus alterius tribus desponderentur, portionem in patria tribu relinquerent. Sic cujusque bona in sua tribu esse retinenda constituit. Jam autem quadraginta annis (demptis triginta diebus) elapsis, ex quo Israelitæ Ægypto excesserant, Moses annos cxx natus, populo sibi mortem instare denuntiat, multis præceptis datis, legibus item et reipublicæ forma descriptis, et mandata contra Amalechitas expeditione, ac jurejurando exacto de servandis legibus, necnon imperatore ad Chananæos bello petendos incitato : *Ecce,* inquit, *ad majores nostros abeo. Nam hunc mihi diem migrationis ad illos Deus præfinivit.* His auditis, populus in lacrymas et fletum erupit inconsolabilem, ac tantum, ut affectus ille Mosi etiam vel invito lacrymas excuteret. Abeuntem eum in locum, ubi inter mortales esse desineret, prosequebantur omnes plangentes. At ille manu cæteros ulterius progredi vetans, senatoribus tantum et Pontifice Eleazaro et imperatore Jesu comitantibus, donec venit ad montem Naban et cacumen Phasenæ, quod est in conspectu Hierichuntis, unde ei Dominus terra, cujus hæreditatem adituri essent Israelitæ, monstrata dixit : *Oculis tuis istam intuere, sed ingressurus non es.* Ad montem hunc progressus, qui quidem altus est, senatu dimisso, Eleazarum solum et Jesum secum adducit : **45** atque cum eis collocutus, densaque nube circumdatus, evanuit. Scribitur autem in sacris Libris ideo mortuus, ne ob excellentem virtutem, audaciores aliqui Deum esse factum perhiberent. Summa ætatis ejus fuere anni centum et viginti : quorum trientem, uno mense minus in imperio fuit. Defunctum luxerunt dies triginta. Et hæc Josephus tradit. Sed Deuteronomii liber sic ad verbum habet : *Et obiit Moses, famulus Domini, neque in hunc diem quisquam obitum ejus novit.* Sopito jam luctu, Jesus exploratores Hierichuntem mittit, et Gadiæ, Rubeniæ, ac Manasseæ tribus principes accersitos, pacti cum Mose initi admonet : qui cum quinquaginta millibus armatorum cum ad Jordanem sequuntur. Cæterum exploratores Hierichuntem missi, urbe tota perlustrata, cogniti et regi indicati, statim comprehendi jubentur. Ea re mulier nomine Raab, ad quam confugerant, intellecta, homines

A δὲ δειλοὺς αὐτοὺς ἀπεκάλει, καὶ μὴ θέλοντας τῆς πρὸς Χαναναίους μάχης κοινωνῆσαι τοῖς ὁμοφύλοις. Ἀπελογοῦντο δ' ἐκεῖνοι μὴ τοῦτο εἶναι, ἀλλὰ πλήθει βοσκημάτων εὐθηνουμένους, βούλεσθαι ταῦτα παρὰ τῇ χώρᾳ καταλιπεῖν, ἀγαθῇ τυγχανούσῃ πρὸς τετραπόδων τροφὴν, ἵν' εἶεν αὐτοὶ πρὸς τοὺς ἀγῶνας τοῖς ὁμογενέσι συνεπαίροντες εὔζωνοι. Ἐπῄνεσε ταῦτα Μωϋσῆς, καὶ τὴν Ἀμορῖτιν αὐτοῖς προσεκλήρωσεν ἐπὶ τοιαύταις συνθήκαις. Τεθνηκότος δέ τινος ἐκ τῆς Μανασσῆ φυλῆς ἐπὶ θυγατράσι μόναις, ἐρωτηθεὶς Μωϋσῆς, τίνος ὁ ἐκείνου κλῆρος ἔσοιτο; ἀπεκρίνατο· Εἰ μέν τισι τῶν φυλετῶν συνοικήσουσιν αἱ παρθένοι, μετὰ τοῦ κλήρου πρὸς ἐκείνους χωρείτωσαν· εἰ δὲ μνηστεύοιντό τισιν ἐξ ἑτέρας φυλῆς, τὸν κλῆρον ἐάτωσαν ἐν τῇ πατρῴᾳ B φυλῇ, καὶ οὕτω μένειν ἑκάστου κλῆρον ἐν ταῖς φυλαῖς διετάξατο. Ἤδη δὲ τεσσαράκοντα διεληλυθότων ἐτῶν, ἐξότου τῆς Αἰγύπτου οἱ Ἰσραηλῖται ἐξεληλύθασι, τριάκοντα ἐνδεουσῶν ἡμερῶν, ἀθροίσας τὸν λαὸν Μωϋσῆς, ἑκατὸν εἴκοσιν ἐνιαυτῶν γεγονὼς, τὸ οἰκεῖον αὐτοῖς κατήγγειλε τέλος· καὶ πολλὰ παραινέσας, καὶ νόμους δοὺς ἐν βίβλοις, καὶ τῆς σφετέρας πολιτείας διάταξιν, καὶ στρατεῦσαι κατὰ τῶν Ἀμαληκιτῶν ἐντειλάμενος, περὶ τῆς φυλακῆς τε τῶν νόμων ὅρκον ἀπαιτήσας αὐτοὺς, καὶ τὸν δημαγωγὸν Ἰησοῦν παραθήξας ἐπὶ τοὺς Χαναναίους στρατεῦσαι· *Ἰδοὺ,* φησὶν, *πρὸς τοὺς ἡμετέρους ἄπειμι προγόνους. Τήνδε μοι γὰρ τὴν ἡμέραν τῆς πρὸς ἐκείνους ἀφίξεως ὥρισεν ὁ Θεός.* Τὸ δὲ C πλῆθος ἐδάκρυε, καὶ ἦν ὁ θρῆνος αὐτῶν ἀπαράκλητος, καὶ τοσοῦτος, ὡς καὶ αὐτὸν Μωϋσῆν ἐκνικηθῆναι (41) τῷ πάθει, καὶ προενεγκεῖν δάκρυα. Πορευομένῳ δ' ὅπου ἔμελλεν ἀφανὴς ἔσεσθαι, εἵποντο πάντες κοπτόμενοι. Ὁ δὲ τοὺς μὲν πόῤῥω, τῇ χειρὶ κατασείων, μένειν ἐκέλευε, μόνη δ' ἡ γερουσία προέπεμπεν αὐτὸν, καὶ ὁ ἀρχιερεὺς Ἐλεαζὰρ, καὶ ὁ στρατηγὸς Ἰησοῦς, ἕως ἐπὶ τὸ ὄρος ἦλθε Ναβᾶν, ἐπὶ κορυφὴν Φασενᾶ (42), ἥ ἐστι κατὰ πρόσωπον Ἱεριχώ· ὅθεν ἔδειξεν αὐτῷ Κύριος τὴν γῆν, ἣν ἔμελλον κληρονομῆσαι οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, εἰπὼν αὐτῷ, *Ἴδε ταύτην τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, εἰς αὐτὴν δ' οὐκ εἰσελεύσῃ.* Ἐπὶ δὲ τὸ ὄρος τοῦτο ἐλθὼν, ὑψηλὸν τυγχάνον, τὴν μὲν γερουσίαν ἀπέπεμψε· τὸν δ' Ἐλεάζαρ καὶ Ἰησοῦν ἐπήγετο· D καὶ προσομιλῶν αὐτοῖς, νέφους ἀθρόον περιλαβόντος αὐτὸν, ἐγένετο ἀφανής. Γεγράφασι δ' αὐτὸν ἐν ταῖς ἱεραῖς Βίβλοις τεθνεῶτα, ἵνα μὴ διὰ περιβολὴν τῆς περὶ αὐτὸν ἀρετῆς τολμήσωσί τινες εἰπεῖν ὡς ἀποτεθέωται. Ἐβίωσε δὲ τὴν ὅλην ζωὴν ἐνιαυτοὺς ἑκατὸν εἴκοσι, ὧν ἦρξε τὸ τρίτον μέρος, ἑνὸς λείποντος μηνὸς, καὶ ἐπένθησαν αὐτὸν ἐφ' ἡμέρας τριάκοντα. Ταῦτα μέν φησιν ὁ Ἰώσηπος. Ἡ δὲ τοῦ Δευτερονομίου βίβλος πρὸς τὸ τέλει οὕτω περιέχει πρὸς ῥῆμα· ***Καὶ ἐτελεύτησε Μωϋσῆς, οἰκέτης Κυρίου, καὶ οὐκ οἶδεν οὐδεὶς τὴν τελευτὴν αὐτοῦ,*** ἕως

Variæ lectiones et notæ.

(41) *Ἐκνικηθῆναι τῷ πάθει.* Ἐκκινηθῆναι. Wolfianus cod. νικηθῆναι, Colbert.

(42) ***Φασενᾶ.*** Φασγᾶ. Ita Wolfian. et Colbert. codd.

τῆς ἡμέρας ταύτης. Ἤδη δὲ τοῦ πένθους λελωφηκότος, πέμπει κατασκόπους εἰς Ἱεριχοῦντα ὁ Ἰησοῦς. Μετακαλεσάμενος δὲ τοὺς φυλάρχους τῆς τοῦ Ῥουβὶμ φυλῆς, καὶ τῆς Γάδ, καὶ τῆς Μανασσῆ, ὑπεμίμνησκεν αὐτοὺς τῶν πρὸς Μωϋσῆν συνθηκῶν. Τῶν δὲ ἑπομένων πεντάκις μυρίοις ὁπλίταις, ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην προσῄει. Οἱ δὲ πεμφθέντες κατάσκοποι, εἰς Ἱεριχὼ παραγενόμενοι, τὴν πόλιν ἅπασαν κατενόησαν. Γνωσθέντες δὲ, τῷ βασιλεῖ τῆς χώρας μηνύονται. Ὁ δ' εὐθὺς αὐτοὺς συλληφθῆναι ἐκέλευσεν. Ὡς δὲ ἔγνω τὴν ἔφοδον τῶν ζητούντων τοὺς ἄνδρας ἡ γυνὴ, παρ' ᾗ προσπεφεύγασι, Ῥαὰβ καλουμένη, τοὺς μὲν κατέκρυψε, λίνου αὐτοῖς ἀγκαλίδας ἐπιθεμένη. Τοῖς δὲ ζητοῦσιν ἔλεγεν, ὡς οἱ ἀγνῶτες ἄνδρες ἐκεῖνοι, πρὶν δῦναι τὸν ἥλιον, παρ' αὐτῇ δειπνήσαντες, ἀπηλλάγησαν. Οἱ δ' οὕτως αὐτοὺς ὑπελθούσης τῆς γυναικὸς, ὥρμησαν ἄλλος ἀλλαχοῦ, τοὺς ἄνδρας διώκοντες. Ἡ δὲ Ῥαὰβ χωρεῖν ἐκέλευσεν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα τοὺς ἄνδρας, καὶ μεμνῆσθαι αὐτῆς, καὶ ἀμοιβὴν ἐκτίσαι, τῆς Χαναναίων χώρας ἐπικρατήσαντας. Οἱ δὲ καὶ χάριν ἔχειν ὡμολόγουν, καὶ ἡνίκα ἂν ἡ πόλις ἁλίσκηται, τὴν κτῆσίν τε καὶ τοὺς οἰκείους εἰς τὸ καταγώγιον ἐγκαθεῖρξαι, αὐτῇ ἐνετέλλοντο, ἀπαιωρῆσαι δὲ καὶ φοινικίδα πρὸ τῶν θυρῶν, ἵν' εἴη γνώριμος ἡ οἰκία, καὶ διαφυλαχθῇ. Καὶ οἱ μὲν πρὸς τοὺς οἰκείους ἐσώθησαν, καὶ ἃ ἔπραξαν ἐδήλουν. Τοῦ Ἰορδάνου δὲ πολλοῦ ῥέοντος, οὕτω τοὺς Ἑβραίους ὁ Ἰησοῦς ἐπ' αὐτοῦ διεβίβασε. Προῄεσαν μὲν οἱ ἱερεῖς, τὴν Κιβωτὸν αἴροντες, εἶτα οἱ Λευῖται, κομίζοντες τὴν σκηνήν. Εἵποντο δὲ τούτοις ὁ λαός. Ὡς δὲ τοῖς ἱερεῦσι πρώτοις ἐμβᾶσιν, ἀνεκόπη τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ, πάντες θαῤῥούντως ἐπεραιοῦντο. Ἔστησαν δ' ἐν μέσῳ οἱ ἱερεῖς, ἕως οὗ διαβαίη τὸ πλῆθος, εἶτα κἀκεῖνοι ἐξῄεσαν, ἐλεύθερον ἀφέντες τὸ ῥεῦμα χωρεῖν, καὶ πρὸ δέκα σταδίων τῆς Ἱεριχοῦντος στρατοπεδεύονται.

Κ'. Βωμὸν δ' ἐκ τῶν λίθων ὁ Ἰησοῦς ἱδρυσάμενος, οὓς ἕκαστος τῶν φυλάρχων κατ' ἐντολὴν αὐτοῦ ἐκ τοῦ βυθοῦ τοῦ Ἰορδάνου ἀνείλετο, ἔθυεν ἐπ' αὐτοῦ, καὶ τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα ἑώρταζε. Τότε δ' αὐτοὺς καὶ τὸ Μάννα ἐπιλελοίπει, χρησαμένους αὐτῷ ἐπὶ τεσσαράκοντα ἔτη. Ἤδη γὰρ εὐπόρουν ἐκ τῆς χώρας πάντων, ὧνπερ ἐδέοντο. Τῇ δὲ πρώτῃ τῆς ἑορτῆς ἡμέρᾳ τῇ πολιορκίᾳ τῆς Ἱεριχοῦντος ὁ Ἰησοῦς ἐπεχείρησεν, οὕτω ταύτην διατιθέμενος. Τὴν Κιβωτὸν οἱ ἱερεῖς φέροντες, περιώδευον τὸ τεῖχος, ἑπτὰ σαλπίζοντες κέρασι. Καὶ ἡ γερουσία παρείπετο, εἶθ' ὑπενόστουν εἰς τὸ στρατόπεδον. Καὶ τοῦτο ἐπὶ ἓξ ἐποίουν ἡμέρας. Τῇ δὲ ἑβδόμῃ τὰ αὐτὰ ποιησάντων, καὶ περιελθόντων ἑπτάκις, τὸ τεῖχος κατέπεσε, καὶ ὁ λαὸς εἰσελθὼν, πάντας ἔκτειναν, καὶ τὴν πόλιν ἐνέπρησαν. Τὴν δὲ Ῥαὰβ μόνην σὺν τοῖς οἰκείοις ἔσωσαν οἱ κατάσκοποι, φοινικίδα πρὸ τῆς οἰκίας ἀπαιωρήσασαν. Καὶ Ἰησοῦς ἀγροὺς αὐτῇ ἐδωρήσατο, καὶ ἦγε διὰ τιμῆς. Κατὰ δὲ τῶν ἐγείρειν αὖθις βουληθησομένων τὴν πόλιν ἀρὰς ἔθετο, στερηθῆναι μὲν τοῦ πρώτου παιδὸς, τὸν θεμελίους βαλλόμενον, τὸν τελειώσαντα δὲ ζημιωθῆναι τὸν νεώτατον. Πολὺ δὲ πλῆθος ἐκ τῆς πόλεως ἀθροίζεται ἀργύρου τε καὶ χρυσοῦ, καὶ ἅπαν ἀνετέθη τῷ Θεῷ, ὡς τῶν κατωρθωμένων ἐσόμενον ἀπαρχήν. Ἀπείρητο γὰρ πᾶσιν ἐκ τούτου τι σφετερίσασθαι. Ἄχωρ δέ τις ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς, ὑφάσματι χρυσοϋφεῖ περιτυχὼν, καὶ μάζῃ χρυσοῦ ἑλκούσῃ σίκλους διακοσίους, ἰδιώσατο ταῦτα, κατορύξας ἐν τῇ σκηνῇ. Μετὰ ταῦτα πολέμου συστάντος τρέπονται οἱ Ἑβραῖοι, καὶ πίπτουσιν

A occultat sub lini fasciculis, et inquisitoribus dicit viros illos ignotos, ante solis occasum, apud se cœnatos discessisse. Illi sic a muliere elusi, alius alio dilabuntur, persecuturi eos. Tum Raab domum se recipere jubet viros, beneficii sui memores, ac terra Chananæa potitos, referre gratiam. Illi et gratias agunt, eamque ubi urbs capta esset, ut res suas et necessarios in diversorio concluderet, suspenso pro foribus purpuræ panno, monent, quo nosceretur domus, et conservaretur. Itaque ad suos incolumes reversi, quid gessissent, renuntiant. Cum autem Jordanis intumuisset, sic Jesus Hebræos per eum traduxit. Præcedebant sacerdotes, arcam ferentes. Deinde Levitæ, tabernaculum gestantes. Hos populus sequebatur. Ut autem sa-

B cerdotibus primis ingressis, impetus fluminis statim interrumpitur, omnes audacter trajecere, stantibus in medio sacerdotibus, donec populus transisset : ac tum demum ipsi etiam sunt egressi, cursu fluminis in integrum restituto. Jordane superato, castra decem stadiis ab Hierichunte locant.

C XX. Jesus in ara ex lapidibus, quos ipsius jussu quilibet tribunus ex alveo Jordanis sustulerat, immolat, et festum Paschatis celebrat. Eodemque tempore manna eos defecit, quo per annos quadraginta fuerant usi. Jam enim ex agris omnia quibus opus erat, suppetebant. Obsidionem Hierichuntis Jesus primo die festivitatis est auspicatus, re sic instructa. Sacerdotes arcam gestantes mœnia circumibant, septem cornua inflantes, senatus pone sequebatur, post in castra redibant. Idque sex diebus cum fecissent, ac die septimo repetiissent, et septies circumissent, murus concidit, populus ingressus, omnes occidit, et urbem incendit. Solam Raabem cum suis, signo illo pro foribus conspecto, exploratores conservarunt : Jesus etiam agro dona- 46

D vit, et honorifice tractavit. Si qui vero urbem instauraturi essent, eos diris hujusmodi est detestatus, ut qui fundamenta jaceret, primogenitum amitteret : qui perficeret, natu minimum filium. Magna auri et argenti copia ex manubiis urbis coacta, Deo universa consecratur, primitiæ rei bene gestæ : ac omnibus interdicitur, ne quid inde sibi usurpent. Sed Achor quidam Judaicæ tribus, textum quoddam ex auro, et auri massam, quæ siclos ducentos pendebat, nactus, retinet, ac in tabernaculo suo defodit. Post orto bello, in fugam vertuntur Hebræi, triginta sex ex eis interfectis. Eam cladem populus ægerrime tulit. Jesus in faciem prolapsus deprecatur Deum : et oraculo edoctus, sacrilegium esse factum, judicium sorti committit.

A quæ cum in Achorem incidisset, fatetur ille facinus, res subreptas profert, ipse cum suis lapidatur : Jesus Naim obsidione capit. Cæterum Gabaonitæ, eorumque finitimi, cum ad Chananæos pertinerent, veriti ne itidem ut Hierichuntii et Naitæ tractarentur, legatos ad Jesum mittunt, se longissime inde habitare dicentes, neque genere cum Chananæis conjunctos, fœdus inire cum Israelitis, et jungere amicitiam cupere. Jesus. postulatis eorum annuit. Post, ubi eos Chananeæ gentis esse intellexit : cum eis ob dolum expostulat. Illi necessitatem excusant, atque excidii metum. Tum Jesus, ne datam fidem violaret, publicos servos eos facit. Sic Josephus. Sed liber Jesu ait, eos lixas et calones totius Synagogæ et divini altaris esse factos. B Gabaonitas a rege Hierosolymorum ob fœdus cum Israelitis initum, bello petitos, Jesus defendit, hostes in fugam vertit, fugientes **47** persequitur. Quo prælio et grando solito major, et fulmina cœlitus in hostes irruerunt : et dies facta longior, cursum solis ad Jesu preces sistente Deo, ne superventu noctis hostes elaberentur. Reges etiam in quodam specu delitescentes, deprehensi, occiduntur omnes. His rebus gestis, Jesus in Chananææ montana regreditur, ibique magna cæde edita, et opima præda parta, in Galgalia castra sese recipit : quibus ex eo nomen erat factum, quod Israelitæ se et servitute Ægyptiaca et ærumnis deserti liberatos esse cognoscerent. Nam Galgala Hebræis *libertatem* significat. Cum autem Chananæi Libanum C montem accolentes, et qui in campestribus habitabant, Palæstinis in auxilium ascitis, bellum eis inferrent, atque in exercitu haberent armatorum trecenta millia, equitum decem millia, et millia curruum triginta, Deo victoriam Israelitis pollicito, prælium atrox committitur : quo hostes universi, paucis exceptis, perierunt, regibus etiam cæsis.

αὐτῶν ἄνδρες ἓξ καὶ τριάκοντα. Τοῦτο σφόδρα τὸ πλῆθος ἐλύπησε. Καὶ Ἰησοῦς ἐπὶ στόμα πεσὼν ἐδέετο τοῦ Θεοῦ. Χρηματισθεὶς δὲ κλοπὴν γενέσθαι τῶν καθιερωθέντων χρημάτων, κλήρῳ τὴν κρίσιν ἐπέτρεψεν. Ἐπὶ δὲ τὸν Ἄχωρ τοῦ κλήρου πεσόντος, ὁμολογεῖ τὴν κλοπὴν ἐκεῖνος, καὶ παράγει τὰ φώρια. Καὶ ὁ μὲν λίθοις ἀναιρεῖται, σὺν τοῖς αὐτοῦ· Ἰησοῦς δὲ πολιορκεῖ τὴν Ναῒν, καὶ ταύτην αἱρεῖ. Γαβαωνῖται δὲ καὶ οἱ ἐκείνοις περίοικοι, Χαναναίοις προσήκοντες, φοβηθέντες ὡς τοῖς Ἱεριχουντίοις καὶ τοῖς περὶ Ναῒν τὰ ὅμοια πείσονται, πρεσβείαν ἀποστέλλουσι πρὸς τὸν Ἰησοῦν, πόῤῥωτάτω λέγοντες κατοικεῖν, μηδὲ γένους κοινωνεῖν Χαναναίοις, καὶ σπονδὰς πρὸς αὐτοὺς θέσθαι ζητοῦντες τοὺς Ἰσραηλίτας, καὶ συνθήκας φιλίας. Ἰησοῦς οὖν φιλίαν πρὸς αὐτοὺς ἐποιήσατο. Γνοὺς δ' ἔπειτα τούτους τοῦ γένους ὄντας τῶν Χαναναίων, τῆς ἀπάτης αὐτοῖς ἐνεκάλει. Οἱ δὲ ἐξ ἀνάγκης ἔφασαν τοῦτο πρᾶξαι, δεδιότες τὸν ὄλεθρον. Καὶ Ἰησοῦς, ἵνα μὴ παραβαίη τὸν ὅρκον, δημοσίους αὐτοὺς ἀποδείκνυσιν. Οὕτως Ἰώσηπος. Ἡ δὲ βίβλος τοῦ Ἰησοῦ περιέχει, ὅτι κατέστησεν αὐτοὺς ξυλοκόπους καὶ ὑδροφόρους πάσῃ τῇ συναγωγῇ, καὶ τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ Θεοῦ. Ἐπιθεμένου δὲ τοῖς Γαβαωνίταις τοῦ βασιλέως τῶν Ἱεροσολύμων, διὰ τὰς πρὸς Ἑβραίους σπονδὰς, ὁ Ἰησοῦς αὐτοῖς συμμαχεῖ, καὶ τρέπεται τοὺς ἐναντίους, καὶ τραπέντας ἐδίωκεν. Ὅτε καὶ οὐρανόθεν χάλαζά τε τῆς συνήθους μείζων, καὶ κεραυνοὶ τοῖς πολεμίοις ἐπέπεσον· καὶ ἡ ἡμέρα ηὔξητο, τὸν δρόμον τοῦ ἡλίου στήσαντος τοῦ Θεοῦ, ἐντεύξει τοῦ Ἰησοῦ, ἵνα μὴ, νυκτὸς ἐπελθούσης, διαφύγωσιν οἱ πολέμιοι. Καταλαμβάνονται δὲ καὶ οἱ βασιλεῖς ἔν τινι σπηλαίῳ κρυπτόμενοι, καὶ κτείνονται πάντες. Ἰησοῦς δὲ ἐπανήει πάλιν τῆς Χαναναίας ἐπὶ τὴν ὀρεινὴν, καὶ πολὺν φόνον τῶν ἐν αὐτῇ ἐργασάμενος, καὶ λείαν λαβὼν, εἰς τὸ ἐν Γαλγάλοις ἦλθε στρατόπεδον. Ἐκλήθη δ' ὁ τόπος τοῦ στρατοπέδου Γάλγαλα, ὡς ἤδη ἑαυτοὺς ἐλευθέρους τῶν Αἰγυπτίων καὶ τῆς κατὰ τὴν ἔρημον ταλαιπωρίας γνόντων τῶν Ἰσραηλιτῶν. Γάλγαλα γὰρ τὴν ἐλευθερίαν Ἑβραῖοι καλοῦσι. Στρατεύουσι δ' ἐπ' αὐτοὺς οἱ περὶ Λίβανον Χαναναῖοι, καὶ οἱ ἐν τοῖς πεδινοῖς Παλαιστηνοῖς συμμαχούμενοι. Ἦν δ' ὁ στρατὸς ἐκείνων ὁπλιτῶν μυριάδες τριάκοντα, μύριοι δ' ἱππεῖς, καὶ τρισμύρια ἅρματα. Νίκην δὲ τοῦ Θεοῦ ἐπαγγειλαμένου, καρτερὰ μάχη γίνεται, ὡς πᾶν τὸ στράτευμα τῶν ἐχθρῶν, πλὴν ὀλίγων, διαφθαρῆναι, καὶ τοὺς βασιλεῖς δὲ πεσεῖν.

XXI. Annus tum quintus exierat, neque Chananæorum quisquam erat reliquus, cum Jesus taber- D naculum in oppido Selomo collocat, donec templum ædificandi daretur occasio; ac populi universi concilio indicto, captas urbes enumerat, cæsosque hostium exercitus, et ut triginta eorum reges interfecti essent. Urbes autem quæ superessent munitissimas, diuturnam postulare obsidionem asserebat, et Transjordaninorum auxilia jam domum remittenda censebat. Duabus igitur tribubus et semissi, quarum viri erant quinquagies mille, ad sua redeundi potestatem facit. Illi, Jordane superato, aram in ripa constituunt. Qua de causa tumultu inter Israelitas excitato, decem honoratos viros una cum Phinee legatos mittunt, de ara exstructa expostulantes. Illi non rerum novandarum studio se aram fecisse respondent, sed ut monimento

ΚΑ'. Ἔτος δὲ πέμπτον ἤδη παρεληλύθει, καὶ Χαναναίων οὐκέτι οὐδεὶς ὑπολέλειπτο. Ἰησοῦς δὲ ἱστᾷ τὴν σκηνὴν κατὰ πόλιν Σηλὼμ, ἕως οἰκοδομῆσαι αὐτοῖς ναὸν γένηται. Συναγαγὼν δὲ τὸν λαὸν εἰς Σηλὼμ, τὰς ἑαλωκυίας τῶν πόλεων ἀπηρίθμει, καὶ ὅσαι τῶν ἐναντίων διεφθάρησαν στρατιαὶ, καὶ ὡς τριάκοντα βασιλεῖς αὐτῶν ἀπεκτάνθησαν. Τὰς δὲ περιλειφθείσας ἔτι πόλεις πολυχρονίου δεῖσθαι πολιορκίας δι' ὀχυρότητα ἔλεγε, καὶ ἠξίου τοὺς ἐκ τῆς περαίας τοῦ Ἰορδάνου συνεξορμήσαντας αὐτοῖς, ἀπολύειν ἤδη πρὸς τὰ οἰκεῖα. Καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς ἐκ τῶν δύο φυλῶν, καὶ τῆς ἡμισείας, πεντακισμυρίους ὄντας, πρὸς τὰς κληρουχίας αὐτῶν ἐπέτρεπεν ἀπελθεῖν. Οἱ δὲ διαβάντες τὸν Ἰορδάνην, βωμὸν ἐπὶ τῇ ὄχθῃ ἱδρύονται. Ὃ θόρυβον τῷ πλήθει τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐνεποίησε. Πέμπουσιν οὖν ἐπ' αὐτοὺς δέκα τῶν ἐντίμων, καὶ Φινεὲς, αἰτιώμενοι περὶ τοῦ

βωμοῦ. Οἱ δὲ μὴ κατὰ νεωτερισμὸν ἀναστῆσαι τὸν βωμὸν ἔλεγον, εἰς δὲ τεκμήριον τοῖς ἑξῆς τῆς πρὸς ὑμᾶς οἰκειότητος. Ἕνα γὰρ Θεὸν γινώσκειν, τὸν σύμπασι τοῖς Ἑβραίοις κοινόν. Ταῦτα εἰπόντων, Φινεὲς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πρὸς τὸν Ἰησοῦν ὑπενόστησαν. Ἰησοῦς δὲ κληροδοτήσας τῷ πλήθει τὰς χώρας ἐν Σικίμοις διῆγεν. Ὑπέργηρος δὲ γεγονὼς, καὶ θνήσκειν ἤδη μέλλων, παραίνεσιν ἐποιήσατο πρὸς τὸ πλῆθος, καὶ ἐτελεύτησε, βιοὺς ἔτη ἑκατὸν δέκα, ὧν σὺν Μωϋσεῖ διέτριψε τεσσαράκοντα, μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου τελευτὴν στρατηγῶν πέντε καὶ εἴκοσι. Θνήσκει δὲ καὶ ὁ ἀρχιερεὺς Ἐλεάζαρ, Φινεὲς τῷ υἱῷ τὴν ἀρχιερωσύνην λιπών. Μετὰ δὲ ταῦτα, Χαναναῖοι ἐλπίσαντες περιγενέσθαι τοῦ τῶν Ἑβραίων γένους, θανόντος Ἰησοῦ, κατ' αὐτῶν ἐπεστράτευσαν, τῷ βασιλεῖ Ἀδωνιβεζὲκ τὴν ἡγεμονίαν πιστεύσαντες. Δηλοῖ δὲ τὸ ὄνομα *Κύριος* Βεζέκ. Ἀδωνὶ γὰρ Ἑβραϊστὶ κύριος λέγεται. Συμμίξασαι δὲ τοῖς Χαναναίοις αἱ δύο φυλαὶ, ἡ τοῦ Ἰούδα καὶ ἡ τοῦ Συμεὼν, τρέπονται αὐτοὺς, καὶ τὸν Ἀδωνιβεζὲκ αἱροῦσι, καὶ ἀκρωτηριάζουσιν. Εἷλον δὲ καὶ πόλεις πολλὰς, καὶ τῶν Ἱεροσολύμων τὴν κάτω πόλιν, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἀπέκτειναν. Τῆς δ' ἄνω δυσχερὴς ἦν ἡ πολιορκία, φύσει τε τοῦ χωρίου, καὶ τειχῶν ὀχυρότητι. Ἑλόντες δὲ καὶ τὴν Χεβρὼν, ἅπαντας διεχρήσαντο, καὶ ἔδωκαν αὐτὴν τῷ Χάλεβ εἰς κλῆρον, καθὼς Μωϋσῆς ἐνετείλατο. Καὶ τοῖς τοῦ Ἰοθὸρ ἀπογόνοις, ἀγχιστεῦσιν οὖσι Μωϋσέως, γῆν προσεκλήρωσαν, ὅτι τὴν πατρίδα καταλιπόντες, συνείποντο ἐν τῇ ἐρήμῳ τῷ τῶν Ἑβραίων λαῷ. Αἱ δὲ ἐξ Ἰούδα καὶ Συμεὼν φυλαὶ μεγάλως εὐδαιμονήσασαι, τὰ ὅπλα κατέθεντο. Τὰ Βαίθηλα δέ γε πολιορκοῦσα ἡ φυλὴ τοῦ Ἐφραὶμ, οὐδὲν ἤνυε. Συλλαβόντες δέ τινα τῶν τῆς πόλεως, πίστεις παρέσχον αὐτῷ, παραδόντα τὴν πατρίδα σώσειν, καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς συγγενεῖς. Καὶ ὁ μὲν οὕτως προδοὺς, σώζεται μετὰ τῶν οἰκείων. Οἱ δὲ, κτείναντες τοὺς οἰκοῦντας, εἶχον τὴν πόλιν. Βενιαμῖται δὲ τῆς Ἱεροσολύμων πόλεως λαχούσης αὐτοῖς, φόρους τοῖς κατοίκοις ἐπέθεντο, ζῆν συγχωρήσαντες παρὰ τὴν θείαν διαταγήν. Ὁμοίως τε ἐποίουν καὶ αἱ ἄλλαι φυλαί.

esset posteris necessitudinis ejus, quæ sibi cum illis intercederet. Unum enim sese Deum agnoscere, omnibus Hebræis communem. His auditis, Phinees cum suis ad Jesum revertitur. Is provincia sorte inter populum distributa, Sicimis degebat : ac senio confectus, et jamjam moriturus, populo 48 officii admonito, obit, cum annos vixisset centum et decem, quorum cum Mose versatus fuerat quadraginta, et post ejus obitum exercitum duxerat quinque et viginti. Moritur et Eleazarus pontifex, filio Phinei sacerdotio relicto. Post obitum Jesu Chananæi, gentis Hebrææ superandæ spe concepta, bellum faciunt, Adonibezeco imperatore creato, quod nomen Hebræis Bezeci dominum sonat. Cum his duæ tribus, Judaica et Symeonia, congressæ, in fugam vertunt hostes, Adonibezecum captum mutilant. Multa item oppida cepere, et inferiorem Hierosolymorum urbem, habitatoribus occisis. Verum superioris difficilis erat obsidio, tam situ quam mœnibus permunitæ. Chebronem etiam captam, civibus interfectis, Calebo in sortem dederunt, ut mandarat Moses. Jothoris quoque posteris, Mosis affinibus, agros assignarunt, quod is patria relicta, populum Hebræorum in deserto secutus esset. At Judaica et Symeonia tribus, magnam adeptæ felicitatem, arma posuerunt; Ephraimitæ vero, Bethelis obsidione frustra tentata, cum civem ejus urbis cepissent, incolumitatem illi et cognatis ejus promittunt, si urbem proderet. Is, urbe prodita, conservatur : illi, civibus occisis, urbem occupant. Benjamitæ, quibus Hierosolymorum urbs obvenerat, tributo imposito, incolis divinum mandatum pepercerunt. Idem etiam aliæ tribus sunt imitatæ.

ΚΒ'. Ἤδη δ' εὐθηνουμένους τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ διέφθειρεν ἡ τρυφὴ, καὶ τοὺς θείους νόμους παρέβαινον, καὶ πρὸς τὸ πονεῖν διέκειντο ἀηδῶς, καὶ ἡ ἀριστοκρατία ἐξέλιπε (43), καὶ ἡ γερουσία οὐχ ἀπεδείκνυτο. Ὅθεν στάσις αὐτοὺς καταλαμβάνει δεινὴ, ἐξ αἰτίας τοιαύτης. Ἀνὴρ Λευΐτης τὴν σύζυγον ἐπαγόμενος, ἐκ Βηθλεὲμ οὖσαν, οἴκαδε ἀπῄει. Ἤδη δ' ὀψίας οὔσης ἐπιξενοῦται παρὰ πρεσβύτῃ τινὶ ἐν Γαβαὼ πόλει, φυλῆς τῆς Βενιαμίτιδος. Νεανίαι δὲ Γαβαωνῖταί τινες, τὸ γύναιον θεασάμενοι, ἧκον ἀπαιτοῦντες αὐτό. Τοῦ δὲ πρεσβύτου μὴ διδόντος, ἀποκτείνειν ἠπείλουν. Ὁ δὲ τῆς ἑαυτοῦ θυγατρὸς αὐτοῖς παρεχώρει, ἵνα μή τι βίαιον ὑποσταῖεν οἱ ἐπιξενωθέντες αὐτῷ. Ἁρπάσαντες δ' ἐκεῖνοι τὸ γύναιον ἀπηλλάγησαν, καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἐμφορηθέντες αὐτῆς, ἀφῆκαν ἀρχομένης ἡμέρας. Ἡ δὲ τῇ τε νυ-

XXII. Israelitas rebus secundis jam florentes, luxuria corrupit, ut et divinas leges violarent, et ad laborem segnes essent. Desierat etiam optimatum magistratus, neque amplius senatus legebatur. Itaque atrox seditio inter eos oritur, tali de causa. Levita quidam conjugem Bethleemiticam domum abducturus, apud senem quemdam Gabaone, Benjamiticæ tribus oppido, vesperi divertitur. Ibi quidam adolescentes Gabaonitæ, cum mulierculam vidissent, adsunt, eam flagitantes. Seni recusanti, necem minitantur. Ille filiam suam eis potius offert, modo hospites a vi et injuria tueatur. Verum illi non nisi rapta muliercula discedunt, eamque per totam noctem pro libidine sua subagitatam, diluculo dimittunt. At illa et nocturna ærumna, et pudore 49 mariti, et dolore oppressa, exhalat animam. Tum maritus, mortua in duodecim partes secta,

Variæ lectiones et notæ.

(43) *Καὶ ὁ τριστοκράτης ἐξέλιπε.* Magistratus ad triennium præesse solitus. Καὶ ἡ ἀριστοκρατία ἐξέλιπε., rectius in Viennensi codice et in Reg. et Colb. legitur.

ad singulas tribus unam portionem mittit, | et calamitate et auctoribus illius expositis. Israelitæ igitur feciales Gabaonem mittunt, qui ei facinori affines ad supplicium exposcant. Illis non dedentibus, bellum inferunt: ac bis acie congressi, a Benjamitis in fugam vertuntur. Tandem per Phineem sacerdotem deprecantur Deum, et sic aggressi Benjamitas ita cædunt, ut tantum DC ex eis superessent, qui in vicinos montes diffugerunt. Israelitæ Gabaonem incendunt mulieres et pueros omnes perimunt, idem in cæteris etiam urbibus factum. Quin et Jabis Galaditicæ urbis incolas cum uxoribus et liberis occidunt, ob recusatam belli illius societatem, quadringentis virginibus exceptis, quas Benjamitarum reliquiis præbuerunt, ut conjuges haberent, miserti calamitatis eorum: suscepta etiam cogitatione, quemadmodum reliqui ducenti conjugibus potirentur. Pridem enim jurejurando interposito, facinoris illius odio sanxerant, ne quis filiam Benjamitæ uxorem desponderet. Ea de re deliberantibus visum, non quidem dandas illis ob jusjurandum, sed concedendum ut ipsi raperent virgines, quas sibi thalamo sociarent, ipsis neque prohibentibus, neque incitantibus. Hoc decreto facto, Benjamitæ rem exsecuti sunt. Cum autem Israelitæ longo jam tempore bellicæ rei studium intermisissent, contempserunt eos Chananæi, quibusdam urbibus ademptis. Dan tribus in montem confugit, atque inde in mediterranea sedes transtulit. Israelitis cum et Chananæorum instituta usurparent, et suam reipublicæ formam aspernarentur, Numen infensum exstitit. Itaque Chugargathaimus Assyriorum rex bellum eis infert, et gravia tributa imperat, quibus octo annos premuntur: donec vir quidam strenuus Judaicæ tribus, nomine Gothoniel, paucis sociis ex oraculo comparatis, Assyriorum apud se præsidium cædit: ac pluribus deinde confluentibus, Assyrios prælio victos amovet. Re bene gesta, imperium et judicandi potestas a populo ei decernitur. Qui cum magistratu ad annos quinquaginta functus, vitam cum morte **50** commutasset: Israelitæ sine magistratu, sine metu Numinis viventes, ab Eglone Moabitarum rege subacti, annua tributa pensitarunt. Is Hierichunte ædificata regia, dum per annos decem et octo variis illos malis exagitat, adolescens quidam Benjamiticæ tribus, nomine Aothus, quem Judam vocatum Josephus asserit, homo confidens et robustus, se in Eglonis familiaritatem insinuat, aulam ejus frequentans, et blanditiis hominem sibi devinciens. Hic aliquando cum duobus famulis, Egloni munera ferens, clam sicas gestat: cumque jam meridies esset, satellitibus ad sua digressis, nactus eum solum, pro familiaritate ingreditur, seductumque, ut arcani dicturus aliquid ictu opportuno illato tyrannum perimit. Digressus Hieri-

A κτερινῇ ταλαιπωρίᾳ, καὶ τῇ πρὸς τὸν ἄνδρα αἰσχύνῃ, καὶ τῇ λύπῃ καταβληθεῖσα, διαπεφώνηκε. Καὶ ὁ ταύτης ἀνὴρ εἰς μέρη δώδεκα διελὼν τὴν θανοῦσαν, διέπεμψε μέρος εἰς ἑκάστην φυλὴν, τό τε πάθος διδάξας αὐτοὺς, καὶ τοὺς αἰτίους τῆς συμφορᾶς. Πέμπουσιν οὖν πρὸς τὴν Γαβαὼ, τοὺς παρανομήσαντας ἐξαιτούμενοι. Οἱ δὲ οὐκ ἐξέδοσαν. Αἱ φυλαὶ δ' ἐπεστράτευον ἐπ' αὐτούς. Καὶ δὶς συμβαλόντες τοῖς Βενιαμίταις, ἡττῶνται οἱ Ἰσραηλῖται. Εἶτα διὰ Φινεὲς τοῦ ἀρχιερέως δέονται τοῦ Θεοῦ, καὶ οὕτω συμβαλόντες τοῖς Βενιαμίταις ἐκράτησαν, ὡς πάντας πλὴν ἑξακοσίων πεσεῖν, οἳ πρὸς τὰ πλησίον ὄρη κατέφυγον. Οἱ δὲ Ἰσραηλῖται ἐνέπρησάν τε τὴν Γαβαὼ, καὶ τὰς γυναῖκας καὶ τοὺς παῖδας πάντας διεχειρίσαντο· καὶ ἐπὶ ταῖς ἄλλαις δὲ πόλεσιν B αὐτῶν δρῶσι τὰ ὅμοια. Καὶ Ἰαβεὶς δὲ Γαλααδίτιδος πόλεως, ὅτι μὴ συνεμάχησεν αὐτοῖς, φονεύουσι τοὺς κατοίκους σὺν τέκνοις καὶ γυναιξὶ, πλὴν τετρακοσίων παρθένων, ἃς τοῖς περισωθεῖσι τῶν Βενιαμιτῶν παρέσχον, ἵνα συνεύνους σχοῖεν αὐτὰς, τῆς συμφορᾶς αὐτοὺς κατοικτείραντες. Ἐσκόπουν δ' ὅπως καὶ οἱ λοιποὶ διακόσιοι γυναικῶν εὐπορήσωσιν. Ὅρκους γὰρ ἔθεντο πρώην, διὰ τὸ τόλμημα, μηδένα δώσειν θυγατέρα πρὸς γάμον Βενιαμίτῃ. Καὶ σκοποῦσιν ἔδοξεν, αὐτοὺς μὲν μὴ διδόναι διὰ τὸν ὅρκον, τοῖς δὲ Βενιαμίταις ἐξεῖναι παρθένους ἁρπάζουσι συνοικίζειν ἑαυτοῖς, αὐτῶν μὴ κωλυόντων, μήτε προτρεπομένων. Καὶ τοῖς μὲν οὕτως ἔδοξε περὶ τούτων. Οἱ δὲ Βενιαμῖται εἰς ἔργον τὰ δόξαντα C ἤγαγον. Ἤδη δὲ πρὸ μακροῦ τῶν Ἰσραηλιτῶν παυσαμένων τοῦ μάχεσθαι, κατεφρόνησαν οἱ Χαναναῖοι αὐτῶν, καὶ πόλεις ἀφείλοντο ἐξ αὐτῶν. Οἱ δὲ τῆς τοῦ Δὰν φυλῆς εἰς τὸ ὄρος κατέφυγον, κἀκεῖθεν εἰς τὴν μεσόγειον μετῳκήκασι. Τοὺς δὲ Ἰσραηλίτας μεταλαβόντας τῶν παρὰ τοῖς Χαναναίοις ἐθῶν, καὶ τῆς σφετέρας πολιτείας καταφρονήσαντας, δι' ὀργῆς τὸ θεῖον πεποίητο. Στρατεύει τοίνυν ἐπ' αὐτοὺς ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς Χουγαργαθαΐμ (44), καὶ φόρους βαρεῖς ἐπιτάσσει αὐτοῖς, οἷς ἐπὶ ὀκτὼ ἐνιαυτοὺς ἐπιέζοντο. Εἶτα δραστήριός τις ἀνὴρ ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς, Γοθονιὴλ κεκλημένος, βραχεῖς τινας προσεταιρισάμενος κατὰ θεῖον χρησμὸν, τὴν παρ' αὐτοῖς τῶν Ἀσσυρίων διαφθείρει φρουράν. Συνηγμένων δὲ μετὰ ταῦτα πλειόνων, μάχῃ τοὺς Ἀσσυ- D ρίους νικήσας, ἀπώσατο, καὶ ἄρχειν ᾑρέθη διὰ τοῦτο τοῦ πλήθους, κρίνειν τε τὸν λαόν. Ὃς ἐπὶ πεντήκοντα ἔτη τὴν ἀρχὴν ἀνύσας, μετήλλαξε τὴν ζωήν. Ἄναρχοι δὲ ὄντες οἱ Ἰσραηλῖται, καὶ τοῦ θείου καταφρονοῦντες, παρὰ τοῦ τῶν Μωαβιτῶν βασιλέως Αἰγλὼμ αὐτοὺς ὑποτάξαντος, ἐτησίας εἰσφορὰς ἐπετάχθησαν. Ὃς ἐν Ἱεριχοῦντι βασίλεια δομησάμενος, ἐπὶ ἐνιαυτοὺς ὀκτωκαίδεκα πολυειδῶς ἐκάκου αὐτούς. Νεανίας δέ τις Βενιαμίτης Ἀὼθ τοὔνομα (Ἰώσηπος δὲ Ἰούδαν τοῦτον καλεῖσθαι λέγει), τολμητίας καὶ ῥωμαλέος, συνήθης γίνεται τῷ Αἰγλὼμ, καὶ συνεχῶς παρ' αὐτὸν ἐφοίτα θω-

Variæ lectiones et notæ.

(44) *Χουγαργαθαΐμ* Cod. alter e Wolfianis, Χουσπαραθαΐμ. Colbert. Χουσπαταθαΐμ.

πεζῶν τὸν ἄνδρα, καὶ ὑπερχόμενος. Οὗτος σὺν δυσὶν οἰκέταις ποτὲ δῶρα κομίζων τῷ Αἰγλὼμ, ξιφίδιον ἔφερεν ἀφανῶς. Καὶ τῆς ἡμέρας ἤδη μεσούσης, καὶ τῶν φυλάκων πρὸς ἑαυτοὺς ἀπεληλυθότων, μεμονωμένον εὑρὼν αὐτὸν, εἴσεισιν ὡς συνήθης, καὶ μόνον ἀπολαβὼν αὐτὸν, ὡς δή τι μυστικώτερον προσομιλήσων αὐτῷ, πλήττει καιρίως τῷ ξιφιδίῳ, καὶ ἀναιρεῖ. Ἀπελθὼν δὲ πρὸς τοὺς Ἱεριχουντίους, πείθει τῆς ἐλευθερίας ἀντιποιεῖσθαι. Καὶ οἱ μὲν ὡπλίζοντο, οἱ δὲ περὶ τὸν Αἰγλὼμ, νεκρὸν αὐτὸν εὑρόντες εἰς φυγὴν τρέπονται, καὶ διωκόμενοι διαφθείρονται. Καὶ οὕτως Ἑβραῖοι τῆς τῶν Μωαβιτῶν δουλείας ἐλευθεροῦνται. Τῷ δὲ Ἀὼθ, ἡ τοῦ πλήθους ἀρχὴ ἐγκεχείριστο, ὃς ἐπ' ἔτεσιν ὀγδοήκοντα τοῦ λαοῦ ἡγησάμενος, τὸν βίον κατέλυσε. Μετὰ δὲ τοῦτον Μεγὰρ υἱὸς Δινὰχ ἄρξας, ἐν τῷ πρώτῳ τῆς ἀρχῆς ἐνιαυτῷ τετελεύτηκε, πατάξας τῶν ἀλλοφύλων πολλούς.

A chuntiis auctor fit vindicandæ libertatis. Illi arma capiunt. Eglonii satellites, rege invento mortuo, in fugam versi, a persequentibus civibus occiduntur. Sic Israelitæ ex Moabitica servitute liberantur. Aoth suffragio populi princeps creatus, cum annos octoginta præfuisset, moritur. Post hunc Megar Dinachi filius, multis Barbarorum cæsis, anno primo imperii decedit.

ΚΓ. Τοῦ δὲ λαοῦ τῶν Ἑβραίων τοὺς θείους παραβαίνοντος νόμους, ὠργίζετο ὁ Θεός· καὶ Σισάρας, ὁ τοῦ Ἰαβεὶμ βασιλέως τῶν Χαναναίων ἀρχιστράτηγος, ἐπελθὼν αὐτοῖς, ἐκάκωσέ τε σφόδρα, καὶ φόροις ὑπέβαλε, καὶ εἶχον οὕτως ἐπὶ ἐνιαυτοὺς εἴκοσι. Δευώρα δέ τις προφῆτις (δηλοῖ δὲ τὸ ὄνομα *μέλισσαν*) ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἱκέτευσεν τὸν Θεόν. Καὶ ὁ Θεὸς ἐπένευσε, καὶ στρατηγὸν αἱρεῖσθαι κελεύει Βαράκ, *ἀστραπὴν* δὲ τοῦτο σημαίνει κατὰ τὴν Ἑβραίων διάλεκτον· ἦν δ' ἐκ τῆς Νεφθαλίδος φυλῆς ὁ ἀνήρ. Καὶ ἡ Δευώρα τὸν Βαρὰκ προετρέψατο κατὰ τῶν πολεμίων ἰέναι μετὰ νέων μυρίων, τοῦτο κελεύοντος τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ κἀκείνην ἀπῄτει συστρατηγεῖν. Πείθεται ἡ γυνή, καὶ μάχης σὺν τοῖς μυρίοις συῤῥαγείσης αὐτοῖς πρὸς τὸν Σισάραν, ὄμβρος καταχεῖται πολὺς, καὶ χάλαζα καταῤῥήγνυται. Ταῦτα δὲ κατὰ πρόσωπον τῶν πολεμίων ὑπὸ τοῦ ἀνέμου ἠλαύνετο, καὶ ταῖς ὄψεσιν ἐπεσκότουν αὐτῶν. Κἀντεῦθεν ἐνέκλιναν εἰς φυγήν. Φεύγων δὲ καὶ Σισάρας, πρός τινα γυναῖκα κατέφυγε, κατακρύψαι αὐτὸν ἀξιῶν. Ἰαὴλ ὠνόμαστο ἡ γυνή. Ἡ δὲ δέχεται αὐτὸν, καὶ δίδωσι γάλα πιεῖν, καὶ ὃς πιὼν ὕπνωσεν. Κοιμωμένῳ δ' αὐτῷ ἐπέθετο Ἰαὴλ, καὶ ἧλον διὰ τοῦ κροτάφου αὐτοῦ ἐλάσασα, τῷ ἐδάφει προσεπαττάλευσε, καὶ τοῖς περὶ τὸν Βαρὰκ νεκρὸν τὸν πολέμιον δείκνυσι. Στρατεύσας δὲ καὶ ἐπὶ Ἰαβεὶς βασιλέα Χαναναίων ὁ Βαρὰκ, αὐτόν τε ἔκτεινε, καὶ τὴν πόλιν κατέσκαψε. Καὶ στρατηγήσας ἐπ' ἔτη τριάκοντα, τελευτᾷ καὶ Δευώρας κατὰ τὸν αὐτὸν θανούσης καιρόν. Εἶτα Μαδιανῖται σὺν Ἀμαληκίταις καὶ Ἄραψι, μάχῃ τοὺς Ἰσραηλίτας ἐτρέψαντο. Καὶ ἐπὶ ἔτη ἑπτὰ ἐπιτιθεμένων αὐτοῖς, λιμὸς ἦν, καὶ σπάνις τῶν ἀναγκαίων, καὶ ἐδέοντο τοῦ Θεοῦ. Γεδεὼν δὲ φυλῆς ὢν Μανασσῆ, δράγματα σταχύων εἰς τὸν ληνὸν ἔκοπτε κρύφα, καὶ ὁρᾷ τινὰ ἐν εἴδει νεανίσκου παρεστῶτα αὐτῷ, καὶ καλοῦντος αὐτὸν φίλον τῷ Θεῷ καὶ εὐδαίμονα. Ὁ δ' εἰρωνευόμενος, τεκμήριον ἔλεγεν εἶναι αὐτοῦ τῆς εὐδαιμονίας, τὸ κεχρῆσθαι τῷ ληνῷ ἀντὶ ἅλωνος. Καὶ ὁ νεανίας θαῤῥεῖν καὶ σπεύδειν αὐτῷ παρεκελεύετο ὑπὲρ ἐλευθερίας τῶν φυλετῶν. Γεδεὼν δὲ ἱκέτευσε τὸν φαινόμενον, μὴ μεταναστῆναι ἐκεῖθεν. Καὶ εἰσελθὼν ἐκόμισε θυσίαν. Καὶ ὁ ἄγγελος θεῖναι αὐτὴν παρὰ τὴν πέτραν ἐκέλευσε. Καὶ τῇ ῥάβδῳ ψαύσας τῆς πέτρας, πῦρ ἀνῆψεν αὐτόματον, καὶ τὴν θυσίαν κατέκαυσεν. Εἶτα ᾔτησε τὸν Θεὸν Γεδεὼν ἐπὶ τὸν

XXIII. Israelitis autem ob violatas divinas leges irato Deo, Sisaras Jabis Chananæorum regis B dux eos aggressus, graviter afflixit, et tributarios effecit: in quo statu annos viginti permanserunt. Tum Debora, fatidica mulier (*apem* Latinis sonat), exorato Deo, Baracum virum ex Nephthalia tribu, illius jussu ducem creat; *fulgur* Hebræis id nomen significat. Hortatur ut decem millibus virorum, quemadmodum Deus jusserit, assumptis, hostes invadat: ipsa petente illo una proficiscitur, imperii particeps. Prælio cum decem illis millibus adversus Sisaram commisso magnus imber delabitur, et grando erumpit, quæ a vento in hostium faciem acta, aspectum illis eripiunt itaque; in fugam inclinant, in qua Sisaras etiam ad mulierem quamdam Jaclem nomine confugit, ut ab ea occultaretur. Illa excipit hominem, et lac bibendum præbet: C quo epoto, Joel sopitum aggressa, caput ejus clavis humi affigit, et Baraco mortuum hostem ostendit, qui armis contra Jabim Chananæorum regem conversis, et ipsum occidit, et urbem **51** solo æquat. Moritur, cum annos triginta imperasset: Debora etiam circa idem tempus defuncta. Post, Madianitæ cum Arabibus et Amalechitis Israelitas prælio fundunt fugantque. Quorum incursionibus per septem annos fatigati, ac ad egestatem et famem redacti, divinam opem implorant. Erat tum quidam tribus Manasseæ vir Gedeon, qui manipulos spicarum in torculari secans, quemdam adolescentis habitu sibi assistentem videt; a quo cum ut Deo charus et beatus prædicaretur, ille irridens: *Hoc* D *scilicet*, inquit, *signum est beatitatis meæ, quod torculari pro area utor.* Adolescens eum bono animo esse jubet, ac propere vindicandæ popularium libertatis curam suscipere. Gedeon eum qui apparuerat, orat ne discederet, ac ingressus victimam affert. Eam angelus juxta rupem poni jubet: quam cum baculo tetigisset, ignis ultro exortus victimam combussit. Deinde petit a Deo Gedeon, ut ros in vellus descendat, et descendit. Rursus petit ut rore tellus madescat, vellus siccum maneat: itaque factum est. Paret itaque Gedeon, et decem millia virorum contra hostes armat, eosque jussu Dei sub meridiem ad flumen ducit: et qui lambendo ac festinanter circumagendo se, biberant (hi trecenti erant), eos relictis cæteris contra

hostem ducit. Noctu, uno milite secum assumpto, castra hostium ingressus, audit quemdam suo contubernali narrantem se vidisse in somnis panem hordeaceum, qui per castra volutaretur et regis atque exercitus tabernacula dejiceret: alter somnium id, exercitus interitum portendere conjicit, Gedeonem cum suis ob paucitatem et imbecillitatem pani hordeaceo comparans. His Gedeon auditis, animum recepit, et in castra reversus, suos in armis esse, exercituque in tres centurias diviso, amphoram vacuam singulos cum face ardente et arietino cornu ferre jubet. Circa vigiliam noctis quartam educit eos contra hostes: quibus cum appropinquassent, et cornibus cecinerunt, et amphoras confregerunt, et clamore sublato cum facibus irruerunt. Hæc horrorem hostibus incussere: et dum alii ab hoste cæduntur, alii, et quidem longe plures, quippe noctu, a suis trucidantur, **52** fere omnes sunt deleti, cum duobus regibus Orebo et Zebo. Reliquiæ ducum atque exercitus fugientes, a Gedeoniis comprehensi, omnes ceciderunt. Tenuit imperium Gedeon annos quadraginta, et senex obiit, filiis legitimis e pluribus uxoribus septuaginta relictis, et uno e concubina, Abimelecho: qui fratribus omnibus, uno Joathane fuga elapso, trucidatis, tyrannidem occupavit. Sicimitæ mota seditione Abimelechum urbe pellunt. Is unius civis opera adjutus, urbem dolo captam omnibus puberibus occisis solo æquat. Aliam item urbem Thebas, primo impetu capit. Multitudo urbana in unam turrem in urbe media sitam, ægre confugit. Cujus portis Abimelechum imminentem, muliercula molæ fragmine in caput dejecto occidit. Hebræorum principatus Jairo ex Manassea tribu post hunc creditur, quo ille annos duo et viginti functus obit. Tum Ammanitæ cum Palæstinis regionem diripiunt. Cum autem Ammanitæ Galaditicam vastarent, incolæ Jephtam ducem eligunt: qui cum hostibus congressurus, vovet, si victoria potiretur, quidquid redeunti sibi primum occurrisset, id se immolaturum esse. Commisso prælio vincit. Revertenti unica filiola occurrit, virgo adhuc. Suspirat ille; sed ne fidem falleret, immolat puellam et cremat. Cum autem Ephramitæ illi irascerentur, quod ad Ammaniticí belli societatem non accersiti essent, neque ullam ejus excusationem acciperent: pugna inita multos eorum cædit, et sex annos principatu administrato moritur. Ei succedit Amesas ex tribu Judaica, qui septem annis administrato imperio decedit. Post illum Labdon ex tribu Ephraimitica dux creatus, moritur senex, octavo magistratus anno.

III. Sub id tempus Ammanitarum rex, Davidis amicus, moritur, Annone filio relicto, patrii regni successore. Ad eum David legatos mittit, qui luctum ejus consolarentur, simulque nunciarent, Davidem amicitiam erga illum quoque conservaturum. At ille exploratores esse legatos suspicatus, rasis ex parte barbis eorum, et semisse palliorum præsecto, dimittit homines. Quos cum sic affectos David videret, Joabum, tradita validissima parte copiarum, contra Ammonitas mittit : qui commisso prælio, et ipsos et fœderatos eorum Syros vincit. Illi post fugam denuo ascitis sociis, bellum redintegrant. Tum David cum toto exercitu eos adortus, multos cædit, Sobacum hostilium legionum ducem graviter vulnerat : quo ex illo vulnere mortuo, Syri ex Mesopotamia socii Ammanitarum deditionem faciunt. David Joabum rursus contra Ammanitas mittit, qui cum eos in illius terræ metropolim **74** compulsos obsideret, ipse interim Hierosolymis degens, cum e regia mulierem, nomine Bersaben, domi lavantem conspexisset, cum illa accersita rem habet. Quæ cum se esse gravidam regi indicasset, Uriam (sic enim maritus ejus vocabatur) ab obsidione avocat, et de exercitu percontatus, missis de cœna ferculis, domum ire jubet. Verum ille non abit : neque enim decere, cum dux et commilitones in castris ærumnas ferant, se cum uxore concumbere. Rege iterum hortante ut domum iret, et poculis fere usque ad ebrietatem urgente, ille pro regiæ foribus somnum capit. Itaque Uriam in castra remittit rex, traditis ad Joabum litteris, quibus ille jubebatur statuere Uriam, qua pugna esset asperrima, deserique ibi solum, reductis cæteris, ut ita perimeretur. Fiunt jussa regis, Urias occiditur, ab uxore lugetur, finitoque luctu mulier Davidi nubit, ac filium parit. Ob hoc facinus iratus Deus, Nathanem ad Davidem mittit, qui cum rege congressus, hunc in modum locutus est : *Duo viri fuerunt, quorum alter greges et armenta habuit, alter unam duntaxat agnam. Cum autem hospes quidam ad divitem divertisset, non de suis immolavit, sed pauperis agnam mactatam amico epulandam apposuit.* Ibi David eum qui id fecerit, quadrupli et capitis condemnat. Tum Nathan : *Contra teipsum*, inquit, *o rex*, *sententiam tulisti. Tu enim id facinus edisti*, eique adulterium et cædem commemorat, et iram Dei propter illa, et clades imminentes denuntiat : atque inter cætera, mortem filii ex adulterio geniti. David se peccasse

Γ'. Κατὰ δὲ τὸν τότε χρόνον τέθνηκεν ὁ τῶν Ἀμμανιτῶν βασιλεὺς, φίλος ὢν τοῦ Δαβὶδ, ἐπὶ υἱῷ Ἀννὼν, ὃς τὴν πατρικὴν ἀρχὴν διεδέξατο. Ἔπεμψεν οὖν πρὸς Ἀννὼν ὁ Δαβὶδ τοὺς παρηγορήσοντας τὴν B ἐπὶ τῷ πατρὶ λύπην αὐτοῦ, καὶ τηρεῖν τὴν φιλίαν ἀπαγγελοῦντας καὶ ἐπ' αὐτῷ τὸν Δαβίδ. Ὁ δὲ, κατασκόπους εἶναι τοὺς πεμφθέντας ὑπειληφὼς, ξυρήσας αὐτῶν παρὰ μέρος τοὺς πώγωνας, καὶ περιτεμὼν τὰ ἡμίση τῶν ἐπωμίδων αὐτῶν, ἐξαπέστειλε τοὺς ἄνδρας. Οὓς οὕτω διακειμένους ἰδὼν ὁ Δαβὶδ, τὸ τῆς στρατιᾶς ἀκμαιότατον τῷ ἀρχιστρατήγῳ δοὺς Ἰωὰβ, κατὰ τῶν Ἀμμανιτῶν ἐξαπέστειλε. Καὶ συμβαλὼν ἐκείνοις ὁ Ἰωὰβ, αὐτούς τε καὶ τοὺς συμμάχους Σύρους ἡττᾷ· καὶ τρέπονται εἰς φυγήν. Οἱ δὲ, καὶ πάλιν συμμάχους προσειληφότες, πρὸς πόλεμον ᾖεσαν. Καὶ ὁ Δαβὶδ, σὺν πάσῃ τῇ στρατιᾷ συμβαλὼν αὐτοῖς, πολλοὺς μὲν ἀνεῖλεν· ὁ δ' ἔξαρχων τῆς τῶν ἐναντίων δυνάμεως Σωβὰκ, τρωθεὶς καιρίως ἐν C τῷ πολέμῳ, τέθνηκεν ἐκ τοῦ τραύματος. Οἱ σύμμαχοι δὲ τῶν Ἀμμανιτῶν, Σύροι ὄντες ἐκ Μεσοποταμίας, ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῷ Δαβίδ. Αὖθις δὲ τὸν Ἰωὰβ ἐκπέπομφε κατὰ τῶν Ἀμμανιτῶν, ὃς συγκλείσας αὐτοὺς εἰς τὴν τῆς χώρας αὐτῶν μητρόπολιν, ἐπολιόρκει. Δαβὶδ δὲ ἐν Ἱεροσολύμοις διάγων, καὶ ἐκ τῶν βασιλείων ἰδὼν γυναῖκα κατ' οἶκον λουομένην, Βηρσαβεὲ καλουμένην, ἠράσθη αὐτῆς. Καὶ μεταστειλάμενος τὴν γυναῖκα, ἐμίγη αὐτῇ. Συλλαβοῦσα δὲ, τῷ βασιλεῖ τὸ πρᾶγμα ἐδήλωσεν. Ὁ δὲ τὸν ἄνδρα αὐτῆς ἐκ τῆς πολιορκίας ἐκάλεσεν, Οὐρίαν ὠνομασμένον. Καὶ ἐρωτήσας περὶ τῆς στρατιᾶς, καὶ ἐκ τοῦ δείπνου αὐτῷ παρασχὼν, εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν. Ὁ δὲ οὐκ ἀπῆλθε· μὴ δίκαιον εἶναι φήσας, τὸν στρατηγὸν καὶ τοὺς συστρατιώτας D ταλαιπωρεῖσθαι ἐν τῇ παρεμβολῇ, αὐτὸν δὲ μετὰ τῆς γυναικὸς συνευνάζεσθαι. Πάλιν δὲ τοῦ βασιλέως προτρεπομένου αὐτὸν οἴκαδε ἀπελθεῖν, καὶ δεξιωσαμένου αὐτὸν προπόσεσιν, ὡς καὶ εἰς μέθην σχεδὸν προαχθῆναι, ἐκεῖνος πρὸ τῶν θυρῶν τῶν βασιλείων κατέδαρθεν. Ἀπέστειλεν οὖν πάλιν εἰς τὸ στρατόπεδον τὸν Οὐρίαν ὁ βασιλεὺς, καὶ γραφὴν αὐτῷ ἐγχειρίζει πρὸς Ἰωὰβ, ἐντελλομένην στῆσαι τὸν Οὐρίαν, ἔνθα τῶν πολεμίων τὸ δυσμαχώτατον, καὶ ἀποστραφῆναι τοὺς σὺν αὐτῷ, μόνον λιπόντας ἐκεῖ, ἵν' οὕτως ἀναιρεθῇ. Καὶ γέγονε κατὰ τὸ τοῦ βασιλέως ἐπίταγμα· καὶ ὁ Οὐρίας ἀπέθανεν. Ἡ δὲ γυνὴ αὐτοῦ ἐπένθησεν ἐπὶ τῷ ἀνδρί. Παυσαμένην δὲ τοῦ πένθους, ὁ Δαβὶδ ἔλαβεν αὐτὴν εἰς γυναῖκα· καὶ ἔτεκεν αὐτῷ υἱόν. Ὁ δὲ Θεὸς ὠργίσθη, καὶ τὸν Νάθαν ἔστειλε πρὸς Δαβίδ. Ὁ δὲ, πρὸς τὸν βασιλέα

ἐλθὼν, ἔφη· *Δύο ἦσαν ἄνδρες, ὁ μὲν ἔχων ποίμνια* A *καὶ βουκόλια, ὁ δὲ μίαν ἀμνάδα ἐκέκτητο. Ξενισθέντος δέ τινος τῷ πλουσίῳ, οὐκ ἐκ τῶν οἰκείων ἔθυσεν, ἀλλὰ τὴν μίαν λαβὼν ἀμνάδα τοῦ πένητος, ἔσφαξε, καὶ τὸν φίλον εἰστίασεν.* Καὶ ὁ Δαβὶδ τὸν τοῦτο ποιήσαντα τὴν μὲν ἀμνάδα εἰς τετραπλοῦν ἀποδοῦναι, ἐκεῖνον δὲ θανεῖν κατεδίκασε. Νάθαν δὲ, *Καθ' ἑαυτοῦ τὴν ψῆφον*, εἶπεν, *ἐξήνεγκας, ὦ βασιλεῦ. Σὺ γὰρ εἶ ὁ εἰργασμένος τουτὶ τὸ ἀνόμημα.* Καὶ τὴν μοιχείαν αὐτῷ, καὶ τὸν φόνον κατέλεγε, καὶ τὴν διὰ ταῦτα ὀργὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅσα πείσεται προκατήγγειλε, θανεῖσθαι δὲ καὶ τὸν υἱὸν τὸν ἐκ τῆς μοιχείας αὐτῷ γεννηθέντα. Ὁ δὲ Δαβὶδ, Ἡμάρτηκα τῷ Κυρίῳ, περιπαθῶς ἀνεβόησε. Καὶ ὁ Νάθαν, παραβιβασθῆναι αὐτῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ B τὸ ἁμάρτημα, ἀπεκρίνατο. Ἐνόσει μετέπειτα ὁ ἐκ τῆς Βηρσαβεὲ γεννηθεὶς, καὶ ἤλγει σφόδρα Δαβίδ· ἐφ' ἡμέραν τε ἑβδόμην ἀπόσιτος ἦν, καὶ μελανειμονήσας, καὶ ἐπὶ σάκκου πεσὼν, ἐδέετο τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ τῆς ζωῆς τοῦ παιδός. Τῇ δὲ ἑβδόμῃ τέθνηκεν ὁ μὲν παῖς· αὐτὸς δὲ, τοῦτο μαθὼν, ἐξανίσταται, καὶ λουσάμενος, καὶ μεταμφιασάμενος, τῷ Θεῷ ηὐχαρίστησε, καὶ τράπεζαν αὐτῷ ἑτοιμασθῆναι ἐκέλευσεν. Ὡς δ' ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς γενομένοις οἱ τοῦ βασιλέως θεράποντες, ἐκεῖνος μὲν, *Ἔτι ζῶντος τοῦ παιδὸς*, εἶπεν, *ἐλπίζων παρακληθήσεσθαι τὸν Θεὸν, ἐταπείνουν ἑαυτὸν καὶ ἱκέτευον. Ἤδη δὲ θανόντος, εἰς μάτην τὴν λύπην καὶ τὴν περὶ ἐκείνου γίνεσθαι δέησιν.* Ἔτι δὲ ἔτεκε Βηρσαβεὲ τῷ Δαβὶδ υἱὸν, καὶ ἐκάλεσεν αὐτὸν Σολομῶντα. Ἰωὰβ δὲ, πολιορκῶν τοὺς Ἀμμανίτας, ἐν στενῷ κομιδῇ τὴν ἅλωσιν εἶχε τῆς πόλεως, καὶ δηλοῖ τοῦτο τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ ἀπῆλθεν ἐκεῖ, καὶ τὴν πόλιν παρέλαβε, καὶ εἰς διαρπαγὴν τῇ στρατιᾷ ἀφῆκεν αὐτήν. Τὸν δὲ τοῦ βασιλέως αὐτῆς στέφανον αὐτὸς λαβὼν ἐφόρει, ἕλκοντα χρυσίου τάλαντον, καὶ λίθον ἔχοντα τῶν πολυτίμων. Τὸ δὲ τῆς πόλεως πλῆθος διέφθειραν. Οὕτως δὲ καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσι πεποίηκε τῶν Ἀμμανιτῶν· καὶ εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐπανέζευξεν.

A Deo cum dolore exclamat. Nathan vero, Deum ejus peccatum ab illo removisse respondet. Post hæc natus ex Bersabe filius ægrotat: David magno dolore affectus, ad septimum diem cibo abstinet, pullaque veste indutus, et in sacco jacens, Deum pro vita pueri deprecatur. Septimo die puer moritur: quo ille cognito surgit, lavat, veste mutata gratias Deo agit, et mensam parari sibi jubet. Quæ regiis ministris admirantibus, David: *Vivente*, inquit, *puero spem habebam exorandi Dei, meque humilem ac supplicem præbebam. Nunc illo mortuo, et mœror, et preces pro illo fuerint irrita.* Sed Bersabe alium Davidi **75** filium parit, quem Salomonem nominavit. Interea Joabus Ammanitas in extremas obsi- B dionis angustias esse redactos, regi significat. Qui eo profectus, urbem capit, et militibus diripiendam donat: sed coronam regis auream, talenti pondere, gemma pretiosa præditam, ipse gestandam sibi sumit, urbanam multitudinem trucidat, aliisque oppidis eodem modo tractatis, Hierosolyma regreditur.

Δ'. Ἦν δὲ τῷ Δαβὶδ θυγάτηρ Θαμὰρ ὠνομασμένη, C ὁμομήτριος ἀδελφὴ τῷ Ἀβεσαλώμ. Ταύτης ἤρα Ἀμνὼν ὁ πρωτότοκος υἱὸς τοῦ Δαβίδ. Καὶ ἦν ὁ ἔρως πολὺς, ὡς καὶ νοσῆσαι τὸν ἐρῶντα. Ἀφικομένου δὲ τοῦ πατρὸς πρὸς ἐπίσκεψιν αὐτοῦ, ἠξίωσεν αὐτὸν παραγενέσθαι τὴν Θάμαρ εἰς ὑπηρεσίαν αὐτοῦ, ὁ δὲ κατένευσεν. Ἧκεν οὖν ἡ Θάμαρ, καὶ ἡτοίμασεν αὐτῷ κολλυρίδας. Ὁ δὲ πάντας ἐξέπεμψε, μόνην δὲ τὴν ἀδελφὴν ὑπηρετήσασθαι ἠξίου αὐτῷ. Τῆς δὲ κόρης μόνης περιλειφθείσης, βιάζεται αὐτήν. Καὶ διακορήσας αὐτὴν, μῖσος αὐτίκα ἔσχεν ἀντίθετον τοῦ πρὶν ἔρωτος. Καὶ ἀπιέναι παραχρῆμα ἐκέλευε, καὶ κελεύει τῷ οἰκέτῃ αὐτὴν ἐκβαλεῖν. Ἐκείνη δὲ, διά τε τὴν βίαν καὶ τὴν ὕβριν περιαλγήσασα, διαῤῥήγνυσι τὸν χιτῶνα, καὶ κόνιν κατασπασαμένη τῆς κεφαλῆς, ἐπορεύετο θρηνοῦσα. Ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτῆς D Ἀβεσαλὼμ, ἡσυχάσαι αὐτῇ συνεβούλευσεν, ἐμηνίθη δὲ Ἀμνὼν διὰ τὴν ἀδελφήν. Ὁ δὲ βασιλεὺς, μαθὼν τὸ συμβὰν, ἤχθετο μὲν, λυπῆσαι δὲ τὸν Ἀμνὼν οὐκ ἤθελεν, ὅτι πρωτότοκος ἦν αὐτῷ. Διετηρίδος δὲ παρελθούσης, κείρειν ἔμελλεν ἄρτι τὰ ἴδια πρόβατα ὁ Ἀβεσαλὼμ, καὶ εἰς πότον τοὺς ἀδελφοὺς συνεκάλεσεν. Ἐνετείλατο δὲ τοῖς ὑπηρετουμένοις αὐτῷ, προχωροῦντος τοῦ πότου, πατάξαι τὸν Ἀμνὼν, καὶ ἀποκτεῖναι. Καὶ ἐποίησαν οὕτως οἱ παῖδες Ἀβεσαλώμ. Ἰδόντες δὲ οἱ λοιποὶ τοῦ βασιλέως υἱοὶ τὸ γενόμενον, ἔφυγον. Φήμης δὲ προελθούσης, ὡς ἔκτεινε πάντας τοὺς τοῦ βασιλέως υἱοὺς Ἀβεσαλὼμ, διέῤῥηξε τὴν ἐσθῆτα αὐτοῦ ὁ Δαβὶδ, καὶ ἔπεσεν ἐπὶ γῆν

IV. Habebat autem David filiam Thamarem, uterinam Absalonis sororem. Eam primogenitus Davidis filius Amnon vehementer deperibat, adeo ut ex amore in morbum incideret. Decumbentem pater invisit: orat ille ut Thamarem mittat, quo sibi ministret. Annuit pater: venit puella, placentas ei parat. Amnon omnes discedere jubet, solamque sororem sibi ministrare. Tum puellam solam nactus, vi stuprat, et confestim ardens ille amor in par odium convertitur: ac statim illam discedere, et a famulo ejici jubet. Illa et raptus et contumeliæ dolore, tunicam rumpit, et pulvere consperso capite, plorans abit. Absalon sororem quietam esse jubet, pertinaci contra Amnonem ira æstuans. Nam rex etsi facinus illud iniquo ferebat animo, filium tamen quod primogenitus esset, contristare nolebat. Elapso biennio, suas oves tonsurus Absalon, fratres ad comessationem convocat: mandato prius ministris dato, ut gliscente compotatione, Amnonem trucidarent. Parent illi; quo viso reliqui regii filii fugiunt, ortoque rumore, omnes eos ab Absalone cæsos, David vestes suas lacerat, et humi stratus lamentatur. Interea cæteri veniunt, Amnonis cædem mœsti nuntiantes. Absalon ad maternum avum Gethæ regem confugit, et triennium ibi commoratur. Regis ira spatio temporis paulo remissiore facta, Joabus Absaloni regem hujusmodi commento reconciliare nititur. Subornat mulierculam, quæ lugubri specie regem

adeat, conquerens, duos sibi fuisse filios, quorum unus alterum occiderit. Nunc cognatos superstitem ad cædem quærere, ob parricidium : orare igitur regem, ut salutem filii sibi condonet. Illa hæc apud regem perquam dolenter exponit. Rex filii salutem illi se donaturum pollicetur. **76** Tum mulier gratias agit : *Sed ut pignus*, inquit, *habeam promissi tui : tu ipse, o rex, in primis tuo filio reconciliare, neque cum cæde filii te invito facta, voluntariam conjunxeris*. Animadvertit rex, commentum esse preces mulieris, Joabo auctore excogitatum : eique Absalonis reducendi dat potestatem. Joabus igitur eum Hierosolyma reducit, ea tamen conditione, ut ne in conspectum patris veniret, donec ipse tandem eum reconciliatus vocat, data petenti venia, et oblivione injuriæ promissa. Restitutus in integrum Absalon, equis, curribus, et multis satellitibus comparatis, regiam quotidie frequentat : populumque blandis alloquiis deliniens, multorum gratiam colligit. Jam quatuor annis a reditu elapsis, fingit se religionis ergo Chebronem profecturum ad exsolvenda vota quæ in exsilio fecisset. Annuit pater. Ille digressus, passim dimittit nuntios : plurimi ad illum confluunt, ac præter cæteros Achitophel, patri ejus a consiliis. Ita rex ab omnibus salutatur. Hoc David cognito, cum iis quos circum se habebat, Hierosolyma egreditur : comitantibus etiam sexcentis illis, quorum sub Saule opera usus fuerat. Neque ulla res mœrorem et metum ejus magis auxit, quam Achitophelis transfugium : nihilominus tamen Deum invocat, et omnem illi eventum permittit. Chusus etiam Davidis amicus, de illius sententia, defectione simulata, se ad Absalonem confert. Inter proficiscendum occurrit Davidi Memphibosthis servus Siba, jugum asinorum agens, commeatum ferentium : et herum accusans, quod Hierosolymis maneret, ac regnum populi suffragiis ad se rediturum esse exspectaret. Ob quæ indignatus David, omnia quæ Memphibosthi prius donarat, Sibæ largitur. Post in itinere Semeis eum aggreditur, vir Saulis cognatus, lapides jactans contra regem, et exsecrans illum, et virum sanguinarium atque iniquum vocitans. Ad quem perimendum David suos concitatos inhibuit, divinitus illi ea mandata esse asserens, itaque missum faciendum. Ad Jordanem profectus, ibi suos defatigatos refecit.

A θρηνῶν. Ἐν τοσούτῳ δ' ἧκασιν οἱ τοῦ βασιλέως υἱοί, καὶ τὸν φόνον τοῦ Ἀμνὼν πενθοῦντες ἀπήγγειλαν. Ἀβεσαλὼμ δὲ ἀπέδρα πρὸς τὸν πάππον τὸν πρὸς μητρὸς, τὸν βασιλέα τῆς Γὲθ, καὶ ἐπὶ τριετίαν ἦν διάγων ἐκεῖ. Τῆς ὀργῆς δὲ τῷ χρόνῳ λωφησάσης, καταλλαγῆναι τὸν βασιλέα τῷ Ἀβεσαλὼμ ὁ Ἰωὰβ ἐσοφίσατο. Γύναιον γάρ τι παρεσκεύασεν, ὡς πενθοῦν τῷ βασιλεῖ προσελθεῖν, καὶ ἀποδύρεσθαι, ὅτι, δύο παίδων ὄντων αὐτῇ, καὶ θατέρου τὸν ἕτερον κτείναντος, οἱ συγγενεῖς ἀνελεῖν ζητοῦσι τὸν περιόντα διὰ τὸν φόνον τοῦ ἀδελφοῦ. Καὶ δέεσθαι τοῦ βασιλέως χαρίσασθαι αὐτῇ τὴν τοῦ παιδὸς σωτηρίαν. Ἡ μὲν οὖν, προσελθοῦσα τῷ βασιλεῖ, περιπαθῶς εἶπε ταῦτα. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν ζωὴν αὐτῇ χαρίσασθαι
B τοῦ παιδὸς ἐπηγγείλατο. Καὶ ἡ γυνὴ χάριτας ὡμολόγει αὐτῷ· *Ἵνα δ' ἐχέγγυον εἴη μοι τῶν ὑπεσχημένων*, εἶπε, *πρῶτος αὐτὸς τῷ οἰκείῳ υἱῷ διαλλάγηθι, καὶ μὴ τῷ φόνῳ τοῦ παρὰ γνώμην σου θανόντος υἱοῦ προσθήσεις ἑκούσιον ἕτερον*. Συνῆκεν ὁ βασιλεὺς σκῆψιν εἶναι τοὺς λόγους τῆς γυναικὸς, καὶ τούτους σοφισθῆναι παρ' Ἰωὰβ, καὶ κατάγειν αὐτῷ ἐπέτρεψε τὸν Ἀβεσαλώμ. Καὶ πορευθεὶς Ἰωὰβ, ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλήμ· εἰς ὄψιν δ' ἐλθεῖν οὐ συγκεχώρητο τῷ πατρί. Μετὰ δὲ ταῦτα κατηλλάγη ὁ βασιλεὺς τῷ Ἀβεσαλώμ· καὶ καλέσας αὐτὸν, συγγνώμην αἰτήσαντι δέδωκε, καὶ ἀμνηστίαν τοῦ ἁμαρτήματος ἐπηγγείλατο. Ἵππους δὲ καὶ ἅρματα προσκτησάμενος ὁ Ἀβεσαλὼμ, καὶ πολλοὺς ὀπαδοὺς, καθ' ἑκάστην ἀπῄει πρὸς τὰ βασίλεια. Καὶ
C πρὸς χάριν τοῖς πλήθεσιν ὁμιλῶν, εὔνοιαν αὐτῷ πολλοὺς παρεσκεύασεν. Ἤδη δὲ τετραετίας παραῤῥυείσης μετὰ τὴν κάθοδον, σκήπτεται θυσίας χάριν εἰς Χεβρὼν ἀπελθεῖν, ὡς εὐχὴν τοῦτο πεποιηκὼς, τυγχάνων ἐν τῇ φυγῇ. Καὶ ἀφείθη πρὸς τοῦ πατρός. Ἀπελθὼν δὲ, πρὸς πολλοὺς διεπέμψατο, καὶ πλεῖστοι πρὸς αὐτὸν συνεῤῥύησαν. Πρὸς δὲ τοῖς ἄλλοις καὶ Ἀχιτόφελ, ὁ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ σύμβουλος, καὶ ὑπὸ πάντων βασιλεὺς ἀνεῤῥήθη. Τοῦτο γνοὺς ὁ Δαβὶδ, ἀπῆρε μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ἐξ Ἱερουσαλήμ. Καὶ οἱ ἑξακόσιοι ἄνδρες οἱ ἐπὶ Σαοὺλ συνόντες αὐτῷ, αὖθις αὐτῷ συνεξώρμησαν. Ἠγγέλη δὲ καὶ Ἀχιτόφελ προσρυεὶς τῷ Ἀβεσαλώμ· ὃ καὶ τὸν φόβον αὐτῷ μείζονα, καὶ πλείονα τὴν λύπην ἐποίησεν. Ἐπεκαλεῖτο δὲ τὸν Θεὸν, καὶ τὴν κρίσιν ἐπὶ πᾶσιν ἐκείνῳ
D ἐπέτρεπε. Χουσὶ δ' ἑταῖρος ὢν τοῦ Δαβὶδ, κατὰ γνώμην αὐτοῦ ψευδαυτομολεῖ πρὸς Ἀβεσαλώμ. Πρόσεισι δὲ τῷ Δαβὶδ ἀπιόντι ὁ δοῦλος τοῦ Μεμφιβοσθὲ Σιβὰ, ζεῦγος ἄγων ὄνων φερόντων τὰ ἐπιτήδεια, καὶ τοῦ δεσπότου κατηγορῶν, ὡς μείναντος ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ προσδοκῶντος αὐτῷ τὴν βασιλείαν περιελεύσεσθαι, οἷα τοῦ πλήθους αἱρησομένου αὐτόν. Ἠγανάκτησεν ἐπὶ τούτοις Δαβὶδ, καὶ πάντα ὅσα τῷ Μεμφιβοσθὲ πρὶν ἐδωρήσατο, τῷ Σιβᾷ ἐχαρίσατο· Εἶτα ἔπεισιν αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν Σεμεεὶ, ἀνὴρ ἐκ τῆς συγγενείας Σαοὺλ, καὶ λίθους κατὰ τοῦ βασιλέως ἠκόντιζε, καὶ κατηρᾶτο αὐτῷ, καὶ ἄνδρα αἱμάτων ὠνόμαζε, καὶ παράνομον. Τῶν δὲ μετὰ Δαβὶδ ὁρμώντων ἀνελεῖν τὸν Σεμεεὶ, ὁ βασιλεὺς οὐκ ἀφῆκεν, εἰπών· Κύριος εἶπεν αὐτῷ ταῦτα ποιεῖν, ἄφετε αὐτόν. Καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν Ἰορδάνην, ἐκεῖ τοὺς μετ' αὐτοῦ κεκοπιακότας ἀνέψυξεν.

V. Absalon autem ubi Hierosolyma pervenit, Chuso se accedenti : *Cur*, inquit, *patre, cui amicus es*, **77** *deserto, me convenis ?* Tum ille : *Divinitus*, inquit, *electo adero, et eum sequar, qui totius populi consensu rex est declaratus*. Deinde quid agen-

Ε'. Ἀβεσαλὼμ δὲ, παραγενόμενος εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐλθόντι πρὸς αὐτὸν τῷ Χουσὶ, ἔφη· *Ἵνα τί ἑταῖρος ὢν τοῦ πατρός μου, πρὸς ἐμὲ ἥκεις ἐκεῖνον λιπών;* Ὁ δὲ, *Τῷ ἐκλελεγμένῳ παρὰ Θεοῦ συνέσομαι*, εἶπε, *καὶ συνέσομαι τῷ*

ἠρετισμένῳ παρὰ παντὸς τοῦ λαοῦ. Τί δὲ δεῖ πράττειν τὸν Ἀχιτόφελ ἤρετο ὁ Ἀβεσαλώμ. Καὶ ὃς συνεβούλευσε ταῖς τοῦ πατρὸς μίσγεσθαι παλλακαῖς· ἵν' οὕτω γνοῖεν πάντες ἄσπονδον εἶναί σοι τὴν ἔχθραν πρὸς τὸν πατέρα σου. Καὶ ἐποίησε κατὰ τὴν συμβουλὴν ταύτην Ἀβεσαλώμ. Αἰτήσαντος δὲ τοῦ Ἀχιτόφελ μυρίους ἄνδρας, ὡς ἂν αὐτίκα καταδιώξῃ ὄπισθεν τοῦ βασιλέως Δαβὶδ, καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ, ἐκλελυμένων ὄντων ὑπὸ τοῦ κόπου, καὶ τὸν μὲν πατάξῃ, τοὺς δὲ ἐπιστρέψῃ, ὁ Ἀβεσαλὼμ ἠρώτησε τὸν Χουσὶ περὶ τῆς συμβουλῆς. Ὁ δὲ οὐκ ἀγαθὴν αὐτὴν ἀπεφήνατο, λέγων ὡς *Οὐκ ἠγνόηταί σοι ἡ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ ἀνδρεία καὶ ἐμπειρία. Δεῖν δὲ νομίζω ἐκ πάσης τῆς χώρας στρατιὰν συλλεξάμενον, οὕτως αὐτόν σε κατὰ τοῦ πατρὸς ὁρμῆσαι, καὶ στρατηγῆσαι τὸν πόλεμον, καὶ πάντως νικήσεις πρὸς βραχεῖς μετὰ πολλῶν συῤῥηγνύμενος.* Καὶ εἶπεν Ἀβεσαλὼμ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ· Ἀγαθὴ ἡ βουλὴ Χουσὶ, ὑπὲρ τὴν βουλὴν Ἀχιτόφελ. Πάντα δὲ ταῦτα Χουσὶ τῷ Σαδὼκ καὶ τῷ Ἀβιάθαρ τοῖς ἱερεῦσι δηλῶσαι τῷ Δαβὶδ ἐνετείλατο. Οἱ δὲ ἐστάλκασι πρὸς Δαβὶδ ἄνδρας τοὺς γνωριοῦντας αὐτῷ τὰ γενόμενα. Ἀπηγγέλη δὲ τῷ Ἀβεσαλὼμ περὶ τῶν ἀνδρῶν, καὶ κατεδίωκεν αὐτούς. Ὁ γνόντες ἐκεῖνοι, προσφεύγουσιν ἐν οἰκίᾳ τινὸς, καὶ εἰς φρέαρ καταδύντες, ἐκρύβησάν τε καὶ ἔλαθον, καὶ τῷ Δαβὶδ, ἐκεῖθεν ἐξελθόντες, τὰ μηνυθέντα ἀπήγγειλαν. Ὁ δὲ νυκτὸς σὺν τοῖς μετ' αὐτοῦ διέβη τὸν Ἰορδάνην. Ἀχιτόφελ μέντοι παρευδοκιμηθεὶς, καὶ γνοὺς ὅτι κακὰ συναντήσεται τῷ Ἀβεσαλὼμ, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἀπήγξατο. Ἀριθμήσας δὲ τοὺς μετ' αὐτοῦ ὁ Δαβὶδ, τετρακισχιλίους εὗρε. Καὶ εἰς τρεῖς διεῖλε μοίρας τὴν στρατείαν, ἑκάστῃ τε ἐπέστησε στρατηγὸν, αὐτὸς δὲ συνεκστρατεῦσαι παρὰ τῶν φίλων οὐ συγκεχώρητο, λεγόντων, ὡς εἰ μετ' αὐτοῦ τραπεῖεν, πάσης ἐλπίδος ἐκπίπτουσιν· αὐτοῦ δὲ σωζομένου, ἔτι σφίσιν ἐλπὶς περιλέλειπται. Ἔπεμψεν οὖν τὸν λαὸν αὐτοῦ μαχησόμενον· καὶ παρεκάλει φείσασθαι τοῦ Ἀβεσαλὼμ, εἰ νικήσειαν. Μάχης δὲ συῤῥαγείσης, κρατοῦσιν οἱ τοῦ Δαβὶδ, καὶ τὸν Ἀβεσαλὼμ ἐδίωκον φεύγοντα. Φερόμενος δ' ἐφ' ἡμιόνου, καὶ εἰς δρυμὸν εἰσελθὼν, δρυῒ μεγάλῃ τῆς τριχὸς αὐτοῦ ἐμπλακείσης (ἔτρεφε γὰρ τὴν κόμην σφόδρα πολλὴν), ἀπῃώρητο τῆς δρυός· ἡ δ' ἡμίονος παρελήλυθε. Καί τις, ἀνηρτημένον οὕτω τὸν Ἀβεσαλὼμ θεασάμενος, καταμηνύει τῷ Ἰωάβ. Ὁ δὲ, βέλεσιν αὐτὸν τρισὶ κατὰ τῆς καρδίας βαλὼν, ἐθανάτωσε, καὶ τὸν τὴν νίκην ἀπαγγέλλοντα τῷ βασιλεῖ ἐξαπέστειλε. Μηνυθείσης δὲ τῆς νίκης αὐτῷ, εἰ ζῇ ὁ υἱὸς, ἐπυνθάνετο. Ἀκούσας δὲ τεθνάναι αὐτὸν, ἀπωδύρετο. Ἐλθὼν δὲ πρὸς τὸν βασιλέα ὁ Ἰωὰβ, ἔπεισεν οἷς εἶπε παύσασθαι τοῦ θρηνεῖν· παυσάμενός τε καὶ τοῖς στρατιώταις ἐμφανισθεὶς, ἐπῄνεσεν αὐτούς. Πάντες δ' ὡς πρὶν αὐτῷ ὑπετάγησαν, καὶ ἐπελήλυθεν εἰς Ἱεροσόλυμα. Ἀπιόντι δὲ συνήντησε Σεμεεὶ, συγγνώμην αἰτῶν ἐφ' οἷσπερ ἡμάρτηκεν. Ὁ δὲ κἀκείνῳ τὴν ἁμαρτίαν ὤμοσεν ἀφιέναι, καὶ πᾶσι τοῖς εἰς αὐτὸν πλημμελήσασιν. Ἀπήντησε δὲ καὶ ὁ Μεμφιβοσθέ. Καὶ ὁ βασιλεὺς, τί δή ποτε μὴ τῆς φυγῆς αὐτῷ κεκοινώνηκεν, ἤρετο. Ὁ δὲ τούτου τὸν Σιβὰ αἰτιώτατον ἔλεγε, μὴ ἑτοιμάσαντά οἱ τὰ πρὸς

A dum esset, percontanti Absaloni, respondet Achitophel, constuprandas esse paternas concubinas, ut omnes, inquit, intelligant, irreconciliabiles esse tuas adversus patrem inimicitias. Obtemperat ille consilio. Sed cum idem decem millia virorum peteret ut regem Davidem cum suis e vestigio persequeretur, fatigatione enervatos, ac illum quidem tolleret, hos autem reduceret: Absalon Chusum rogat, quid de eo consilio ipsi videatur? Respondet ille, non esse id bonum: *Nec enim ignoras, inquit, patris tui et militum ejus fortitudinem, atque rei militaris usum. Ego vero censeo, e tota provincia colligendum exercitum, et ductu auspiciisque tuis patrem persequendum. Vinces nimirum, cum multis in paucos facto impetu.* Absalon B cæterique, his auditis, Chusi consilium laudant, Achitophelis improbato. Quæ Chusus omnia per Sadocum et Abiatharem sacerdotes Davidi nuntiari jubet. Mittunt illi viros qui hæc regi significent. Verum Absalon cum id rescisset, eos persequitur. At illi, animadverso periculo, domum quamdam ingressi, in puteo delitescunt: et deceptis persecutoribus, rem omnem ad Davidem perferunt. Ille noctu Jordanem transit. Cæterum Achitophel tum alium sibi prælatum ægre ferens, tum cladem Absaloni imminentem animo prævidens, domum abit, ac se suspendit. David recensens exercitum quatuor millia virorum invenit, eumque trifariam partitur, cuique parti duce præ- C posito. Verum amici eum interesse pugnæ pati noluerunt. Quod si cum illo in fugam verterentur, omni spe destituti forent: incolumi vero, spem adhuc reliquam habituri essent. Populum igitur suum ad pugnam mittit, rogans ut parcerent Absaloni, si vicissent. Commisso prælio, Davidici victores Absalonem mula fugientem persequuntur: qui nemus ingressus, coma, quam densissimam alebat, magnæ quercui implicita adhæsit, mula subter eum progressa. Ita dependentem quidam conspicatus, Joabo rem nuntiat. Is vero tribus spiculis in cor ejus conjectis, **78** eum perimit, et victoriæ nuntium ad Davidem mittit: qui audita victoria, num viveret filius percontatur, ejusque interitu cognito, lamentatur. Sed Joabus re- D gem aggressus, suadet, ut finito luctu se militum conspectui offerret: quo facto, cum eos collaudasset, cæteri omnes ad officium rediere. Hierosolyma revertenti obviam fit Semeis, delictorum veniam petens. Rex et illi se condonare culpam, et omnibus iis a quibus violatus esset, jurat. Obviam egreditur et Memphibosthes, qui rege expostulante, cur fugæ socius non fuisset, culpam omnem in Sibam transfert, qui sibi ad iter necessaria non parasset: cum ipse, pedibus læsis, sequi non posset: nec his contentum adjecisse calumnias, et nefaria mendacia. David accepta hominis excusatione, bonorum semissem ei restitui jubet.

τὴν ἔξοδον· αὐτὸν δὲ τὰς βάσεις ὄντα βεβλαμμένον, μὴ οἷόν τ' εἶναι συνέπεσθαι. Τὸν δὲ καὶ προσδιαβαλεῖν αὐτὸν κακούργως, καὶ καταψεύσασθαι. Πρὸς ταῦτα Δαβὶδ καὶ συγγνώμην αὐτῷ παρεῖχε, καὶ τὰ ἡμίση τῆς ὑποστάσεως αὐτῷ ἀποκατασταθῆναι ἐκέλευσε.

VI. Post hæc rege Galgala profecto, omnis populus Israeliticus ad eum convenit, Judaicam tribum accusans, quod clam ad illum se contulisset. At illi, non hoc sibi vitio esse dandum aiunt, quod genere conjuncti essent regi. Qui sermo durus visus est populo : et vir quidam factiosus atque improbus, nomine Sabeas, ex tribu Benjamitica, exclamat ; *Nobis nulla in Davide pars est, neque ulla in Jessæi filio hæreditas* ; inflatoque cornu, omnes a Davide ad sese abstrahit, sola tribu Judaica apud eum permanente. Rex autem Abesam imperatorem creatum, ad colligendas e Judaica tribu copias ablegat, ut intra triduum reverteretur. Verum illo cessante, Joabo mandat, ut cum iis militibus qui ad manum essent, Sabeam invaderet : *Ne*, inquit, *procrastinantibus nobis*, *inimici vires augeantur*. Statim ad bellum vadit Joabus, cui cum magnis copiis occurrit Abesa : quo accedente, gladio quo accinctus erat, de industria e vagina humi projecto, sublatoque, ad eum salutandum prope aggressus, Abesam ense in ventrem defixo occidit, et populo ejus assumpto Sabeam persequitur, qui in urbem munitam confugerat. Eam obsidente Joabo, cordata quædam mulier, de muro clamans : *Cur*, inquit, *eversurus es metropolim Israeliticam? Ob Sabeam*, respondet ille. Tum illa civibus persuadet, ut Sabeæ caput **79** ampntatum in castra projicerent. Quo facto, Joabus obsidione soluta, Hierosolyma reversus, omnium copiarum imperator eligitur. Post hæc annonæ penuria per triennium pressit populum, cujus causam requirenti regi, respondet Deus, ob Gabaonitas factam famem : eisque satisfaciendum esse pro quibusdam eorum, quos Saul contra fidem a Jesu et senatoribus eis datam, occidisset. Itaque rex Gabaonitas accersit : qua re satisfieri sibi velint, rogat. Illi septem viros e Saulia familia postulant. Eos dedit rex, ut petierant, Memphibosthe conservato. Quibus acceptis, occisis, pluviam demisit Deus. Deinde bello contra Barbaros orto, David cum suo exercitu hostes persequitur, fatigatus plane viribus destituitur. Quem sic affectum quidam ex hostibus conspicatus, ad eum occidendum accurrit. Sed Abesa Joabi frater, defenso rege, Barbarum interficit. Ob id ejus satellites jurant, se posthac non passuros eum inire bellum. Barbaris denuo arma inferentibus, rex oppositis suis copiis multos occidit, reliquos in fugam vertit. Nec multo post, iidem resumptis armis incursionem faciunt in agros Israelitarum, adducto secum giganteæ staturæ viro, qui senos manuum et pedum digitos habebat : quo Jonathas Davidis fratris filius occiso spoliatoque, popularibus suis victoriam faciliorem reddidit. Ab eo tempore bellum inferre Barbari destiterunt.

ϛ'. Παραγενομένου δὲ τοῦ βασιλέως εἰς Γάλγαλα, συνήχθη ἐκεῖ πᾶς ὁ λαὸς Ἰσραὴλ, αἰτιώμενοι τὴν Ἰούδα φυλὴν λάθρα πρὸς αὐτὸν ἐλθοῦσαν. Οἱ δὲ μηδὲν κακίζειν αὐτοὺς ἔλεγον διὰ τοῦτο οἰκείους ὄντας πρὸς γένος τῷ βασιλεῖ. Τῷ δὲ λαῷ σκληρὸς ὁ λόγος οὗτος ἐφάνη. Καί τις ἀνὴρ Βενιαμίτης στασιώδης καὶ πονηρὸς, Σαβεὲ κεκλημένος· *Οὐκ ἔστιν ἡμῖν μερὶς ἐν Δαβὶδ, οὐδὲ κληρονομία ἐν τῷ υἱῷ Ἰεσσαὶ*, ἀνεβόησε. Καὶ σαλπίσας ἐν κέρατι, ἀπέστησε πάντας ἀπὸ Δαβὶδ, μόνης τῆς Ἰούδα φυλῆς παραμεινάσης αὐτῷ. Ὁ βασιλεὺς δὲ, στρατηγὸν τὸν Ἀβεσὰ προβαλλόμενος, συλλέξαι στρατιὰν ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἐξαπέστειλε, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐπανελθεῖν. Χρονίζοντος δὲ τοῦ Ἀβεσὰ, τῷ Ἰωὰβ ἐγκελεύεται τὴν ἐκεῖ παροῦσαν λαβόντα δύναμιν, ἐξορμῆσαι κατὰ τοῦ Σαβεὲ, *Ἵνα μὴ, ὑπερτιθεμένων ἡμῶν*, φησὶ, *μᾶλλον ὁ ἐχθρὸς παρασκευασθῇ*. Καὶ αὐτίκα ὁ Ἰωὰβ ἐχώρει πρὸς πόλεμον. Ἀπιόντι δὲ μετὰ μεγάλης δυνάμεως, συνηντήκει αὐτῷ Ἀβεσά· καὶ Ἰωὰβ, προσιόντος αὐτῷ τοῦ Ἀβεσὰ, τὸ ξίφος, ὃ περιέζωστο, πεποίηκε τοῦ κουλεοῦ ἐκπεσεῖν, καὶ ἦρε τοῦτο ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἀσπάσασθαι προσεγγίσας τῷ Ἀβεσά, ὦσε κατὰ τῆς γαστρὸς ἐκείνου τὴν μάχαιραν, καὶ ἀπέκτεινε. Προσλαβόμενος δὲ καὶ τὸν ἐκείνου λαὸν, τὸν Σαβεὲ κατεδίωκεν. Ὁ δὲ εἰς πόλιν κατέφυγεν ὀχυρὰν, καὶ ἐπολιόρκει τὴν πόλιν ὁ Ἰωάβ. Καί τις ἀπὸ τοῦ τείχους γυνὴ συνετὴ ἐβόησε πρὸς αὐτόν· *Ἵνα τί καταβαλεῖν ἐθέλεις μητρόπολιν Ἰσραήλ;* Ὁ δὲ, *Διὰ τὸν Σαβεὲ*, ἀπεκρίνατο. Ἡ δὲ, πρὸς τοὺς πολίτας ἐλθοῦσα, πείθει τεμόντας τὴν κεφαλὴν Σαβεὲ, ῥίψαι εἰς τὸ στρατόπεδον. Καὶ τούτου γεγονότος, ὁ Ἰωὰβ τὴν πολιορκίαν λύσας, ἀπῆλθεν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀπεδείχθη πάλιν πάσης τῆς δυνάμεως ἀρχιστράτηγος. Ἐγένετο δὲ μετὰ ταῦτα λιμὸς, καὶ ἐπὶ ἔτη τρία ἐπίεζε τὸν λαόν. Ζητήσαντος δὲ τοῦ βασιλέως περὶ τούτου, δεδήλωκεν ὁ Θεὸς, διὰ τοὺς Γαβαωνίτας γίνεσθαι τὸν λιμὸν, καὶ δεῖν αὐτοὺς ἐκδικίας τυχεῖν, ἀνθ' ὧν ὁ Σαοὺλ ἀπέκτεινεν ἐξ αὐτῶν, μὴ τηρήσας τοὺς παρὰ Ἰησοῦ καὶ τῆς γερουσίας γεγονότας ὅρκους αὐτοῖς. Ἐκάλεσεν οὖν τοὺς Γαβαωνίτας ὁ βασιλεὺς, καὶ τί ἂν βούλοιντο γενέσθαι αὐτοῖς ἐπύθετο εἰς ἐξίλασμα. Οἱ δὲ ἑπτὰ ἄνδρας ᾔτησαν δοθῆναι αὐτοῖς ἐκ τοῦ οἴκου Σαούλ. Καὶ δέδωκεν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς τοὺς ἑπτὰ ἄνδρας, ὡς ᾔτησαν, τοῦ Μεμφιβοσθὲ φεισάμενος. Οἱ δὲ, λαβόντες τοὺς ἄνδρας, ἀπέκτειναν, καὶ κατήνεγκεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὴν γῆν ὑετόν. Πολέμου δὲ μετὰ ταῦτα γενομένου πρὸς ἀλλοφύλους, ὁ Δαβὶδ μετὰ τῆς οἰκείας στρατιᾶς κατεδίωξε τοὺς πολεμίους. Καὶ κατάκοπος γεγονὼς, παρεῖτο ἐκλυθείς· καί τις τῶν ἐναντίων, οὕτως ἔχοντα τὸν βασιλέα ἰδὼν, ὥρμησε πατάξαι αὐτόν. Ἀβεσὰ δὲ ὁ ἀδελφὸς Ἰωὰβ, ὑπερασπίσας τοῦ βασιλέως, τὸν ἀλλόφυλον ἔκτεινε. Καὶ διὰ τοῦτο ὤμωσαν οἱ περὶ Δαβὶδ, μηκέτι παραχωρῆσαι αὐτὸν εἰς πόλεμον ἐξελθεῖν. Καὶ πάλιν δὲ τῶν ἀλλοφύλων στρατευσαμένων, στείλας ὁ βασιλεὺς στρατὸν ἐπ' αὐτοὺς, πολλοὺς μὲν κτανθῆναι πεποίηκε, τοὺς δὲ περιλειφθέντας φυγεῖν.

Διαλιπόντες δὲ μικρὸν οἱ ἀλλόφυλοι, ἐπῆλθον ἔτι κατὰ τῆς χώρας τῶν Ἰσραηλιτῶν. Καὶ ἦν παρ' αὐτοῖς γιγαντιαῖος ἀνὴρ, ἓξ δακτύλους ἔχων ἐν ἑκατέρᾳ χειρὶ, καὶ ὁμοίως ἐν τοῖς ποσίν· ᾧ συμπλακεὶς Ἰωναθὰν ἀδελφιδοῦς τοῦ Δαβὶδ, κατέβαλεν αὐτὸν, καὶ ἐσκύλευσε, καὶ ῥοπὴν πρὸς νίκην τοῖς ὁμοφύλοις παρέσχετο. Οὐκέτι γοῦν προσέθεντο οἱ ἀλλόφυλοι τοῖς Ἑβραίοις μαχέσασθαι.

Ζ'. Εἰρήνης δὲ ἔκτοτε τυχὼν ὁ Δαβὶδ, ᾠδὰς συνέθετο πρὸς Θεὸν, καὶ ὄργανα κατασκευάσας, μετ' αὐτῶν ἐδίδαξε τοὺς Λευΐτας τοὺς ὕμνους ᾄδειν. Τοιαῦτα δ' ἦσαν τὰ ὄργανα· ἡ μὲν κιννύρα δεκάχορδος ἦν, καὶ πλήκτρῳ ἐκρούετο. Ἡ δὲ ναῦλα, δώδεκα φθόγγους ἔχουσα, τοῖς δακτύλοις ἐπλήττετο. Κύμβαλά τε ὑπῆρχον χάλκεα, μεγάλα τε καὶ πλατέα. Ἦν δὲ περὶ τὸν Δαβὶδ καὶ σύστημα γενναίων ἀνδρῶν. Οἱ δὲ τούτων ἐπισημότατοι τριάκοντα ἐτύγχανον καὶ ἑπτὰ, οἳ πολλάκις ἠρίστευσαν. Καί ποτε ἀλλοφύλων ἐπὶ Βηθλεὲμ ἐστρατοπεδευκότων, ὁ βασιλεὺς ἐκ τοῦ ἐν Βηθλεὲμ φρέατος ὕδωρ πιεῖν ἐπεθύμησε. Καὶ τρεῖς ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν ἀνδρείων, δραμόντες, καὶ μέσην τὴν τῶν ἐναντίων διελθόντες παρεμβολὴν, ὑδρεύσαντο ἐξ ἐκείνου τοῦ φρέατος. Καὶ αὖθις διὰ τῶν πολεμίων ἐλθόντες, καταπλαγέντων τὸ θάρσος αὐτῶν, καὶ ἠρεμούντων, τῷ βασιλεῖ τὸ ὕδωρ προσκεκομίκασιν. Ὁ δὲ, *Ἵλεώς μοι Κύριος*, εἶπεν, *οὐ πίομαι τοῦτο, αἵματι τῶν ἀνδρῶν καὶ κινδύνῳ τῶν ψυχῶν αὐτῶν κομισθέν*. Οὐκ ἔπιεν οὖν, ἀλλ' ἔσπεισεν αὐτὸ τῷ Θεῷ. Ἀπαριθμῆσαι δὲ τὸν λαὸν ἅπαντα βουληθεὶς, ἐκέλευσε τὸν Ἰωὰβ ποιῆσαι τὴν ἀπαρίθμησιν. Τοῦ δὲ μὴ ἐπαινέσαντος τὴν βουλὴν, καὶ τὴν πρᾶξιν οὐκ ἀγαθὴν λέγοντος, ὁ βασιλεὺς οὐκ ἐπείθετο. Καὶ ἀπῆλθεν Ἰωὰβ, καὶ ἠρίθμησε τὸν λαὸν, καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς Ἰσραὴλ ὀκτακοσίων χιλιάδων ἀνδρῶν δυνάμεως, σπωμένων ῥομφαίαν, καὶ πεντακοσίων χιλιάδων ἀνδρῶν μαχητῶν τῶν ἐξ Ἰούδα φυλῆς. Εἶτα μετεμέλετο ὁ Δαβὶδ, καὶ ὡμολόγει ἡμαρτηκέναι. Γὰδ δὲ ὁ προφήτης κελεύσαντος τοῦ Θεοῦ ἐπορεύθη πρὸς τὸν Δαβὶδ, καί φησιν· *Ἐκ τριῶν τούτων ἔκλεξαι ὃ πρὸς βουλῆς σοί ἐστι, πότερον αἱρῇ ἐπὶ ἔτη ἑπτὰ λιμὸν ἔσεσθαί σοι κατὰ τὴν χώραν, ἢ ἐπὶ τρεῖς μῆνας ὑπὸ πολεμίων διώκεσθαι, ἢ θάνατον ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐνσκῆψαί σου τῷ λαῷ.* Ὁ δὲ, Στενά μοι πάντοθεν, ἔφη, ἀλλὰ βέλτιόν μοι εἰς τὰς χεῖρας τοῦ Θεοῦ ἐμπεσεῖν. Καὶ ἐπῆλθε θάνατος τῷ λαῷ πρωΐθεν ἕως ὥρας ἀρίστου, καὶ ἀπέθανον ἐκ παντὸς τοῦ λαοῦ χιλιάδες ἑβδομήκοντα. Καὶ ὁ Δαβὶδ ἱκέτευε τὸν Θεὸν, καὶ ὁ ὀλοθρεύων ἄγγελος τῷ λαῷ, ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ Ἱερουσαλήμ. Εἶπεν οὖν ὁ βασιλεύς· *Ἐγὼ ἡμάρτηκα, Κύριε, ὁ ποιμήν· τὰ δὲ ποίμνια ὁ λαὸς οὐχ ἡμάρτοσαν· ἐγώ εἰμι κολάσεως ἄξιος, καὶ οὐχ οὗτοι.* Δυσωπηθεὶς δὲ τὴν τοῦ βασιλέως κατάνυξιν ὁ Θεὸς, ἔπαυσε τὴν φθορὰν, καὶ διὰ τοῦ προφήτου Γὰδ ἐν τῇ ἅλωνι τοῦ Ἰεβουσαίου Ὀρνᾶ θυσιαστήριον πήξασθαι ἐκέλευσε, καὶ θῦσαι ἐκεῖ. Καὶ ἐποίησεν οὕτως Δαβὶδ, ὠνησάμενος τὴν ἅλωνα ἐκ τοῦ Ὀρνᾶ. Ὡς δὲ Ἰώσηπος ἔγραψεν, ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ λέγεται ἀγαγεῖν Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ, ὥστε ὁλοκαυτῶσαι αὐτόν. Ἠβούλετο δὲ καὶ ναὸν οἰκοδομῆσαι Δαβὶδ ἐκεῖ τῷ Θεῷ, ἀλλ' ἀπείρχθη πρὸς τοῦ Θεοῦ. Πρεσβύτης δὲ γενόμενος ὁ Δαβὶδ σφόδρα, δύσριγος ὑπὸ

A VII. Otium igitur nactus David, odas composuit, Levitasque instrumentis ad eam rem factis, hymnos canere docuit. Instrumenta hujusmodi fuerunt : cynnira, decem ornata chordis, plectro : nablum chordarum duodecim, digitis pulsabatur. Parata erant et cymbala ærea, magna, lataque. Habebat porro circa se cœtum virorum fortium quorum illustrissimi triginta et septem rem sæpenumero bene gesserant. Et cum hostes quodam tempore circa Bethleemam castra posuissent, rex e puteo, qui circa id oppidum erat, aquam desideravit. Itaque tres ex ejus satellitibus per media hostium castra profecti, aquam inde petitam, eadem regressi via, hostibus eorum audacia consternatis et quiescentibus, regi attulerunt. At ille : B *Sic propitius*, 80 inquit, *sit mihi Deus, ut aquam hanc non bibam, sanguine virorum et periculo animarum eorum allatam.* Neque bibit, sed libavit Deo. Post Joabo mandat ut populum numeret. Is etsi id consilium improbabat, et rem minime laudabat, tamen cum regem a sententia dimovere non posset, paret, numerat, invenit Israelitarum octingenta millia bellicosorum et fortium virorum, et quingenta millia Judaicæ tribus, item bellicosorum. Verum David statim facti pœnitens, se peccasse confitetur, et Gad propheta eum jussu Dei aggressus : *Trium*, inquit, *tibi rerum optio datur, num malis tu et regio per septennium fame premi, an per tres menses ab hostibus urgeri : an mortem per triduum grassari in populo.* Ibi David undique C se in angustias redactum esse queritur, sed præstare sibi incidere in manus Domini. Itaque morte grassante, a diluculo usque prandii tempus, ex omni populo septuaginta millia ceciderunt. Tum David, cum angelus populi interfector manum super Hierosolyma extendisset, Deo in hæc verba supplicavit : *Ego pastor, o Domine, peccavi : sed populus, grex meus, non peccavit. Ego pœna dignus sum, non isti.* Hac mœstitia regis placatus Deus, luem compescuit, et per Gadem prophetam in Ornæ Jebusæi area constructa ara, sacra fieri jussit : itaque fecit David empta ab Orna area, quo in loco, ut Josephus tradit, Isaacum Abrahamus immolaturus fuisse perhibetur, et David D ædem constructurus erat nisi a Deo prohibitus fuisset. Davidi cum ob senium algore vexaretur, puellam Abisagem adjunxerunt, cujus concubitu foveretur. Sed cum ea rem non habuit rex, ætate effetus. Adonias autem quartus ejus filius, homo perquam formosus, commotus patris senio, regnum sibi vindicat, Joabo imperatore et Abiathare pontifice suffragantibus. Itaque semel splendido sacrificio apparato, fratres convocat, et Judaicæ tribus principes, Abiatharem item et Joabum : Salome, Gade propheta, et

Banæa præfecto satellitum non invitatis. Ait igitur Bersabæ Nathan : *Num audisti regno potitum esse Adoniam?* Quæ ad Davidem ingressa : *Tu jurasti*, inquit, *domine mi rex, Salomonem filium tuum* **81** *in regno tibi successurum. Ecce autem Adonias te ignorante regno potitur*. Hæc nondum elocuta muliere, Nathan quoque propheta ingressus, rogat, num de illius sententia regnum Adonias occuparet? At ille Deum testatus : *Hodie*, inquit, *rex futurus est Salomon*. Vocatoque Sadoco pontifice, et Banæa, propheta quoque adhibito, et aulæ regiæ satellitibus, Salomonem in mula regis collocatum, et extra urbem ad fontem Sionem perductum, sacro oleo inaugurari, et cornibus inflatis regem proclamari, perque urbem mediam deduci jubet. Hi sine mora parent, Salomonis electio passim prædicatur : qua etiam apud Adoniam et convivas ejus cognita, cæteri suas quisque domos abeunt. Adonias autem majore perculsus metu, ad aram confugit : et vitam ea conditione a Salomone impetrat, ut si denuo in facinore deprehenderetur, capite pœnas daret. Cæterum David mortem instare sibi videns, Salomonem accersit : mandat, ut Dei præcepta observet, et secundum leges ejus vivat : *Quo*, inquit, *semen nostrum, quemadmodum promisit mihi Dominus, thronum meum æternum teneat*. Adjicit ne Joabum impunitum dimittat, ob Abenneri et Amesiæ cædem : neque Semeim, qui fugienti sibi diras imprecatus fuerit. Ac præter alia, templum construere jubet Domino, descriptione illius exhibita : ad id opus et ipsum et principes et Leviticam tribum cohortatus, quod multa ad eam rem necessaria relinqueret, videlicet auri decies, argenti centies mille talenta, smaragdos, aliosque lapides pretiosos, æs et ferrum innumerabile, aliamque materiam copiosam. Ac prius collectis se adjicere auri puri pati ter mille talenta ad adytum, et decies mille stateres, et argenti talenta totidem. [Ad hæc, si cui gemma erat, eam quisque in thesauros congerebat.] Hæc effatus, paulo post moritur, expletis vitæ annis septuaginta, cum regnasset annos Chebrone septem, Hierosolymis tres et triginta, vir omnibus rege dignis virtutibus illustris. Mortuum Salomon Hierosolymis regaliter sepelit, magnis opibus cum eo consepultis.

A τοῦ γήρως ἐτύγχανε. Διὸ νεάνιδα ἐξελέξαντο (Ἀβισὰκ ὄνομα αὐτῇ), καὶ ἦν ἡ κόρη συγκοιταζομένη τῷ βασιλεῖ, καὶ θάλπουσα αὐτόν· καὶ οὐκ ἔγνω αὐτὴν, ἀφροδισιάζειν γὰρ διὰ γῆρας οὐκ ἠδύνατο. Ἀδωνίας δὲ τέταρτος ὢν ἐν τοῖς τοῦ βασιλέως υἱοῖς, ὡραῖος πάνυ, ὁρῶν τὸν πατέρα γεγηρακότα, τῆς βασιλείας ἀντεποιεῖτο, συναντιλαμβανομένου αὐτῷ Ἰωὰβ τοῦ ἀρχιστρατήγου, καὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως. Καί ποτε θυσίαν δαψιλῆ παρασκευασάμενος, τοὺς ἀδελφοὺς συνεκάλεσε, καὶ τοὺς προέχοντας τῆς Ἰούδα φυλῆς, καὶ Ἀβιάθαρ καὶ Ἰωάβ. Σολομῶντα δὲ καὶ τὸν προφήτην Νάθαν, καὶ Βαναίαν τὸν ἄρχοντα τῶν σωματοφυλάκων, οὐ κέκληκεν. Εἶπεν οὖν πρὸς Βηρσαβεὲ Νάθαν· *Ἀκήκοας ὅτι ἐβασίλευσεν Ἀδωνίας*; B Ἡ δὲ πρὸς τὸν βασιλέα εἰσελθοῦσα, *Σὺ ὤμοσας*, εἶπε, *κύριέ μου βασιλεῦ, ὡς Σολομὼν ὁ υἱός σου βασιλεύσει μετὰ σὲ, καὶ ἰδοὺ ἐβασίλευσεν Ἀδωνίας, σὺ δὲ ἠγνόησας*. Ἔτι ταῦτα λεγούσης Βηρσαβεὲ, καὶ ὁ προφήτης Ναθὰν εἰσελθὼν ἠρώτα τὸν βασιλέα, εἰ κατὰ γνώμην αὐτοῦ βεβασίλευκεν Ἀδωνίας; Ὁ δὲ τὸν Θεὸν ὤμοσεν, ὡς *Σήμερον βασιλεὺς ἔσται ὁ Σολομῶν*. Καὶ καλέσας τὸν ἀρχιερέα Σαδὼκ καὶ Βαναίαν, κελεύει συμπαρειληφότας τὸν προφήτην, καὶ τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν τὴν βασιλικὴν ὁπλίτας, ἀναθέσθαι τὸν Σολομῶντα ἐπὶ τὴν τοῦ βασιλέως ἡμίονον· καὶ ἀπαγαγόντας ἔξω τῆς πόλεως ἐπὶ τὴν πηγὴν τὴν καλουμένην Σιὼν, χρίσαι τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ, καὶ βασιλέα ἀναγορεῦσαι, σαλπίζοντας ἐν τοῖς κέρασι, καὶ διὰ C μέσης τῆς πόλεως παραπέμψαι αὐτόν. Οἱ δὲ αὐτίκα, καθὼς ἐνετάλθησαν, πεποιήκασι· καὶ διεβοήθη πανταχοῦ ἡ τοῦ Σολομῶντος ἀνάῤῥησις. Ὡς δ' ἐγνώσθη καὶ τῷ Ἀδωνίᾳ καὶ τοῖς συνευωχουμένοις αὐτῷ, οἱ μὲν ἄλλοι πρὸς ἑαυτοὺς ἀπῆλθον· Ἀδωνίας δὲ μᾶλλον δεδιὼς, τῷ θυσιαστηρίῳ προσπέφευγε, καὶ πίστεις τῆς σωτηρίας ᾔτει παρὰ τοῦ Σολομῶντος. Ὁ δὲ τῆς μὲν τότε ἁμαρτίας ἀφῆκεν αὐτόν· εἰ δ' εἰς αὖθις κακόν τι ποιῶν εὑρεθῇ, θανατωθήσεται. Ὁρῶν δὲ Δαβὶδ ἐγγίζοντά οἱ τὸν θάνατον, προσκαλεῖται τὸν Σολομῶντα, καὶ ἐντέλλεται αὐτῷ φυλάττειν τὰς τοῦ Θεοῦ ἐντολὰς, καὶ κατὰ τοὺς νόμους αὐτοῦ πολιτεύεσθαι· *Ἵνα τὸ σπέρμα ἡμῶν*, φησὶ, *καθὼς ἐπηγγείλατό μοι ὁ Κύριος, ἕως τοῦ αἰῶνος εἴη ἐπὶ τοῦ θρόνου μου*. Καὶ προστίθησι μὴ ἐᾶσαι τὸν Ἰωὰβ ἀτιμώρητον, ἀνελόντα τὸν Ἀβεννὴρ, καὶ τὸν Ἀμεσίαν (52)· μηδὲ μέντοι τὸν Σεμεεὶ, ὅς αὐτῷ κατηράσατο φεύγοντι. Καὶ ἄλλα αὐτῷ ἐντειλάμενος, καὶ ναὸν ἐπισκήψας οἰκοδομῆσαι Κυρίῳ, καὶ τὴν διαγραφὴν τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ παρέσχεν αὐτῷ, καὶ πρὸς τὸ ἔργον λόγοις διήγειρε καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ἄρχοντας καὶ τὴν φυλὴν τοῦ Λευῒ, πολλὰ φήσας καταλιπεῖν εἰς τὴν κατασκευὴν τοῦ ναοῦ, τάλαντα μὲν χρυσοῦ μύρια, μυριάδας δὲ ταλάντων ἀργύρου δέκα, σμάραγδόν τε καὶ ἄλλους λίθους πολυτελεῖς, χαλκὸν δὲ καὶ σίδηρον ἀριθμὸν ὑπερβαίνοντα, καὶ ὕλην ἑτέραν ἄφθονον· καὶ νῦν δὲ προστιθέναι τοῖς ἤδη συνειλεγμένοις χρυσοῦ καθαροῦ τρισχίλια τάλαντα εἰς τὸ ἄδυτον, καὶ μυρίους στατῆρας, ἀργύρου δὲ μύρια τάλαντα. [Καὶ εἴ τινι δὲ λίθος ἦν τῶν τιμίων, ἐκόμισεν ἕκαστος, καὶ παρέδωκεν εἰς τοὺς θησαυρούς (53)]. Μετ' ὀλίγον δὲ ἐτελεύτησε Δαβὶδ, βιώσας ἐνιαυτοὺς ἑβδομήκοντα, βασιλεύσας ἐν Χεβρὼν μὲν ἔτη ἑπτὰ, ἐν Ἱερου-

Variæ lectiones et notæ.

(52) *Τὸν Ἀμεσίαν*. Ita mss. Reg. et Colb. Ἀβεσάν supra vocavit.

(53) *Καὶ εἴ τινι δὲ λίθος ἦν τῶν τιμίων, ἐκόμισεν ἕκαστος, καὶ παρέδωκεν εἰς τοὺς θησαυρούς*. Hæc ejusmodi [ ] notis interclusi, ait Wolfius, cum ad institutum minime pertineant. Quod etsi verum sit, habentur tamen in mss. Reg. et Colbert.

σαλὴμ δὲ τρία πρὸς τοῖς τριάκοντα· ἀνὴρ πᾶσαν ἀρετὴν κατορθωκὼς, προσήκουσαν βασιλεῖ. Ἔθαψε δὲ αὐτὸν ὁ παῖς Σολομῶν ἐν Ἱεροσολύμοις βασιλικῶς, καὶ πλοῦτον ἄφθονον αὐτῷ συνεκήδευσεν.

Η'. Σολομῶν δὲ, ὅτε τὴν βασιλείαν παρέλαβε, νεώτατος ἦν, δωδέκατον ἔτος ἄγων τῆς ἡλικίας αὐτοῦ. Ὁ μέντοι Ἀδωνίας πορευθεὶς πρὸς Βηρσαβεὲ τὴν μητέρα τοῦ Σολομῶντος, *Οἶδας*, εἶπε, *τὴν βασιλείαν ἐμοὶ προσήκειν, καὶ διὰ πρεσβυγένειαν, καὶ διὰ τὴν αἵρεσιν τοῦ λαοῦ. Μετέβη δὲ πρὸς Σολομῶντα τὸν ἀδελφόν μου, καὶ μοι στερκτέον τὸ γεγονὸς, ὡς γνώμῃ Θεοῦ γεγονός. Μίαν δ' αἰτῶ αἴτησιν· δοθῆναί μοι πρὸς γάμον τὴν τῷ πατρὶ συγκοιμωμένην κόρην τὴν Ἀβισάκ, ἐπεὶ μηδ' ἔγνω ταύτην ὁ πατὴρ διὰ γῆρας, ἀλλ' ἔτι παρθένος ἐστίν.* Ἡ δὲ Βηρσαβεὲ κομίζειν τοὺς λόγους ὑπέσχετο τῷ υἱῷ, καὶ καταπράξασθαι τὸν γάμον αὐτῷ σπουδαιότατα (54). Καὶ πορευθεῖσα πρὸς τὸν υἱὸν, δοῦναι τῷ ἀδελφῷ Ἀδωνίᾳ τὴν Ἀβισὰκ παρεκάλει. Ὁ δὲ ὀργισθεὶς ἐπὶ τῷ λόγῳ, θαυμάζειν εἶπεν (55), εἰ μὴ καὶ τῆς βασιλείας παραχωρῆσαι Ἀδωνίᾳ ὡς πρεσβυτέρῳ αὐτὸν ἀξιοῖ. Καὶ αὐτίκα τῷ ἐπὶ τῶν σωματοφυλάκων Βαναίᾳ κτεῖναι τὸν Ἀδωνίαν προσέταξε. Τῷ δὲ Ἀβιάθαρ εἰς τὴν ἐνεγκαμένην πορευθῆναι ἐπέταξε, καὶ διάγειν ἐν τοῖς ἀγροῖς. Θανάτου γὰρ, φησὶ, ῥύεταί σε, ὁπόσα μου συνέκαμες τῷ πατρί. Καθὼς οὖν τῷ Ἠλεὶ προείρηκεν ὁ Θεὸς, ἀφῄρητο ἡ τῆς ἱερωσύνης τιμὴ ἐξ οἴκου Ἰθάμαρ, καὶ πρὸς Σαδὼκ μεταπέπτωκεν, ἐκ τοῦ γένους ὄντα τοῦ Φινεές. Ὁ δὲ στρατηγὸς Ἰωὰβ, ταῦτα μαθὼν, καὶ περιδεὴς γενόμενος, τῷ θυσιαστηρίῳ προσπέφευγε· καὶ καλούμενος, οὐκ ἄν ποτε ἐξελθεῖν εἶπεν, ἀλλ' αὐτοῦ τεθνήξεσθαι, καὶ οὐκ ἄλλοθεν. Τοῦτο τῷ βασιλεῖ ἀγγελθὲν, πέπεικε στεῖλαι, κἀκεῖ τὸν Ἰωὰβ ἀνελεῖν. Ἐντεῦθεν Βαναίας μὲν πάσης τῆς δυνάμεως προκεχείριστο στρατηγὸς, Σαδὼκ δὲ τῆς ἀρχιερωσύνης ἠξίωτο. Τὸν δέ γε Σεμεεὶ ὁ βασιλεὺς ἐν Ἱερουσαλὴμ περιώρισεν, ὥστε ταύτης μὴ ἐξιέναι· εἰ δ' οὖ, θάνατον αὐτῷ τὸ ἐπιτίμιον ἔταξεν. Ὁ δὲ, μετὰ ἔτη τρία δούλων αὐτοῦ φυγόντων, ἐπὶ ζήτησιν αὐτῶν ἐξελήλυθε. Καὶ τοῦτο γνοὺς Σολομῶν, ἀναιρεθῆναι τὸν ἄνδρα ἐκέλευσεν. Ἄγεται δὲ Σολομῶν εἰς γυναῖκα θυγατέρα Φαραὼ, καὶ τὰ τείχη τῶν Ἱεροσολύμων ἐπὶ μεῖζον ἦρε, καὶ ὀχυρώτερα κατεσκεύασε. Καθ' ὕπνους δὲ χρηματίσας αὐτῷ ὁ Θεὸς, εἶπεν αὐτῷ αἰτῆσαι ὃ βούλοιτο. Ὁ δὲ σύνεσιν, καὶ φρόνησιν ᾔτησε δοθῆναι αὐτῷ. Καὶ ὁ Θεὸς ἀποδεξάμενος αὐτὸν τῆς αἰτήσεως, καὶ σοφίαν δώσειν αὐτῷ καὶ μέγαν νοῦν ἐπηγγείλατο, ὡς οὐχ ἑτέρῳ πρὸ αὐτοῦ, ἤ τινι μετ' αὐτόν. Προσθεῖναι δὲ καὶ ἅπερ οὐκ ᾔτησε, πλοῦτον καὶ νίκην καὶ εὔκλειαν, εἰ φυλάξειε τὰς αὐτοῦ ἐντολὰς καὶ δικαιώματα. Μετὰ ταῦτα δύο προσῆλθον αὐτῷ γυναῖκες· ὧν ἡ μία, *Βασιλεῦ*, ἔφη, *ἀλλήλαις ἡμεῖς συνῳκοῦμεν, καὶ οὐδεὶς μεθ' ἡμῶν. Ἐτέκομεν δὲ ἄμφω κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἄρρενα. Καὶ μετὰ μικρὸν αὕτη, τῷ αὐτῆς ἐπικασοῦσα υἱῷ, νεκρὸν διθανισθεῖσα εὗρεν αὐτόν. Καὶ τὸ μὲν τεθνηκὸς, ὑπνούσης ἐμοῦ, ὑποτίθησι*

VIII. Salomon suscepto regno admodum fuit adolescens, annos duodecim natus, cujus matrem 82 Bersaben Adonias sic alloquitur : *Nosti regnum ad me pertinere, tum ob ætatis prærogativam, tum ex consensu populi. Sed id ad Salomonem fratrem meum transiit : quod æquo mihi ferendum est animo, quoniam Deo ita visum est. Unum tamen peto, ut Abisag patris mei concubina, quoniam præ senio illam non attigit, ac virginem reliquit, in matrimonium mihi detur.* Bersabe, illa se relaturam ad filium, et summo studio operam daturam pollicetur, ut nuptias illi conficiat. Sed re audita, rex iratus, mirari se ait, quod ut Adoniæ tanquam natu majori regno cederet, non postularet. Ac statim per Banæam satellitum præfectum eum occidi jubet. Abiatharem quoque in patriam relegat, ut ibi ruri degat : nam ei vitam se condonare, ob exantlatos cum patre suo labores. Ita sacerdotii honos, quemadmodum Helio prædixerat Deus, Ithamariæ familiæ ereptus, ad Sadocum transiit, e genere Phineis oriundum. His cognitis, Joabus imperator perterritus, ad aram confugit. Unde cum avocaretur, negavit se discessurum, sed ibi, et non alibi moriturum. Quo rex nuntiato, ibi eum interfici jubet. Tum Banæas totius exercitus imperator designatur, et Sadocus pontificatus dignitatem consequitur. Semeim vero rex Hierosolymis exire vetuit, mortem comminatus, si secus fecisset : eumque triennio post ad fugitivos servos inquirendos urbem egressum, interfici jubet. Uxorem duxit Salomon Pharaonis filiam, et mœnia Hierosolymorum altiora et munitiora fecit. Ac in somnis a Deo jussus optare quidquid vellet, intelligentiam et sapientiam petiit: qua petitione Deus comprobata, ei se et sapientiam et mentem præstantem daturum pollicetur, qualem nec ante eum habuisset quisquam nec post habiturus esset : adjecturum porro ea etiam quæ non petiisset, opes, victoriam, gloriam, si mandata sua et jura conservaret. Post hæc, duæ mulieres eum convenere, quarum una : *Rex*, inquit, *nos in iisdem ædibus habitavimus, neque quisquam præterea nobiscum. Accidit autem, ut utraque masculum eodem tempore pareret. Paulo post, ista filium suum dormiens oppressit : et experrecta, infantem mortuum ulnis meis dormientis supponit, viventem ablatum sibi vindicat. Quo commento animadverso,* 83 *puerum repeto : illa negat. Altera, suum esse viventem puerum affirmat, adversariæ mortuum, neque eo se improbitatis progressam esse jurat.* Corona circumstantium dubitante, quo pacto verum dijudicari posset, rex puerum gladio in duas secari partes jubet, et utrique mulieri semissem dari. Eam sententiam vera infantis mater graviter ferens atque repudians, adversariæ puerum viventem tradi

Variæ lectiones et notæ.

(54) *Σπουδαιότατα*. Alii codd. σπουδαιότατον.

(55) *Θαυμάζειν εἶπεν*. Versionem hic immutavimus juxta verborum sensum, et Josephum.

orat. Quæ vero se matrem ejus falso profitebatur, collaudato judicio, dissectionem maturari flagitat. Ibi rex puerum viventem ei tradi jubet, quæ dissectionem deprecabatur : eam enim esse matrem, quæ pueri cædem tantopere reformidaret. Id populo evidens argumentum fuit sapientiæ regis, qui quidem omnes veteres ingenio prudentiaque superabat. Similitudines ter mille composuit, cantilenas quinquies mille : et a cedro auspicatus usque ad hyssopum, describendis stirpibus progressus est, naturasque animalium terrestrium, aeriorum, aquatilium, ac proprietates perquisivit et indagavit. Invenit etiam ad utilitatem hominum, excantationes dæmonum, et adjurationum rationes reliquit, quibus dæmonia fugentur. Quam curationem ad suam usque ætatem durasse Josephus asserit, et in ejus rei fidem hujusmodi experimentum narrat : Eleazarum quemdam popularem suum habuisse annulum, sub cujus pala radix esset, ex iis quas indicaverat Salomon, qui si naso dæmoniaci admoveretur, solo olfactu per nares extraheret dæmonium. Deinde Salomonis facta mentione, recitasse illius excantationes, et adjurasse dæmonium, ne in hominem reverteretur. Hoc in Vespasiani et filiorum ejus conspectu fecisse Eleazarum : et ut vim contra dæmones insitam probaret, posuisse poculum aqua plenum, et jussisse dæmonio, ut egressum ex homine id everteret : itaque factum esse, nemine cernente a quo everteretur.

A *ταῖς ἀγκάλαις μου. Τὸ δὲ ζῶν ἐξ ἐμοῦ ἀφελοῦσα, ὡς ἑαυτῆς ᾠκειώσατο. Καὶ γνοῦσα τὸ δρᾶμα, ζητῶ τὸν παῖδα. Ἡ δέ μοι οὐ δίδωσιν. Ἡ δ' ἑτέρα τὸ ζῶν εἶναι τὸ ἑαυτῆς παιδίον ἀπισχυρίζετο, τῆς δ' ἀντιδίκου τὸ τεθνηκός. Καὶ ἐπὶ τοσοῦτον κακουργίας μὴ προβῆναι διώμνυτο.* Ἀπορούντων δὲ τῶν περιεστηκότων, πῶς ἂν διακριθείη τὸ ἀληθὲς, ὁ βασιλεὺς διχῇ τμηθῆναι τὸ ζῶν παιδίον μαχαίρᾳ ἐκέλευσε, καὶ ἀνὰ μέρος δοθῆναι ἑκατέρᾳ τῶν γυναικῶν. Τοῦτο ἡ μὲν ἀληθὴς τοῦ βρέφους μήτηρ βαρέως ἤνεγκε, καὶ παρῃτεῖτο τὴν ψῆφον, καὶ δοθῆναι ζῶν τὸ παιδίον τῇ ἀντιδίκῳ ἱκέτευεν. Ἡ δὲ ψευδῶς ἑαυτὴν μητέρα τοῦ παιδὸς ὀνομάζουσα, καὶ ἐπῄνει τὴν κρίσιν, καὶ ἐπέσπευδε τὴν διαίρεσιν. Καὶ ὁ βασιλεὺς δοθῆναι ζῶν τὸ παιδίον προσέταξε τῇ παραι- B τουμένῃ τὴν ἐκείνου διαίρεσιν· Αὕτη, φήσας, ἡ τούτου μήτηρ ἐστὶν, ἡ τοῦ παιδὸς σφαγῆναι μέλλοντος ὑπεραλγήσε. Τοῦτο πᾶς ὁ λαὸς ἀκριβὲς τεκμήριον ἔσχηκε τῆς τοῦ βασιλέως φρονήσεως. Πάντας δὲ τοὺς πρὶν εἰς σοφίαν καὶ φρόνησιν ὑπερβέβηκε. Συνέταξε δὲ τρισχιλίας παραβολὰς, καὶ πεντακισχιλίας ᾠδὰς, καὶ ἀπὸ τῆς κέδρου ἕως ὑσσώπου συνεγράψατο, καὶ περὶ φύσεως ζώων τῶν τε πεζῶν καὶ ἀερίων, καὶ νηκτῶν, καὶ τῶν ἰδιωμάτων αὐτῶν ἐξήτασε καὶ ἐφιλοσόφησε. Καὶ κατὰ τῶν δαιμόνων ἐξεύρηκεν ἐπῳδὰς, εἰς ἀνθρώπων ὠφέλειαν· καὶ τρόπους κατέλιπεν ἐξορκώσεων, αἷς τὰ δαιμόνια ἐδιώκοντο. Καὶ ταύτην τὴν θεραπείαν (a) φησὶν ὁ Ἰώσηπος καὶ μέχρις ἐκείνου ἰσχύειν· καί τι διηγεῖται, τοιοῦτον λόγον πιστούμενος. Ἐλεάζαρ τῶν ὁμοφύλων λέγει κεκτῆσθαί τινα δακτύλιον, ἔχοντα ὑπὸ τὴν σφραγῖδα ῥίζαν, ἐξ ὧν ὑπέδειξε Σολομῶν· καὶ τοῦτον ταῖς ῥισὶ τοῦ δαιμονῶντος προσφέρειν, καὶ τῇ ὀσφρήσει διὰ τῶν μυκτήρων τοῦ πάσχοντος ἐξέλκεσθαι τὸ δαιμόνιον. Εἶτα τοῦ Σολομῶντος μεμνημένον, ἐπῳδάς τε λέγειν ἐξ ὧν ἐκεῖνος συνέθετο, καὶ ἐξορκοῦν τὸ δαιμόνιον μηκέτι ἐπανελθεῖν εἰς τὸν ἄνθρωπον. Τοῦτο καὶ Οὐεσπασιανοῦ καὶ τῶν υἱῶν ἐκείνου ἐνώπιον λέγει ποιῆσαι τὸν Ἐλεάζαρ· καὶ διδόντα τῆς κατὰ τῶν δαιμόνων ἰσχύος ἀπόδειξιν, τιθέναι ποτήριον πλῆρες ὕδατος, καὶ ἐπιτάσσειν τῷ δαίμονι ἐξερχομένῳ τοῦ πάσχοντος, ἀνατρέψαι αὐτὸ, καὶ ἀνατρέπεσθαι τὸ ποτήριον, μηδενὸς ὁρῶντος τὸν ἀνατρέποντα.

IX. Ædificationem templi auspicatus est quarto anno regni sui, anno post exitum populi ex Ægypto quadringentesimo quadragesimo. Verum de spatio, altitudine et longitudine, formaque ejus, non consentiunt Regum liber tertius, et Josephus libro *Antiquitatum* octavo, ubi de templo scribit ; sed in **84** plerisque discrepant. Quam eorum dissensionem, et alia, ut de duobus Cherubis aureis circa adyta collocatis, de arca, de mari æneo, de pelvibus, de magnitudine altaris ænei, de forma aureæ mensæ, et quæ vasa aurea et argentea templo Salomon dedicarit, qui curiosius cognoscere voluerit, is ea in tertio libro Regum, et in Josephi *Antiquitatibus* accurate descripta inveniet. Templo cum omni ornatu annis septem perfecto, populoque a rege Hierosolyma convocato, sacerdotes arcam et tabernaculum a Mose facta, et sacra vasa in templum transtulerunt, rege et omni populo præcedente, levitis libantibus et suffientibus. Arca, in qua duæ lapideæ tabulæ inerant, in adytum reposita est inter duos Cherubos. Sacerdotibus adytum egressis, domus gloria Domini repleta est, et nubes toti

C Θ'. Ἤρξατο δὲ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ κατὰ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς βασιλείας αὐτοῦ, μετὰ ἔτη τῆς ἐξ Αἰγύπτου ὑποχωρήσεως τοῦ λαοῦ τετρακόσια τεσσαράκοντα. Περὶ δὲ τοῦ μέτρου τοῦ ὕψους αὐτοῦ, καὶ τοῦ μήκους, καὶ τῆς τούτου κατασκευῆς, οὐχ ὁμοφωνοῦσιν ἥ τε τρίτη τῶν Βασιλειῶν καὶ Ἰώσηπος ἐν τῷ ὀγδόῳ λόγῳ τῆς *Ἀρχαιολογίας*, περὶ τοῦ ναοῦ συγγραφόμενος, ἀλλ' ἐν τοῖς πλείοσι διαφέρονται. Ὁ δὲ τὰ περὶ τῆς διαφορᾶς πρὸς βουλῆς ἀκριβώσασθαι, καὶ περὶ τῶν δύο Χερουβὶμ ἃ χρυσοῦ ποιήσας κατὰ τὸ ἄδυτον ἔστησε, καὶ περὶ τῆς κιβωτοῦ, καὶ τῆς χαλκῆς θαλάσσης, καὶ τῶν λουτρῶν, καὶ πηλίκον ἦν τὸ χάλκεον θυσιαστήριον, οἷα δ' ἡ τράπεζα ἡ χρυσῆ, καὶ ὅσα σκεύη ἀργύρεά τε καὶ D χρύσεα Σολομῶν ἀνέθετο τῷ ναῷ, καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ἡ τρίτη τῶν Βασιλειῶν βίβλος, καὶ ἀρχαιολογῶν ὁ Ἰώσηπος ἀρκέσουσι παραστήσασθαι τὴν ἐφ' ἑκάστῳ ἀκρίβειαν. Ἐν ἔτεσι δὲ ἑπτὰ συντελέσας ὁ βασιλεὺς τόν τε ναὸν καὶ ὅσα περὶ ἐκεῖνον, συνεκάλεσε τὸν λαὸν εἰς Ἱεροσόλυμα. Καὶ ἄραντες τὴν κιβωτὸν οἱ ἱερεῖς, καὶ τὴν σκηνὴν ἣν ἐπήξατο Μωσῆς, καὶ τὰ ἐν ταῖς θυσίαις ὑπηρετούμενα σκεύη, πρὸς

(a) De his quæ hic Zonaras ex Josepho narrat vide Testamentum Salomonis Patrologiæ tom. CXXII.

τὸν ναὸν μετεκόμιζον, τοῦ βασιλέως προάγοντος, καὶ τοῦ πλήθους παντὸς, καὶ τῶν Λευϊτῶν σπενδόντων καὶ θυμιώντων. Καὶ κατετέθη ἡ κιβωτὸς εἰς τὸ ἄδυτον μεταξὺ τῶν δύο Χερουβὶμ, τὰς δύο λιθίνας πλάκας ἔχουσα ἔνδοθεν. Ἐξελθόντων δ' ἐκ τοῦ ἀδύτου τῶν ἱερέων, δόξης Κυρίου ὁ οἶκος ἐμπέπληστο, καὶ νεφέλη τὸν ναὸν ὅλον περιεκέχυτο· ἐξ ἧς ἐπιδημῆσαι τῷ ναῷ τὸν Θεὸν ἐφαντάζοντο, σκηνώσαντα ἐν αὐτῷ. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἡσθεὶς ἐπὶ τούτοις, εὐχαριστίαν τε πρὸς τὸν Θεὸν ἐποιήσατο, καὶ τὸν λαὸν εὐλόγησε, καὶ ἱκέτευσεν ἐπήκοον γίνεσθαι τὸ Θεῖον πᾶσι τοῖς ἐν αὐτῷ εὐχομένοις. Εἶτα τῷ βωμῷ θυσίας προσήγαγε. Καὶ ὁ Θεὸς, δεικνὺς ὡς εὐμενῶς αὐτὰς προσεδέξατο, πῦρ ἐκλάμψαι δι' ἀέρος πεποίηκεν, ἐπενεχθῆναί τε τῷ βωμῷ, καὶ τὴν θυσίαν ἅπασαν καταδαίσασθαι. Ταῦθ' ὁ λαὸς ἰδὼν, εὐλόγησε τὸν Θεόν. Καὶ ὁ βασιλεὺς ηὐχαρίστησε, καὶ πολυτελῶς ἑορτάσαντες, τὸν σύλλογον διελύσαντο. Ὄνειρος δὲ γεγονὼς τῷ βασιλεῖ ἐπακοῦσαι τῆς εὐχῆς αὐτοῦ τὸν Θεὸν ἐδήλου, καὶ τὸν ναόν τε συντηρηθῆναι, καὶ αὐτὸν εἰς ἄκρον εὐδαιμονίας ἀναχθῆναι, καὶ τῆς χώρας ἄρξειν τοὺς ἐξ αὐτοῦ, εἰ αὐτός τε κἀκεῖνοι καὶ ὁ λαὸς τὰ θεῖα μὴ παραβαῖεν ἐντάλματα· εἰ δ' οὔ, πρόῤῥιζον ἐκκόψαι ἠπείλει τὸ γένος αὐτοῦ, καὶ τὸν λαὸν δουλείας, καὶ κακώσεσι μυρίαις ὑποβαλεῖν, καὶ τὸν ναὸν παραδώσειν εἰς ἐμπρησμὸν καὶ διαρπαγὴν, καὶ τὴν πόλιν εἰς κατασκαφήν τε καὶ προνομήν. Οὕτω μὲν οὖν τὰ τοῦ ναοῦ τῷ Σολομῶντι τετέλεστο. Μετὰ δὲ ταῦτα βασίλεια ἑαυτῷ ᾠκοδόμησε πολυτελῆ τε καὶ λαμπρὰ, καὶ τὰ τῶν Ἱεροσολύμων δὲ τείχη προσεπεσκεύασε, καὶ πόλεις ἄλλας προσῳκοδόμησε, καὶ τοὺς ἐν τῷ Λιβάνῳ ὄρει τῶν Χαναναίων ὑφ' ἑαυτὸν ποιησάμενος, μὴ πρὶν ὑποταγέντας, ὑποφόρους κατέστησε. Σοφίσματα δὲ καὶ λόγους αἰνιγματώδεις Χειρὰμ ὁ τῶν Τυρίων βασιλεὺς αὐτῷ πέπομφεν, ἀξιῶν σαφηνίσαι αὐτά· καὶ διέλυσε, καὶ τὸν νοῦν ἐκείνων δεδήλωκε. Μεμνῆσθαι τούτων ἱστορεῖ ὁ Ἰώσηπος καὶ συγγραφεῖς ἀρχαίους, τόν τε Δῖον, καὶ πρὸς τούτῳ τὸν Μένανδρον. Διαβοηθείσης δὲ πανταχοῦ τῆς σοφίας τοῦ Σολομῶντος καὶ τῆς φρονήσεως, βασίλισσά τις Αἰγύπτου καὶ Αἰθιόπων σοφίαν φιλοῦσα καὶ ἐκζητοῦσα, εἰς Ἱεροσόλυμα παραγέγονε. Καὶ ὁ βασιλεὺς φιλοτίμως αὐτὴν προσεδέξατο, καὶ τὰ σοφίσματα ἃ προετίθει ἐκείνη, ῥᾳδίως ἐπέλυεν, ὡς ἐκπλήττεσθαι τὴν βασίλισσαν, καὶ πλέον λέγειν τῶν ἠκουσμένων ὁρᾷν. Ἐθαύμαζε δὲ καὶ τὰ βασίλεια, καὶ τῶν δείπνων τὴν πολυτέλειαν, καὶ τὴν ὑπηρεσίαν πᾶσαν τὴν βασιλικὴν, καὶ τὰς ἐν τῷ ναῷ θυσίας, καὶ τῶν θυόντων τὸ εὔτακτον. Ἐδωρήσατο δὲ τὸν βασιλέα χρυσίῳ καὶ λίθοις τῶν πολυτίμων, καὶ ἀμυθήτοις ἀρώμασι, καὶ βαλσάμου ῥίζαις, ὡς ἐξ ἐκείνης ἐν Παλαιστίνῃ φυῆναι τὸ βάλσαμον. Καὶ Σολομῶν δὲ πολλοῖς ἀγαθοῖς τὴν βασίλισσαν ἀντημείψατο, καὶ ἡ μὲν εἰς τὰ ἑαυτῆς ὑπενόστησεν.

Ι'. Ὁ δὲ βασιλεὺς, πάντων τῶν πρὸ αὐτοῦ γενόμενος ἐνδοξότατος, καὶ φρονήσει καὶ πλούτῳ διενεγκὼν, οὐκ ἐνέμεινε τοῖς θείοις θεσμοῖς. Ἀκρασίαν δὲ νοσήσας περὶ τὰ ἀφροδίσια, καὶ περὶ γυναῖκας ἐκμανεὶς, οὐ ταῖς ὁμογενέσιν ἠρκεῖτο, ἀλλὰ καὶ ἀλλοφύλους ἔγημε πλείστας, καὶ χαριζόμενος ἐκείναις διὰ τὸν ἔρωτα, ἐθρήσκευσε καὶ τοὺς ἐκείνων θεούς. Ἔγημε γὰρ θυγατέρας ἀρχόντων διασήμων ἑπτακοσίας, καὶ παλλακὰς τριακοσίας, καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ βασιλέως τῶν Αἰγυπτίων. Εἶπεν οὖν ὁ Κύριος πρὸς Σολομῶντα· *Ὅτι οὐκ ἐφύλαξας ὅσα ἐνετειλάμην σοι, διαῤῥήξω τὴν βασιλείαν σου, καὶ*

templo circumfusa : unde conjiciebant, Deum templum ingressum, atque ibi habitaturum esse. Quibus rebus lætatus rex, et Deo gratias egit, et populo bene precatus, oravit ut Numen omnium eorum qui ibi precarentur, vota exaudiret. Deinde victimas aræ admovit, quas Deus se benigne accepisse declaravit, igne ex aere emisso, qui, in aram delatus, omnes victimas consumpsit. His visis, Deum laudat populus, rex gratias agit, festoque splendide celebrato, conventus dimittitur. His peractis, rex somniat Deum exaudisse preces, templum conservatum iri, se ad magnam felicitatem perventurum et regioni suos posteros imperaturos, si nec ipse, nec illi, nec populus divina præcepta violarent ; alioqui vero genus ejus radicitus exstirpaturum, et servitute populum atque aliis infinitis malis oppressurum, et templum ad incendium et direptionem daturum, urbem etiam solo æquandam et spoliandam. Sic ædificatione templi perfecta, sibi ipsi Salomon ædes construit sumptuosas et splendidas, Hierosolymorum mœnia instaurat, alias urbes condit, Chananæos montis Libani accolas insuetum subire jugum cogit ac sibi tributarios reddit. Præterea argutias et griphos a Chiramo Tyriorum rege ad se missos dissolvit atque explicat : quorum meminisse veteres historicos, Dium et Menandrum, Josephus auctor est. **85** Ejus igitur doctrina et sapientia ubique gentium celebrata, regina quædam Ægypti et Æthiopum, sapientiæ studiosa indagatrix, Hierosolyma proficiscitur. Eam rex honorifice excipit, quæstiones ab ea propositas facile solvit, ut regina, obstupescens, plura se videre diceret quam audivisset. Miratur et regiam, et cœnarum lauticias, et omnia ministeria regis, et templi sacrificia, et immolantium ordinem. Regem porro donat auro, gemmis pretiosis, ineffabilibus aromatibus, et balsami radicibus : unde ab eo tempore balsamum in Palæstina nascitur. Salomon vicissim reginam domum redituram multis bonis remuneratur.

X. Rex vero, cum esset omnium ante se regum illustrissimus, sapientia et opibus præstans, in divinis institutis non permansit : sed in libidinum intemperantiam prolapsus, insanoque mulierum amore correptus, neque popularibus suis contentus, etiam alienigenas complures duxit ; quibus ex amore obsequens, deos illarum coluit. Nam principum insignium filias septingentas matrimonio sibi junxit, concubinis trecentis ascitis, et filiam regis Ægyptiorum. Proinde Salomoni dixit Dominus : *Quoniam mandata mea non observasti, regnum tuum disrumpam, et servo tuo dabo.* Neque tamen

viventi tibi regnum eripiam, ob patrem tuum. Sed te mortuo, hæc filio tuo regnante faciam. Neque regnum omne tamen ab illo auferam, sed duabus tribubus et Hierosolymis illi relictis, ob avum Davidem, decem reliquas servo ejus dabo. Neque multum temporis intercessit, cum Ader Israelitas bello adortus est. Fuit is Idumæus, regii generis, qui, Davidis temporibus Idumæa a Joabo subacta, puer in Ægyptum aufugerat, et, a Pharaone benigne susceptus atque adamatus, sororem regis conjugis uxorem duxerat. Is igitur, vir factus, Davidis et Joabi obitu cognito, cupidus in patrium regnum redeundi, a Pharaone retinebatur, donec Salomonis, rebus turbatis, affine consentiente, in Idumæam reversus est. Sed cum ea firmis præsidiis teneretur, in Syriam se contulit; et latronum manu comparata, cum hanc occupat, tum Israelitarum agros populatur. Jeroboamum autem Nabati filium, dum puer inservit regi, **86** Salomon, generosa ejus indole animadversa, cum Hierosolymorum mœnia conderet, operis structuræ præfecerat. Qui, cum aliquando iter ingressus esset, incidit in prophetam Achiam Silonitem. Is, eo de via nonnihil seducto, vesteque sua in duodecim lacinias discissa, decem illi dat cum his verbis: *Sic regnum Salomonis discindet Dominus, ejusque filio duas in avi gratiam tribus relinquet, te autem decem tribuum regem constituet. Tu vero fac leges Domini amplecteris et justitiam colas.* Hoc oraculo elatus Jeroboamus, novis rebus studet. Sed rex, cognita re, de illo tollendo cogitat. At ille in Ægyptum fugit ibique degit usque ad Salomonis obitum. Obiit autem is, ut liber Regum narrat, anno ætatis quinquagesimo secundo, cum duodecim annos natus regnum suscepisse memoretur, et id per quadraginta tenuisse. Josephus autem tradit eum annos vixisse quatuor et nonaginta, regnasse octoginta. Vita usus est felici et gloriosa, nisi in senectute patrias leges violasset, amoribus impulsus illicitis peregrinarum mulierecularum, earumque sectatus religiones.

A *δώσω αὐτὴν τῷ δούλῳ σου. Οὐ σὲ δὲ ζῶντα τὴν ἀρχὴν ἀφαιρήσομαι διὰ τὸν πατέρα σου. Θανόντος δέ σου, ταῦτα ἐπὶ τῷ υἱῷ σου ποιήσω· καὶ οὐδὲ πᾶσαν ἐξ αὐτοῦ τὴν βασιλείαν ἀφέλωμαι, δύο δὲ φυλὰς αὐτῷ καταλελοιπὼς, καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ διὰ τὸν πάππον Δαβὶδ, τὰς δέκα τῷ δούλῳ δώσω αὐτοῦ.* Οὐ συχνὸς καιρὸς διελήλυθε, καὶ Ἄδερ εἰς πόλεμον κατέστη τῷ Ἰσραήλ. Ἦν δὲ ὁ Ἄδερ Ἰδουμαῖος ἐκ βασιλείου σπορᾶς, ὅς, τοῦ Ἰωὰβ κατὰ τοὺς χρόνους Δαβὶδ καταστρεψαμένου τὴν Ἰδουμαίαν, παιδάριον ὤν, ἀπέδρα εἰς Αἴγυπτον, καὶ φιλοφρόνως δεχθεὶς, παρὰ Φαραὼ ἠγαπήθη, καὶ τὴν ἀδελφὴν ἔγημε τῆς γυναικὸς Φαραώ. Οὗτος οὖν ἀνδρωθεὶς, καὶ θανόντας μαθὼν τὸν Δαβὶδ καὶ τὸν Ἰωὰβ, ἐπανελθεῖν ἐζήτει πρὸς τὴν πατρῴαν ἀρχήν· B ἀλλ' οὐ παρεχωρεῖτο πρὸς Φαραώ. Ἤδη δὲ τῷ Σολομῶντι τῶν πραγμάτων κακῶς ἐχόντων, παρεχωρήθη καὶ Ἄδερ, καὶ εἰς τὴν Ἰδουμαίαν ἐπανελήλυθε. Ταύτης δ' ἀσφαλῶς φρουρουμένης, εἰς τὴν Συρίαν ἀφίκετο, καὶ σύστημά τι σχὼν περὶ αὐτὸν λῃστρικὸν, ταύτην τε κατέσχε, καὶ τὴν τῶν Ἑβραίων ἐληΐζετο χώραν. Ἱεροβοὰμ δὲ υἱὸς Ναβὰτ, παιδάριον ὤν, ὑπηρέτει τῷ βασιλεῖ. Ἰδὼν δὲ Σολομῶν αὐτὸν γενναῖον τὸ φρόνημα, ὅτε τῇ Ἱερουσαλὴμ περίβολον ᾠκοδόμει, ἐπέστησεν αὐτὸν τῆς οἰκοδομῆς ἐπιμελητήν. Ἀπερχομένῳ δέ που τῷ Ἱεροβοὰμ, συνήντησε προφήτης ὁ Σηλωνίτης Ἀχία, καὶ ἐκκλίνας αὐτὸν τῆς ὁδοῦ, διέῤῥηξε τὸ ἱμάτιον εἰς δώδεκα ῥήγματα, καὶ δέδωκεν ἐκείνῳ τὰ δέκα, εἰπών· *Ὡς οὕτως* C *διαῤῥήξει τὴν βασιλείαν Σολομῶντος ὁ Κύριος, καὶ τῷ μὲν ἐκείνου υἱῷ δύο καταλείψει φυλὰς διὰ τὸν πάππον, σοὶ δὲ τὰς δέκα δώσει, καὶ βασιλεύσει σε ἐν αὐταῖς. Σὺ δὲ ἀλλὰ τῶν νόμων ἀντέχου Κυρίου, καὶ γίνου δίκαιος.* Τούτοις μέγα φρονήσας Ἱεροβοὰμ, νεωτερίζειν ἐπεχείρει. Καὶ γνοὺς τὸ πρᾶγμα ὁ βασιλεὺς, ἀνελεῖν ἐζήτει αὐτόν. Ὁ δὲ φεύγει εἰς Αἴγυπτον, κἀκεῖ διῆγεν, ἕως Σολομῶν ἐτελεύτησε. Τέθνηκε δὲ ὁ βασιλεὺς Σολομῶν, ὡς μὲν ἡ βίβλος Βασιλειῶν (56) ἱστορεῖ, ζήσας ἐνιαυτοὺς πεντήκοντα πρὸς δυσί. Δωδεκαέτης γὰρ τῆς βασιλείας ἐπιβῆναι ἱστόρηται, βασιλεῦσαι δὲ ἔτη τεσσαράκοντα. Ὡς δ' ὁ Ἰώσηπος συνεγράψατο, τέσσαρας μὲν ἐνιαυτοὺς ἐβίω καὶ ἐνενήκοντα· ὀγδοήκοντα δὲ βεβασίλευκεν, εὐτυχῶς μὲν ζήσας καὶ εὐκλεῶς, παρανομήσας μέντοι περὶ τὸ γῆρας ὑπ' ἐρώτων οὐκ εὐαγῶν ἀλλογενέσι πεισθεὶς γυναιξὶ, καὶ τοῖς ἐκείνων ἀκολουθήσας θρησκεύμασι.

XI. Successorem in regno habuit filium Roboamum, ad quem cum populus confluxisset, ac supplex petiisset, ut patre clementior servitutis jugum a Salomone cervicibus suis impositum relaxaret, ille se deliberaturum ait, et post triduum responsurum. Consulit itaque seniores ex patriis ministris, quid respondendum esset: monent, clementer, non superbe et arroganter alloquendum esse populum. Post senatum, re cum adolescentibus una secum educatis communicata, et consilio

D ΙΑ'. Διάδοχον δ' ἔσχε τῆς βασιλείας τὸν υἱὸν Ῥοβοάμ. Καὶ ὁ λαὸς συνήχθη πᾶς πρὸς αὐτὸν, καὶ ἱκέτευον ἐλαφρῦναι αὐτοῖς τὸν τῆς δουλείας ζυγὸν, ὃς παρὰ Σολομῶντος αὐτοῖς ἐπενήνεκτο, καὶ τοῦ πατρὸς φανῆναι χρηστότερος. Ὁ δὲ σκέψασθαι εἶπε, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας εἰπεῖν. Καλέσας οὖν τοὺς γηραιοτέρους τῶν πατρῴων θεραπόντων, τί ἂν ἀποκριθείη τῷ λαῷ· κἀκεῖνοι διαλεχθῆναι αὐτοῖς συνεβούλευον ἠπιώτερον, μὴ δ' ὑπερηφάνως καὶ ὀγκηρῶς. Μετὰ δὲ τὴν γερουσίαν τοῖς μειρακίσκοις, οἵπερ αὐτῷ

Variæ lectiones et notæ.

(56) *Βίβλος Βασιλειῶν*. Ita *Libros Regnorum*, libros alii *Regum*, hic et alibi non semel vocat Zonaras, quomodo etiam plerosque ex Patribus Latinis appellasse notavimus in Gloss. med. Lat.

συνετρέφοντο, τοῦ σκέμματος κεκοινώνηκε, καὶ τὴν τῶν πρεσβυτέρων εἰπὼν συμβουλήν. Οἱ δὲ τραχύτερον αὐτῷ προσομιλῆσαι τῷ λαῷ συνεβούλευσαν, καὶ τοὺς λόγους ἀναλόγους τῷ τῆς ἀρχῆς ὄγκῳ ποιήσασθαι, καὶ τῷ βασιλικῷ ἀξιώματι. Καὶ ὃς τούτοις προσέθετο, καὶ ἐπεὶ τὸ πλῆθος αὖθις συνεληλύθει· *Εἰ τὸν ζυγὸν ὑμῖν ἐσκλήρυνεν ὁ πατήρ μου*, ἔφη, *τοῦτον αὐτὸς ἐπάξω βαρύτερον· καὶ εἰ μάστιξιν ἐκεῖνος ἐκέχρητο καθ' ὑμῶν, σκορπίοις ὑμᾶς κολάσω αὐτός· καὶ μου τῆς σμικρότητος παχυτέρας τῆς ὀσφύος τοῦ πατρὸς πειραθήσεσθε*. Τούτων τὸ πλῆθος ἀκοῦσαν, *Τίς ἡμῖν μερὶς ἐν Δαβίδ*, ἐξεβόησαν. Καὶ ἀποδυσπετήσαντες, ἀπῄεσαν. Πέμψαντος δὲ Ῥοβοὰμ τῶν οἰκείων ἕνα διαλεχθῆναι αὐτοῖς καὶ πραΰναι, B ἔκτειναν ὑπ' ὀργῆς τὸν ἄνδρα λιθολευστήσαντες. Ῥοβοὰμ δὲ δείσας, εἰς Ἱεροσόλυμα πέφευγε, παραμεινάσης αὐτῷ τῆς Ἰούδα φυλῆς, καὶ σὺν αὐτῇ τῆς Βενιαμίτιδος. Αἱ δέ γε λοιπαὶ ἤδη τοῦ Ἱεροβοὰμ ἐπανελθόντος ἐκ τῆς Αἰγύπτου, μετὰ τελευτὴν Σολομῶντος, καλέσασαι αὐτὸν, εἵλοντο βασιλέα. Ῥοβοὰμ δὲ ἡτοιμάζετο μαχέσασθαι τοῖς Ἰσραηλίταις περὶ τῆς βασιλείας, καὶ τῷ Ἱεροβοάμ· ἐκωλύθη δὲ παρὰ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ προφήτου Σαμαία. Ἱεροβοὰμ, δείσας μὴ τὸ πλῆθος εἰς Ἱεροσόλυμα ἀπιὸν, καὶ τοῖς ἐκεῖ συναναμιγνύμενον, ἐπιστραφῇ πρὸς τὸν πρότερον αὐτοῦ βασιλέα, καὶ καταλείψῃ αὐτὸν, δύο δαμάλεις εἰργάσατο ἐκ χρυσοῦ, καὶ ἔθετο τὴν μὲν ἐν Βαιθὴλ, τὴν δ' ἑτέραν ἐν Δάν. Καὶ ἐκκλησιάσας τὸ πλῆθος, *Πανταχοῦ ὁ Θεός ἐστιν*, εἶπεν, ὦ ἄνδρες, *ἀλλ' οὐ* C *μόνον ἐν Ἱεροσολύμοις. Ἰδοὺ οὖν δύο δαμάλεις πεποίηκα εἰς ὄνομα τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐκέτι ὑμῖν ἀνάγκη πορεύεσθαι εἰς Ἱεροσόλυμα. Ἀπερχόμενοι δ' εἰς αὐτὰς, προσκυνεῖτε καὶ θύετε· καὶ ἱερεῖς γὰρ ἐξ ὑμῶν αὐτῶν ἀποδείξω*. Τούτοις ἐξαπατηθεὶς ὁ λαὸς, τά τε πάτρια παραβέβηκε, καὶ παρώργισε τὸν Θεὸν, ὡς καὶ εἰς αἰχμαλωσίαν παραδοθῆναι τοῖς ἀλλοφύλοις τὸν Ἰσραήλ. Ποιήσας δὲ ἱερεῖς Ἱεροβοὰμ καὶ θυσιαστήριον, ἑώρτασε, καὶ ἀνέβη αὐτὸς ἐπὶ τὸν βωμὸν, καὶ περὶ αὐτὸν οἱ ἱερεῖς. Καὶ ἤδη μέλλοντι θύειν, παρέστη προφήτης σταλεὶς ἐκ Θεοῦ, καὶ εἶπε· *Τάδε λέγει Κύριος· Θυσιαστήριον, ἐκ Δαβὶδ ἔσεταί τις Ἰωσίας καλούμενος, ὃς θύσει τοὺς ἱερεῖς σου ἐπὶ σὲ, καὶ κατακαύσει τὰ ὀστᾶ αὐτῶν. Ἵνα δὲ εἴη δῆλον, ὡς οἱ* D *λόγοι μου ἀληθεύουσιν, ἰδοὺ ῥαγήσεται τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἡ ἐπ' αὐτὸ πιότης χυθήσεται κατὰ γῆς*. Καὶ αὐτίκα τό τε θυσιαστήριον διεῤῥάγη, καὶ ἡ πιότης τῶν θυμάτων ἐκκέχυτο. Ἐξέτεινε δὲ τὴν χεῖρα Ἱεροβοὰμ, συσχεθῆναι τὸν προφήτην ἐγκελευόμενος. Ἡ δὲ ξηρανθεῖσα ἀκίνητος ἔμεινε. Δεηθεὶς γοῦν Ἱεροβοὰμ τοῦ προφήτου, ἔσχεν αὖθις τὴν χεῖρα κινουμένην καὶ ἐνεργὸν, καὶ ἠξίου αὐτὸν συνδειπνῆσαι αὐτῷ. Ὁ δὲ οὐ κατένευσε, λέγων παρὰ τοῦ Θεοῦ κωλυθῆναι ἄρτον φαγεῖν, ἢ ὕδωρ πιεῖν, ἢ ὑποστρέψαι δι' ἧς ὁδοῦ εἰς τὴν πόλιν ἐλήλυθε, καὶ ἀπῄει,

A seniorum exposito, illi auctores sunt, ut asperius agat cum populo, et pro auctoritate imperii ac regiæ dignitatis fastigio verba faciat. Roboamus horum sententia comprobata, cum populus iterum convenisset: *Si pater meus*, inquit, *durum vobis jugum imposuit, id ipse exasperabo : si flagellis ille vos cecidit, ego scorpionibus in vos animadvertam : et quod in me parvum est, id crassius paternis lumbis experiemini*. His multitudo auditis : *Quæ nobis in Davide pars est ?* exclamans, rege fastidito discedit. Cum autem Roboamus quemdam suorum familiarium misisset, qui mollioribus verbis populum placaret, eum **87** ira concitati lapidibus peremerunt; quo facto, ille perterritus Hierosolyma confugit, sola Judaica et Benjamitica tribu penes se retenta. Reliquæ Jeroboamum, defuncto Salomone ex Ægypto reversum, regem crearunt. Cujus una cum Israelitis bello invadendi consilia agitantem Roboamum, Deus per Samæam vatem inhibuit. Veritus autem Jeroboamus ne multitudo, Hierosolyma profecta, illorum hominum commercio ad priorem regem, se deserto, reverteretur, duos vitulos aureos conflatiles facit, altero Bethele, Dane altero collocato; advocataque concione : *Deus*, inquit, *viri, ubique est, non Hierosolymis duntaxat. Ego igitur Dei nomine duos vitulos feci, neque posthac vobis necesse erit ire Hierosolyma, sed ad hos profecti, adorate et sacrificate : nam e vestro numero sacerdotes designabo*. His populus Israeliticus deceptus, patriis institutis violatis, iram Numinis in se provocavit, ut alienigenis in servitutem traderetur. Jeroboamus autem, sacerdotibus creatis araque exstructa, festum celebrat; conscensaque ara, cum sacerdotibus astantibus jam sacrificaturus esset, propheta a Deo missus : *Hæc*, inquit, *dicit Dominus : Heus ara, erit quidam ex David, nomine Josias, qui sacerdotes tuos supra te immolabit, et ossa eorum comburet. Ut autem verba mea vera esse constet, rumpetur ara, et pinguedo in ea sita fundetur humi*. Statim his dictis, et ara rumpitur, et pinguedo victimarum effunditur; et Jeroboami manus, quam extenderat prophetam comprehendi jubens, arida facta, mansit immobilis, donec precibus a propheta impetrasset ut in integrum restitueretur. Qui a rege ad cœnam invitatus, recusat, quod divinitus interdictum sibi esset, ne vel panem ederet, vel aquam biberet, vel eadem via reverteretur, qua urbem ingressus esset. Itaque alia via discedit. Cæterum in ea urbe quidam pseudopropheta erat, qui Jeroboamum seducebat, ejus gratiam aucupans. Is cum audisset quæ Dei propheta et dixisset et fecisset, abeuntem persequitur, et assecutus rogat ut suo hospitio utatur. Quod illo recusante ut divinitus interdictum, improbus ille vir : *Atqui et ego propheta sum*, inquit, *et ex Dei mandato adsum, ut sis mensæ meæ particeps*. Propheta, fide adhibita pseudoprophetæ **88**

Variæ lectiones et notæ.

(57) *Τὸν τῆς βασιλείας ζυγόν*. Rectius alter codex δουλείας. W. Ita etiam Reg. et Colbert.

verbis, redit: sed dum illo hospitio fruitur, divinitus audit se, propterea quod jussa exsecutus non sit, a leone interfectum iri. Domum rediturum occidit leo, atque assidens et cadaver et jumentum custodit. Quo pseudopropheta cognito, mortui corpus collectum sepelit, suisque liberis mandat ut se mortuum juxta illum sepelirent, eo utique consilio, ut, cum secundum prædictionem illius altare everteretur, et sacerdotum ac pseudoprophetarum ossa igni traderentur, eam contumeliam ipse, juxta hominem divinum situs, effugeret. Et hæc ita gesta sunt.

A ἑτέραν τραπόμενος. Ψευδοπροφήτης δέ τις ἦν ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ, τὸν Ἱεροβοὰμ ἀπατῶν, καὶ πρὸς χάριν αὐτῷ ὁμιλῶν. Οὗτος, μαθὼν ὅσα ὁ τοῦ Θεοῦ προφήτης καὶ εἴρηκε καὶ πεποίηκε, καὶ ὡς ἄπεισι, κατεδίωξεν ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ καταλαβὼν αὐτὸν, ἠξίου ἀναστρέψαι, καὶ παρ' αὐτῷ ξενισθῆναι. Τοῦ δὲ ἀπαναινομένου, ὡς ἀπαγορεύσαντος τοῦ Θεοῦ, *Ἀλλὰ κἀγὼ προφήτης εἰμὶ*, ὁ πονηρὸς ἐκεῖνος εἶπεν ἀνὴρ, *καὶ ἥκω κατ' ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, ἐπιστρέψων σε τραπέζης μοι κοινωνήσοντα.* Ἐπίστευσεν ὁ προφήτης τοῖς τοῦ ψευδοπροφήτου λόγοις, καὶ ὑπενόστησε. Ξενισθέντι δ' ἐκεῖ τῷ προφήτῃ λόγος ἐγένετο Κυρίου· ἀνθ' ὧν οὐκ ἐτήρησε τὰ ἐνταλθέντα αὐτῷ, ἀναιρεθήσεσθαι κατὰ τὴν ὁδὸν παρὰ λέοντος. Καὶ ὑποστρέφοντα λέων αὐτὸν ἔκτεινε, καὶ παρακαθήμενος ἐφύλαττε τὸν νεκρὸν καὶ τὸ ὑποζύγιον. Μαθὼν δὲ τὸ γεγονὸς ὁ ψευδοπροφήτης, συνεκόμισε τὸ σῶμα τοῦ τεθνεῶτος (58), καὶ ἔθαψε, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν ἐνετείλατο τῷ προφήτῃ συγκηδεῦσαι καὶ αὐτοῦ τὸ σῶμα θανόντος· τὶ τοῦτο μηχανησάμενος, ἵν' ὅτε κατὰ τὴν ἐκείνου προφητείαν κατασκαφῇ τὸ θυσιαστήριον, καὶ τῶν ἱερέων καὶ ψευδοπροφητῶν πυρὶ παραδοθῇ τὰ ὀστᾶ, αὐτὸς διαφύγῃ τὴν ὕβριν, εἰ τῷ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ συγκατατεθῇ. Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἐγένετο.

XII. Jeroboamus autem suam impietatem adeo non minuebat, ut etiam in dies augeret, falsum illud editorum locorum sacerdotium quibusvis pretio venditans: quæ res noxæ illi fuit imputata, et in familiæ ejus perniciem et interitum vertit. Quod si profanum illud sacerdotium addicere pecunia nefas est habitum, quid de iis dicemus qui vere divinum illud sacerdotium, quo veneranda illa et incruenta victima immolatur, pretio vendunt atque redimunt? Cum autem Abias Jeroboami filius ægrotaret, rex uxorem suam, plebeia veste indutam, ad Achiam prophetam mittit, percontaturam num puer evasurus esset morbum. Sed propheta, commento agnito: *Ne te*, inquit, *dissimulato, Jeroboami uxor: sed marito tuo dicito, quia, Deo relicto, ipse sibi deos conflaverit, et regni amissionem et interitum cum omni familia ei esse exspectandum. Præterea cum populus ejus etiam impietatem sit secutus, ne illum quidem fore impunitum. Tu vero abi, mulier, filium tuum mortuum inventura, qui cum fletu sepelietur. Solus enim ex Jeroboam bonus fuit.* Mulier, digressa, filium mortuum invenit, et prophetæ verba nuntiat marito: quibus ille, quippe homo corrupti ingenii, nihilo factus est melior. Sed, Roboamo regnante Hierosolymis, Israelitici generis Levitæ et sacerdotes, et alii ex populo, quid bonum esset intelligentes, relictis suis oppidis, Hierosolyma concesserunt. Unde Roboami regnum augebatur, quamvis et ipse impietate læserit Deum, et tota Judaica domus Dei cultum neglexerit. Quamobrem Susacus Ægyptiorum rex cum magnis copiis ascendit Hierosolyma, Roboamo **89** quintum jam annum regnante; qui una cum populo in urbe conclusus, salutem a Deo votis exposcebant, delicta sua confitentes. Deus

B ΙΒ'. Ἱεροβοὰμ δὲ τῆς αὐτῆς εἴχετο ἀσεβείας, ἣ καὶ ἐπεδίδου, καθ' ἑκάστην παρανομῶν, καὶ χρημάτων τὴν ψευδῆ τῶν ὑψηλῶν ἱερωσύνην παρεῖχε τοῖς θέλουσιν ὠνεῖσθαι. Καὶ εἰς ἁμαρτίαν ἡ πρᾶξις αὕτη ἐλογίσθη αὐτῷ, καὶ εἰς ἀφανισμὸν τοῦ οἴκου αὐτοῦ γέγονε, καὶ εἰς ὄλεθρον. Εἰ δὲ τὸ τὴν ἀνίερον ἐκείνην ἱερωσύνην ἀποδίδοσθαι χρημάτων ἁμαρτία λελόγιστο, τί ἄν τις εἴποι περὶ τῶν πωλούντων καὶ ὠνουμένων τὴν θείαν ὄντως ἱερωσύνην, τὴν τῆς φρικτῆς καὶ ἀναιμάκτου θυσίας τελεστικήν; Ἐνόσησε δὲ Ἀβιὰ ὁ υἱὸς Ἱεροβοὰμ, καὶ ἔστειλε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς πρὸς Ἀχιὰ τὸν προφήτην, εἰ ζήσεται ἐρωτήσουσαν. Ἡ δὲ, ἰδιωτικὴν μεταμφιεσαμένη στολὴν, ἀπῆλθε. Καὶ ὁ προφήτης τὸ δρᾶμα γνούς·
C *Μὴ κρύπτε σαυτὴν, γύναι Ἱεροβοὰμ*, ἔφη. *Ἄπιθι δὲ, καὶ τῷ ἀνδρί σου εἰπὲ, ὅτι Ἐπεὶ καταλιπὼν τὸν Θεὸν, σεαυτῷ θεοὺς ἐποίησας χωνευτοὺς, προσδόκα τήν τε βασιλείαν ἀφαιρεθήσεσθαι, καὶ αὐτὸς παγγενῆ ἐξολοθρευθήσεσθαι. Ὅτι δέ σοι ἀσεβήσαντι καὶ τὸ πλῆθος ἐπηκολούθησεν, οὐδ' ἐκεῖνο μένει ἀτιμώρητον. Σὺ δὲ ἄπιθι, γύναι, καὶ θανόντα εὑρήσεις τὸν παῖδά σου, ὃς καὶ ταφήσεται θρηνηθείς. Μόνος γὰρ ἐξ Ἱεροβοὰμ οὗτος ἦν ἀγαθός.* Ἀπελθοῦσα δὲ ἡ γυνὴ, τὸν μὲν παῖδα εὗρε θανόντα· τῷ δὲ ἀνδρὶ τὰ παρὰ τοῦ προφήτου ἀπήγγειλεν. Οὐδὲν δὲ ἐξ ἐκείνων ἐβελτιώθη, τυγχάνων ἀσύνετος. Ῥοβοὰμ τοῦ υἱοῦ Σολομῶντος βασιλεύοντος ἐν Ἱερουσαλὴμ, οἱ παρὰ τοῖς Ἰσραηλίταις ἱερεῖς καὶ Λευῖται, καὶ ὅσοι τοῦ πλήθους ἦσαν συνιέντες
D τὸ ἀγαθὸν, ἀποστάντες τῶν ἰδίων πόλεων, εἰς Ἱεροσόλυμα παραγίνονται. Κἀντεῦθεν ἡ βασιλεία τοῦ Ῥοβοὰμ ηὔξητο. Ὁ δὲ καὶ αὐτὸς ἠσέβησεν εἰς Θεὸν, καὶ πᾶς ὁ οἶκος Ἰούδα τῆς τοῦ Θεοῦ θρησκείας κατωλιγώρησε. Διὸ καὶ ἀνέβη Σουσακὶμ ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ μετὰ βαρείας δυνάμεως

Variæ lectiones et notæ.

(58) *Συνεκόμισε τοῦ τεθνεῶτος.* Τὰ ὀστᾶ, aut τὰ λείψανα, deesse videtur, inquit Wolfius, quam postremam vocem immisit in textum: sed cod. Colbert. habet τὸ σῶμα τοῦ τεθνεῶτος.

(59) *Εἰ δὲ τὴν σήμερον.* Carpit hoc loco Zonaras simoniacos suæ ætatis, apud Græcos, mores, cujusmodi fuisse ea ipsamet tempestate apud Latinos observavimus in nova appendice ad Glossarium med. Lat. in v, *Præbenda.*

ἐν ἔτει πέμπτῳ τῆς βασιλείας τοῦ Ῥοβοάμ. Συγκλεί- A σας δὲ αὐτὸν Ῥοβοάμ ἐν τῇ πόλει καὶ τὸν λαὸν, ἐδέετο τοῦ Θεοῦ δοῦναι σωτηρίαν αὐτοῖς, καὶ ἃ ἥμαρτον εἰς Θεὸν ἐξωμολογοῦντο. Παρακληθεὶς δὲ ὁ Θεὸς, οὐκ ἀπολέσειν αὐτοὺς, ἀλλὰ δώσειν εἶπεν ὑποχειρίους τοῖς πολεμίοις. Δεξαμένου τοίνυν ἐν τῇ πόλει Ῥοβοάμ τὸν Αἰγύπτιον ἐπὶ συνθήκαις, παρασπονδήσας ἐκεῖνος, τοὺς τοῦ Θεοῦ τε θησαυροὺς ἐσύλησε, καὶ τοὺς βασιλικοὺς ἐξεκένωσε, καὶ τὰ χρυσᾶ ὅπλα, ἃ ἐποίησε Σολομῶν, καὶ τὰ δόρατα τὰ χρυσᾶ, ἃ ὁ Δαβὶδ ἀνέθετο, πάντα ἀφείλετο. Ἐτελεύτησε δὲ Ῥοβοὰμ ζήσας ἔτη πεντήκοντα καὶ ἑπτὰ, ἐξ ὧν ἑπτακαίδεκα βεβασίλευκε, διάδοχον τὸν υἱὸν καταλιπὼν Ἀβιοὺ, καθ' οὗ Ἱεροβοὰμ ἐξεστράτευσεν, ἀεὶ καὶ τῷ Ῥοβοὰμ πολεμῶν. Ἀβιοὺ δὲ οὐκ ἔπτηξε τὴν ἔφοδον, ἀλλ' ἀντιτάξας αὐτῷ τοὺς οἰκείους, νίκην νικᾷ B περιβόητον, ὡς μηκέτι θαρσῆσαι τὸν Ἱεροβοὰμ ἀντιπαρατάξασθαι. Τελευτᾷ δὲ Ἀβιοὺ βασιλεύσας ἐν Ἱερουσαλὴμ ἔτη τρία, ποιήσας τὸ πονηρὸν ἐνώπιον Κυρίου. Καὶ ἐβασίλευσεν Ἀσὰ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, τοὺς θείους θεσμοὺς τηρήσας κατὰ Δαβὶδ τὸν οἰκεῖον προπάτορα. Τέθνηκε δὲ καὶ Ἱεροβοὰμ ἀνύσας ἐν τῇ ἀρχῇ ἔτη δύο καὶ εἴκοσι. Καὶ διεδέξατο αὐτὸν Ναβὰτ ὁ υἱὸς αὐτοῦ. Κἀκεῖνος, ἀσεβὴς κατὰ τὸν πατέρα γενόμενος, ὃς πόλιν τῶν ἀλλοφύλων πολιορκῶν Γαβαθὼν, ἐπεβουλεύθη παρὰ Βαασὰν υἱοῦ Ἀχιά. Καὶ τέθνηκε, δύο ἄρξας ἐνιαυτούς. Βαασὰν δὲ, τῆς τῶν δέκα φυλῶν βασιλείας ἐγκρατὴς γεγονὼς, πᾶν τὸ γένος τοῦ Ἱεροβοὰμ ἐξωλόθρευσε. Καὶ οὗτος δὲ, ὡς Ἱεροβοὰμ, παρενόμησε, καὶ τὸν λαὸν C ὁμοίως πεποίηκεν ἁμαρτεῖν. Καὶ ἠπείλησεν αὐτῷ ὁ Θεὸς διὰ Ἰηοὺ τοῦ προφήτου διαφθερεῖν τὸν οἶκον αὐτοῦ, ὡς τὸν οἶκον Ἱεροβοάμ. Τέθνηκε δὲ καὶ οὗτος ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ βασιλεύσας ἔτη ἐπὶ τέσσαρσιν εἴκοσι. Καὶ Ἠλὰ ὁ υἱὸς αὐτοῦ γέγονε τῆς πατρικῆς βασιλείας διάδοχος. Ὃν Ζαμβρῆς ὁ ἄρχων τῆς ἵππου αὐτοῦ μεθύοντα κτείνας, ἐπὶ δύο ἐνιαυτοὺς βασιλεύσαντα, τήν τε βασιλείαν ἀφείλετο, καὶ τὸ γένος ἅπαν τοῦ Βαασὰν ἐξωλόθρευσεν. Ἡ δὲ τῶν Ἰσραηλιτῶν στρατιὰ πολιορκοῦσα τὴν Γαβαθὼν, μαθοῦσα ὅτι Ζαμβρῆς κτείνας τὸν Ἠλὰ ἐβασίλευσε, τὸν οἰκεῖον στρατάρχην Ζαμβρῆν ἐν τῇ παρεμβολῇ ἀνηγόρευσε, καὶ τὴν πόλιν Θερσὰ μετ' αὐτοῦ προκαταλαβοῦσα, κρατεῖ ταύτης. Ζαμβρῆς δὲ, ὁ πρότερος, εἰς τὸ μυχαίτατον τῶν βασιλείων εἰσδὺς, καὶ ἐμπρήσας D αὐτὸ, συνδιέφθειρεν ἐκείνῳ καὶ ἑαυτὸν ἑπτὰ ἡμέρας τὴν ἀρχὴν κατασχών. Εἶτα μερίζεται ὁ λαὸς, καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ τὸν Ζαμβρῆν ᾕρεῖτο, τὸ δ' ἕτερον τὸν Θαμνῆν. Ἀλλ' ὑπερισχύσαντες οἱ τοῦ Ζαμβρῆ, καὶ ἀνελόντες τὸν Θαμνῆν, ἀστασίαστον τὴν ἀρχὴν τῷ Ζαμβρῇ περιεποιήσαντο. Ὃς πρότερον μὲν ἐν Θερσᾷ διῆγε βασιλεύων, ἔπειτα δ' ἐν Μαρεώνῃ τῷ ὄρει, ἐν ᾧ πόλιν ἐδομήσατο, ἣ Σαμάρεια κέκληται, αὐτοῦ Σαμαραιὸν τὸ ὄρος καλέσαντος εἰς ὄνομα Σεμειρῶν,

A exoratus, se non deleturum illos, sed dediturum hostibus, respondit. Itaque susceptus a Roboamo per conditiones Ægyptius, rupto fœdere, et sacros et regios thesauros spoliat, et aurea arma a Salomone facta, et aureas hastas a Davide dedicatas omnes rapit. Moritur Roboamus anno ætatis quinquagesimo septimo, regni decimo septimo, successore relicto filio Abio, cui bellum intulit Jeroboamus, cum et Roboamum perpetuo armis lacessisset. Abius autem impetu ejus non reformidato, sed domesticis illi copiis oppositis, celebrem victoriam reportavit, ut Jeroboamus in aciem descendere postea non auderet. Mortuus est Abius, cum triennium regnasset Hierosolymis, homo in Deum impius. B Asa vero, filius ejus, regno suscepto, divina instituta observavit, exemplo Davidis principis familiæ suæ. Mortuus est et Jeroboamus, exactis in imperio annis duobus supra viginti. Ei successit Nabat filius, homo et ipse ad exemplum patris impius: qui, dum Gabaton urbem barbaram oppugnat, per insidias Baasæ filii Achiæ occiditur, anno regni secundo. Baasas vero, regni Israelitici potitus, omne Jeroboami genus exstirpavit, vir et ipse Jeroboamo nihilo observantior legum, et populo delinquendi auctor. Quare Deus per prophetam Jebum ei comminatur, se ejus quoque familiam, ut Jeroboami, excisurum. Mortuus est et hic anno regni vicesimo quarto, Ela filio regni successore relicto, quem anno imperii secundo Zambres, ejus magister C equitum, occidit ebrium, regnoque occupato, universum Baasæ genus delevit. Cæterum Israeliticus exercitus, dum Gabaton obsidet, audito Zambris facinore et occupatione regni, Zambrem alium, ducem suum, qu in castris erat, regem salutat, et urbem Thersam ductu illius occupatam obtinet. Quare prior ille Zambres in intimam regiam sese recipit, eaque incensa, una conflagrat, cum septem dies imperium tenuisset. Facta post hoc populi secessione, alii Zambrem eligunt, alii Thamnim. Verum Zambrea factio viribus superior, Thamni
90 sublato, regnum Zambri tranquillum tradiderunt. Is principio Thersæ regnavit. Deinde Mareone monte occupato, urbem condidit nomine Samariam, cum ipse monti nomen Samarei indidisset, D de nomine Semeri, a quo eum emerat. Vicit hic improbitate superiores reges. Mortuus est Samariæ anno regni duodecimo, quod ad Achabum ejus filium devenit. Sic Israelitarum reges, alius post alium, ob patrias leges violatas, exiguo tempore perierunt. Asa vero, rex Hierosolymorum, Dei amans, regem Æthiopum cum magnis copiis invadentem, Deo adjutore invocato, aggressus, multos hostium occidit, reliquos in fugam versos persequitur, castra diripit, multis et ipse et populus spoliis

Variæ lectiones et notæ.

(60) *Ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ*. Hæc addidimus ex ms. cod.

(61) *Τὸν Θαμνῆν*. Ita codd. mss. Wolfius Θαμνί.

(62) *Σέμειρον*. Ita reposuimus ex mss. pro Σεβηρῶν, uti ediderat Wolfius. Josephus Σέμαρον habet.

auctus. Reducenti exercitum regi propheta Azarias occurrit, victoriæ Deum et ipsi et populo propter justitiæ cultum auctorem exstitisse affirmat: quod si virtutem colerent, in posterum etiam fore felices: sin Dei mandata neglexissent, multis ærumnis conflictaturos. Asa igitur vita pie acta, et longam senectutem adeptus, obiit anno regni primo et quadragesimo, filio Josaphato relicto successore.

A ἀφ' οὗ τοῦτο ἐπρίατο. Χείρων τῶν πρὸ αὐτοῦ γεγονὼς, καὶ κατέστρεψε τὴν ζωὴν ἐν Σαμαρείᾳ δώδεκα βασιλεύσας ἐνιαυτούς. Ἡ δὲ βασιλεία περιῆλθεν εἰς Ἀχαὰβ τὸν υἱὸν αὐτοῦ. Οἱ μὲν οὖν τῶν Ἰσραηλιτῶν βασιλεῖς ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ διὰ τὴν παρανομίαν αὐτῶν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ διεφθάρησαν. Ἀσὰ δὲ ὁ τῆς Ἱερουσαλὴμ βασιλεὺς θεοφιλὴς ἦν· οὗ τῷ δεκάτῳ τῆς βασιλείας ἔτει ὁ βασιλεὺς Αἰθιόπων στρατεύει κατ' αὐτοῦ μετὰ βαρείας δυνάμεως. Ὁ δὲ τὸν Θεὸν σύμμαχον ἐπεκέκλητο, καὶ συμπλακεὶς τοῖς Αἰθίοψι, πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε· τοὺς δὲ λοιποὺς φυγόντας ἐδίωξε, καὶ τὴν παρεμβολὴν ἐκείνων διήρπασε, καὶ πολλὰ αὐτὸς καὶ ὁ λαὸς ἐκομίσαντο λάφυρα. Ἀναζευγνύντι δὲ τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ στρατιᾷ ὁ προφήτης Ἀζαρίας ὑπαντήσας, τῆς νίκης τὸν Θεὸν εἶναι αὐτῷ δοτῆρα εἶπε, καὶ τῷ λαῷ, δικαιοσύνης ἐπιμελουμένοις. Καὶ μετιοῦσι μὲν ἀρετὴν εὐδαιμονίας καὶ εἰσέπειτα ἐπηγγείλατο· τῶν δὲ τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν κατολιγωρήσασι, πολλὰ συμβήσεσθαι λυπηρά. Ἀσὰ τοίνυν, ἐν εὐσεβείᾳ τὴν ζωὴν ἀνύσας, καὶ εἰς γῆρας καταντήσας βαθὺ, τέθνηκε, βασιλεύσας ἐνιαυτοὺς ἐφ' ἑνὶ τεσσαράκοντα, Ἰωσαφὰτ οἰκείῳ υἱῷ τὴν ἡγεμονίαν καταλιπών.

XIII. Achabus autem Samariæ regiam incolens, antecessoribus suis impietate superior, ab uxore Jezabele magis etiam ad improbitatem exstimulabatur. Erat illa regis Tyri et Sidonis filia, muliercula ferox et audax, quæ Belo deo suo ædem condidit et lucum consecravit, sacerdotibus etiam et pseudoprophetis institutis. Elias autem urbe Thesba ortus, perversam regis et populi religionem animo iniquissimo ferens, Achabo ait: *Ita vivit Dominus, ut pluvia non descendet, nisi ad preces meas.* Hæc elocutus, ex mandato Dei ad torrentem Chorath abiit, ubi a corvis alebatur, qui mane panes, vesperi carnes illi afferebant; potum præbebat torrens: quo exsiccato, Sarephtham Deo monente abit, urbem intra Tyrum et Sidonem sitam: ante quam, cum in mulierem quamdam incidisset, orat ut aquam sibi afferat: quæ dum abit, ut panem etiam afferat petit. Illam jurantem sibi pugillum duntaxat farinæ unum esse, et pauxillum olei, proinde se abire ad colligenda sarmenta, ut exiguum cibum sibi et liberis paret, quo absumpto, fame perituri sint
91 et ipsi, propheta bono animo esse jubet: neque farinæ cistam, neque olei ampullam defecturam esse, donec pluvia descendisset. Illa igitur et prophetam hospitem, et se et liberos suos exigua illa farina alit, donec fames præterisset. Cæterum filio suo ex morbo defuncto, in prophetam blasphemat; sed ille mortuum sibi puerum dari jubet: quem in cœnaculum, in quo ipse diversabatur, allatum, in suo lectulo collocat, invocatoque Deo, et cadavere ter afflato, puerum matri gratias agenti viventem restituit. Post hæc Eliæ mandat Deus, ut Achabo prædicat fore pluviam. Invalueral autem Samariæ et in tota provincia fames. Achabus itaque cum Abdia œconomo suo, viro bono, exibat quæsitum equis suis pabulum, aliam ipse viam, aliam Abdias ingrediens, investigantes an in fontibus aut torrentibus alicubi gramen invenirent. Abdiæ obviam fit Elias, seque regi indicari jubet. At ille eum accurate ab Achabo ad cædem quæri respondet, monens ut se occultet: ac centum prophetas a se clam ali et conservari, cæteris omnibus a Jezabele interfectis. Elia vero jurante, se illo die in Achabi con-

ΙΓ'. Ἀχαὰβ δὲ ἐν Σαμαρείᾳ ἐκέκτητο τὰ βασίλεια, τοὺς πρὸ αὐτοῦ παραδραμὼν εἰς ἀσέβειαν, καὶ ὑπὸ τῆς γυναικὸς Ἰεζάβελ μᾶλλον εἰς κακίαν προβιβασθεὶς, ἣ τοῦ βασιλέως μὲν Τύρου καὶ Σιδῶνος θυγάτηρ ἦν, ἰταμὸν δὲ καὶ τολμηρὸν γύναιον. Αὕτη
B ναὸν τῷ οἰκείῳ θεῷ τῷ Βὴλ ἐδωρήσατο, καὶ ἄλσος ἐφύτευσε, καὶ ἱερεῖς αὐτῷ, καὶ ψευδοπροφήτας κατέστησεν. Ἠλιοὺ δὲ ὁ προφήτης ἐκ πόλεως Θέσβης, ζηλώσας ἐπὶ ταῖς ἀσεβείαις τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ λαοῦ, εἶπε πρὸς Ἀχαὰβ· *Ζῇ Κύριος, εἰ ἔσται ὑετὸς, εἰ μὴ διὰ λόγου μου.* Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἀπῆλθεν ἐν τῷ χειμάῤῥῳ Χορὰθ κατ' ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ· ἔνθα παρὰ κοράκων ἐτρέφετο, ἄρτους αὐτῷ κομιζόντων πρωῒ, καὶ κρέας τὸ δειλινόν· τὴν δὲ πόσιν αὐτῷ ἐχορήγει ὁ χείμαῤῥος· οὗ ξηρανθέντος, εἰς Σαρεφθὰ πόλιν οὖσαν μεταξὺ Σιδῶνος καὶ Τύρου τῷ Θεῷ πειθόμενος ἄπεισι, καὶ πρὸ τῆς πόλεως γυναικί τινι ἐντυχὼν, ὕδωρ αὐτῷ κομίσαι ἱκέτευεν. Ὡς δ' ἐπορεύετο ἡ γυνὴ, καὶ ἄρτον αὐτῷ ἐνεγκεῖν ἠξίου. Ἡ δὲ μιᾶς δρακὸς ἀλεύρου ἐξώμνυτο εὐπορεῖν, καὶ
C βραχυτάτου ἐλαίου, καὶ συλλέξασα ξυλάρια ἀπιέναι ποιήσουσα μικρὰν τροφὴν ἑαυτῇ καὶ τοῖς παισίν, ἧς ἐκλιπούσης καὶ αὐτοὺς λιμῷ ἐκλιπεῖν. Ὁ δὲ προφήτης θαῤῥεῖν αὐτῇ ἐγκελεύεται· μηδὲ γὰρ ἐκλείψειν ἄλευρον ἐκ τοῦ ἀγγείου τοῦ τοῦτο φέροντος, μηδ' ἔλαιον ἐκ τῆς ληκύθου, ἕως γένηται ὑετός. Ἡ δὲ, πορευθεῖσα, τόν τε προφήτην παρ' αὐτῇ ξενισθέντα, καὶ ἑαυτὴν, καὶ τὰ τέκνα ἐκ τοῦ βραχίστου ἐκείνου ἀλεύρου ἔτρεφεν, ἕως ὁ λιμὸς παρελήλυθε. Νοσήσαντος δὲ τοῦ υἱοῦ τῆς γυναικὸς ταύτης, καὶ θανόντος, ἐβλασφήμει κατὰ τοῦ προφήτου ἐκείνη. Ὁ δὲ δοθῆναι αὐτῷ τὸ τεθνηκὸς παιδίον ᾔτησε. Καὶ λαβὼν, εἰς τὸ ὑπερῷον ἔνθα ᾤκει ἀνήνεγκε, καὶ ἔθετο ἐπὶ τῆς κλίνης αὐτοῦ· καὶ τὸν Θεὸν ἱκετεύσας, τρισσάκις ἐνεφύσησε τῷ νεκρῷ, καὶ ἀνέζησε, καὶ ἔδωκε τὸν
D παῖδα ζῶντα τῇ γειναμένῃ· ἡ δ' ηὐχαρίστει. Καὶ μετὰ ταῦτα ἐνετείλατο τῷ Ἠλιοὺ ὁ Θεὸς πορευθῆναι, καὶ προειπεῖν Ἀχαὰβ, ὡς ἔσται ὑετός. Ὁ δὲ λιμὸς ἐπὶ Σαμάρειαν καὶ τὴν χώραν ἅπασαν κεκραταίωτο. Ἀχαὰβ δὲ τὸν οἰκονόμον αὐτοῦ ἄνδρα χρηστὸν παραλαβὼν, ἀπῄει εἰ εὕροι τοῖς ἵπποις χιλόν. Καὶ ὁ μὲν ἄλλην ἀπῄει ὁδὸν, ἑτέραν δὲ Ἀβδιοὺ, ἐρευνῶντες ποῦ ἂν εὕροιεν χόρτον ἐν πηγαῖς ἢ χειμάῤ-

ρης. Συναντᾷ τοίνυν τῷ Ἀβδιοὺ ὁ Ἠλίας, καὶ ᾔτει τῷ βασιλεῖ μηνύειν αὐτόν. Ὁ δὲ καὶ μάλα ζητεῖσθαι παρὰ τοῦ Ἀχαὰβ ἔλεγεν αὐτὸν, ἵνα ἀνέλοι, εἰ εὕροι. Καὶ κρύπτεσθαι συνεβούλευεν, ἔλεγέ τε καὶ αὐτὸς ἑκατὸν προφήτας κρύπτειν καὶ τρέφειν, καὶ σώζειν οὕτω, τοὺς ἄλλους πάντας τῆς Ἰεζάβελ ἀνῃρηκυίας. Ὁ δὲ ὤμοσε κατ' ἐκείνην ὀφθήσεσθαι τὴν ἡμέραν τῷ Ἀχαάβ. Ἀπῆλθεν οὖν Ἀβδιοὺ, καὶ ἀπήγγειλε περὶ τοῦ Ἠλία τῷ βασιλεῖ. Καὶ ἰδὼν τὸν προφήτην ἐκεῖνος, *Εἰ αὐτός ἐστιν*, ἤρετο, *ὁ διαστρέφων τὸν Ἰσραήλ; Ἠλίας δὲ, Σὺ μᾶλλον*, εἶπε, *καὶ οἶκος τοῦ πατρός σου διαστρέφετε τὸν λαὸν καταλιπόντες τὸν Κύριον, καὶ ψευδεῖς τιμῶντες θεούς. Ἀλλ' ἄθροισον εἰς τὸ Καρμήλιον τὸν λαὸν, καὶ τοὺς σοὺς προφήτας, καὶ τοὺς τῆς γυναικός.* Πάντων δὲ συνελθόντων, εἶπεν Ἠλίας, ὡς *Ἐγὼ μόνος ὑπολέλειμμαι τοῦ Θεοῦ προφήτης· οἱ δὲ ψευδοπροφῆται σφόδρα πολλοί. Δότε οὖν μοι μόνῳ βοῦν, καὶ αὐτοῖς ἅπασιν ἕτερον, καὶ θύσαντες τοὺς βόας, ἐπιθῶμεν ξύλοις τὰ θύματα· πῦρ δέ γε μὴ ἐπενέγκωμεν· καὶ ἕκαστος ἐπικαλείσθω τὸν οἰκεῖον Θεὸν, καὶ ὑφ' οὗ ἂν αὐτόματον πῦρ ἐκλάμψῃ, καὶ κατακαύσῃ τὰ ξύλα τε καὶ τὰ θύματα, ἐκεῖνος λογιζέσθω Θεὸς ἀληθής.* Ἐπῄνεσε τὸ πλῆθος τοὺς λόγους, καὶ ἐποίησαν οὕτως οἱ ἱερεῖς τῆς αἰσχύνης, καὶ θύσαντες τὸν μόσχον, καὶ ἐπιθέντες ξύλοις ἄνευ πυρὸς, ἐπεκαλοῦντο τὸν Βαὰλ πρωΐθεν εἰς μεσημβρίαν. Μυκτηρίζων δὲ αὐτοὺς ὁ προφήτης, μέγα βοᾷν αὐτοῖς συνεβούλευε, μή ποτε καθεύδῃ αὐτοῖς ὁ θεὸς, ἢ τις ἀσχολία αὐτῷ ἐστιν. Ὡς δ' οὐδὲν ἐκείνοις δεομένοις πολλὰ ἐπεραίνετο, ὁ προφήτης δώδεκα λίθους λαβὼν καθ' ἑκάστην φυλὴν, ᾠκοδόμησε θυσιαστήριον, ὤρυξε δεξαμενὴν, ἐστοίβασε τὰς σχίδακας ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, καὶ αὐταῖς τὰ ἱερεῖα ἐπενεγκὼν, ὕδωρ ἐπιχυθῆναι τῷ θυσιαστηρίῳ ἐκέλευσεν, ὥστε καὶ τὴν δεξαμενὴν πληρωθῆναι. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἐπεκαλέσατο τὸν Θεὸν, καὶ πῦρ οὐρανόθεν ἐπὶ τὸν βωμὸν κατενήνεκτο, πάντων ὁρώντων, καὶ τὴν θυσίαν, καὶ τὰ ξύλα καὶ τοὺς λίθους κατέφαγε, τὸ ὕδωρ τε καὶ τὸν χοῦν. Ὁ λαὸς δ' ἐκπλαγεὶς ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν, ἕνα Θεὸν ἀληθῆ τε καὶ μέγαν ὁμολογοῦντες. Καὶ συλλαβόντες τοὺς ψευδοπροφήτας, ἀπέκτειναν, τοῦ προφήτου κελεύσαντος. Εἶπε δὲ τῷ βασιλεῖ, ὡς ὕσει μετὰ μικρὸν ὁ Θεός. Καὶ γέγονε κατὰ τὴν πρόῤῥησιν αὐτοῦ ῥαγδαῖος ὄμβρος. Ἀπειλησάσης δὲ τῆς Ἰεζάβελ ἀνελεῖν τὸν Ἠλίαν, φοβηθεὶς ὁ προφήτης, ἔφυγεν καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ γενόμενος ἀθυμῶν ἀποθανεῖν ἱκέτευε τὸν Θεόν. Κοιμηθεὶς δὲ, διυπνίσθη παρά τινος ἀναστῆναι, καὶ φαγεῖν αὐτῷ ἐπιτρέποντος. Ὁρᾷ δὲ καὶ ὀλυρίτην ἄρτον ἐκεῖ, καὶ ὕδωρ. Καὶ φαγὼν, ἐκοιμήθη πάλιν, καὶ αὖθις ὁ ἄγγελος φαγεῖν αὐτῷ ἐγκελεύεται, ὡς πολλῆς αὐτῷ προκειμένης ὁδοῦ. Καὶ πάλιν δὲ φαγὼν καὶ ἐνισχύσας ἐκ τῆς τροφῆς ἐκείνης, ἐπορεύθη ἡμέρας τεσσαράκοντα. Καὶ γενόμενος ἐν τῷ ὄρει Χωρὴβ, εἰσῆλθεν εἰς σπήλαιον, καὶ φωνῆς ἤκουσε· *Τί παραγέγονας ἐνταῦθα;* Ὁ δὲ ἔφη· *Ὅτι ζηλώσας ἔκτεινα τοὺς προφήτας τῆς Ἰεζάβελ, ἡ δὲ ζητεῖ με κτανεῖν.* Ὁ δὲ χρηματίζων εἶπεν αὖθις αὐτῷ· *Ἔξελθε αὔριον, καὶ στῆθι ἐνώπιον Κυρίου.* Καὶ ἐποίησεν οὕτως καὶ αἰσθάνεται πνεύματός τε καὶ συσσεισμοῦ, καὶ ὁρᾷ καιόμενον πῦρ. Εἶτα λεπτῆς αὔρας γενομένης.

spectum venturum, præsentiam ejus regi nuntiat. Quo ille conspecto: *Num tu*, inquit, *is es, qui depravat Israelem?* Cui Elias: *Tu potius*, inquit, *et domus patris tui, populum depravatis, relicto Domino, falsos deos venerantes. Verum populum, et tuos uxorisque tuæ prophetas in montem Carmelum convocato.* Quibus omnibus congressis, Elias ait: *Ego solus Domini propheta superstes: pseudoprophetæ autem plurimi sunt. Sed date soli mihi bovem, et illis omnibus alterum, quibus immolatis, victimas lignis imponamus, igne non adhibito, ac suum quisque Deum invocato. A quo autem ignis ultro effulserit, et ligna cum victimis cremarit, is verus judicetur Deus.* Hac oratione a populo collaudata, cum ignominiæ sacerdotes ita fecissent, et, vitulo mactato ac sine igne lignis imposito, Baalem a diluculo usque ad meridiem invocassent, propheta per derisum eos hortatur, ut magnum vociferarentur, si forsitan dormitaret illorum deus, aut aliis negotiis esset occupatus. Cum autem assidue flagitando nihil proficerent, propheta duodecim saxis pro tribuum numero sublatis, altare **92** struxit, scrobem effodit, ligna in altari digessit, victimas imposuit, aquam in altare effundi jussit, ut scrobs etiam impleretur. His peractis, invocato Numine, ignis videntibus omnibus de cœlo in aram delatus, et victimas et lapides una cum aqua et pulvere consumpsit. Quo portento consternatus populus, pronus in terram cecidit, unum esse Deum verum et magnum confitentes: et jussu prophetæ, manibus in impostores illos vates injectis, omnes occiderunt. Deinde regi dicit Elias, Deum paulo post missurum pluviam. Itaque factum est, ut prædixerat, et imber vehemens erupit. Sed Jezabele mortem illi comminata, propheta territus fugit, et in deserto agens desperabundus, mortem a Deo expetit: sopitusque a quodam excitatur, jubente surgere et vesci. Videt autem panem siligineum illic et aquam. Cum edisset, rursus obdormiit. Angelus denuo eum vesci jubet, quod ei magnum iter instet. Rursus igitur cibo sumpto, et recuperatis ex eo viribus, diebus quadraginta ambulat, et in Chorebum montem profectus, antrum ingreditur. Ibi voce audita: *Cur eo venisti?* respondet: *Cum Dei studio vates Jezabelis occiderim, illa me ad necem quæritat.* Tum is cujus vocem audierat denuo illi ait: *Cras egressus, stato coram Domino.* Cum ita fecisset, ventum sentit et concussionem, et ignem ardentem videt. Deinde levi aura exorta, ex ea vocem audit quæ reverti jubebat, et Asahelem Syriæ regem inungere, et Jehum regem Israelis, et Elisæum suo loco prophetam, qui impios deleturi essent. Regressus Elias, quemadmodum jussus fuerat, Elisæum arantem invenit: cui cum vellus suum injecisset, ille, relictis omnibus, cum sequitur, ad vaticinandi munus evectus.

ἀκούει φωνῆς ἐκεῖθεν, ἀνατρέψαι κελευούσης αὐτῷ, καὶ χρίσαι βασιλέα τῆς Συρίας τὸν Ἀζαὴλ, καὶ τὸν Ἰηοὺ βασιλέα τῷ Ἰσραὴλ, καὶ τὸν Ἐλισσαιὲ εἰς προφήτην ἀνθ' ἑαυτοῦ, οἱ τοὺς ἀσεβεῖς ὀλοθρεύσουσιν. Ὑποστρέψας δὲ Ἠλίας ὡς ἐκελεύσθη, εὗρε τὸν Ἐλισσαῖον ἀροτριοῦντα, καὶ ἐπέῤῥιψεν αὐτῷ τὴν μηλωτὴν αὐτοῦ. Ὁ δὲ, καταλιπὼν πάντα, ἠκολούθησεν αὐτῷ προφητεύειν ἀξιωθείς.

XIV. Interim Achabus, vineam Nabothi suis agris conterminam vel emere vel permutato accipere cupiens, recusante possessore, in animi ægritudinem incidit. Cujus Jezabel edocta causam, sub nomine regis litteras ad proceres regionis, in qua Nabothus habitabat, conscribit, quibus illum accusare jubebantur, ut in Deum et regem contumeliosis verbis usum, ac, falsis testibus subornatis, lapidare. Eas litteras, regio sigillo appresso, ad illos mittit: **93** qui, jussa exsecuti, Nabothum lapidibus obruerunt. Quo facto, Jezabel Nabothi vineam occupare Achabum jubet: qui, etsi cædem illius ægre ferebat, tamen vineæ hæreditatem adiit. Itaque Elias ad illum missus a Deo: *Quia*, inquit, *Nabothum occidisti, vineæ illius obtinendæ ergo, propterea ait Dominus: Quo in loco sanguinem illius linxerunt canes, eodem in loco tuum uxorisque tuæ sanguinem lingent canes, et meretrices in sanguine tuo lavabunt, omnisque familia tua exstirpabitur.* Quibus verbis vehementer contristatus Achabus, lamentatus est, indutoque sacco jejunavit, facinora sua detestans. Ea regis pœnitentia motus, Deus prophetæ significat, se pœnas quas comminatus esset non ab illo expetiturum, sed temporibus filii ejus illa facturum esse. Post hæc Aderis filius, Syriæ rex, cum magnis copiis et multis auxiliaribus, Samaria obsidione cincta, legatos ad Achabum mittit, qui ei dicerent: *Divitiæ tuæ, et uxores tuæ, et liberi tui mea sunt: bello enim ea capiam. Si vero mihi quæcunque voluero concesseris, soluta obsidione discedam.* Achabus ad hæc: *Et ego*, inquit, *et mei omnes tui sumus:* ac convocatis imperii sui senioribus, hostis legationem exponit. Sed populo eum a deditione dehortato, legatis respondet, se quæ postularentur facere non posse. Eo Syriæ rex nuntiato iratus, vallo urbem circumdari et aggeribus cingi jubet. Cum autem vates quidam Achabo dixisset, se traditurum illi hostes cum pueris ducum eos invadenti, numerus eorum inventus est ducenti triginta duo, cum quibus circa meridiem, convivantibus et nebriatis hostibus, est egressus. Eos cum Syriæ rex vidisset, ministris suis imperat, ut ad se vinctos adducerent. Verum pueri, illos aggressi, multos occiderunt: quos pone secutæ copiæ Israeliticæ, derepente facto impetu, Syros in fugam conjecerunt, adeo ut ipse rex eorum vix elaberetur. Inde reversus Achabus, direptis hostium castris, Samariam redit. Cui propheta Syrorum aggressionem denuo prædicit. Itaque instante vere, Syrus Israelitis denuo bellum infert, castris in planitie positis, cum e suis audisset, Hebræorum Dei vires in montibus vigere, in vallibus non item. Verum propheta denuo promittit victoriam Achabo: *Ut*, inquit, **94** *in vallibus etiam suam potentiam demonstret Deus.* Cæteris

ΙΔ'. Ἀμπελῶνα δὲ πλησίον τῶν ἀγρῶν τοῦ βασιλέως Ἀχαὰβ κεκτημένος ὁ Ναβουθαὶ, ἠξιοῦτο πωλῆσαι αὐτὸν τῷ βασιλεῖ, ἢ ἀνταλλάξαι. Ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο, καὶ ὁ βασιλεὺς διὰ τοῦτο λελύπητο. Μαθοῦσα δὲ Ἰεζάβελ τῆς λύπης τὸ αἴτιον, γραφὴν ἐποιήσατο ὡς ἐξ Ἀχαὰβ εἰς τοὺς προέχοντας τῆς χώρας, ἐν ᾗ κατῴκει ὁ Ναβουθαὶ, ἐγκελευομένην αὐτοῖς κατηγορῆσαι τοῦ ἀνδρὸς ὡς βλασφημήσαντος κατὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ βασιλέως· καί τινας παρασκευάσαι καταμαρτυρῆσαι αὐτοῦ, καὶ καταλιθάσαι αὐτόν. Ταύτην γραφὴν τῇ σφραγῖδι τοῦ βασιλέως ἐπισημηναμένη, ἔστειλε πρὸς τοὺς ἄνδρας. Κἀκείνων ποιησάντων ὡς ἐνετάλθησαν, ὁ μὲν Ναβουθαὶ κατελεύσθη καὶ τέθνηκεν· Ἡ δ' Ἰεζάβελ κληρονομῆσαι τὸν ἀμπελῶνα τοῦ Ναβουθαὶ τῷ Ἀχαὰβ ἐνετέλλετο, θανόντος ἐκείνου. Ὁ δὲ ἐλυπήθη διὰ τὸν φόνον, τὸν ἀμπελῶνα δὲ ᾠκειώσατο. Καὶ Ἠλίας, κελεύσαντος τοῦ Θεοῦ, ἀπῄει πρὸς Ἀχαὰβ, λέγων, *Ὅτι ἐφόνευσας τὸν Ναβουθαὶ διὰ τὸ σχεῖν τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ, διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος· Ἔνθα οἱ κύνες τὸ ἐκείνου ἔλειξαν αἷμα, ἐκεῖ καὶ τὸ σὸν αἷμα καὶ τὸ τῆς γυναικός σου λείξουσι, καὶ αἱ πόρναι λούσονται ἐν τῷ αἵματί σου, καὶ ἅπαν τὸ γένος σου ἐξολοθρευθήσεται.* Ἀχαὰβ δ' ἐπὶ τούτοις κατανυγεὶς, ἔκλαυσε, καὶ σάκκον περιεβάλετο, καὶ ἐνήστευσεν, ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις μεταμελόμενος. Καὶ ὁ Θεὸς διὰ τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ μὴ ἐπάξειν αὐτῷ τὰ ἠπειλημένα ἐδήλωσε τῷ προφήτῃ, ἀλλ' ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ παιδὸς αὐτοῦ ταῦτα τελέσειν. Ὁ δὲ τοῦ Ἄδερ υἱὸς βασιλεὺς Συρίας ἐστράτευσεν ἐπὶ Σαμάρειαν μετὰ βαρείας δυνάμεως καὶ συμμάχων πολλῶν. Καὶ πολιορκῶν αὐτὴν, ἔπεμψε πρὸς Ἀχαὰβ, λέγων, ὅτι *Ὁ πλοῦτός σου καὶ αἱ γυναῖκές σου, καὶ τὰ τέκνα σου, ἐμά ἐστι· λήψομαι γὰρ πολέμῳ αὐτά. Ἂν δ' ὅσα βούλωμαι παραχωρήσῃς μοι λήψεσθαι, λύσω τὴν πολιορκίαν, καὶ ἀπελεύσομαι.* Ἀχαὰβ δὲ, *Κἀγὼ*, ἔφη, *καὶ οἱ ἐμοὶ πάντες σοί ἐσμεν.* Καὶ συναθροίσας τοὺς πρεσβυτέρους τῆς γῆς, ὅσα πρὸς αὐτὸν διεπέμψατο ὁ πολέμιος ἀνεδίδαξε. Τὸ δὲ πλῆθος μὴ πεισθῆναι αὐτῷ συνεβούλευσεν. Ὁ δὲ τοῖς πρέσβεσι τῶν πολεμίων εἶπε, μὴ δύνασθαι ποιῆσαι τὸ ἀπαιτούμενον. Τοῦτο ἀγγελθὲν τῷ βασιλεῖ τῆς Συρίας, εἰς ὀργὴν ἐκεῖνον ἐκίνησε, καὶ χάρακα βαλεῖν περὶ τὴν πόλιν, καὶ χώματα ἐγείρειν ἐκέλευσε. Προφήτου δέ τινος τῷ Ἀχαὰβ φήσαντος παραδιδόναι τὸν Θεὸν τοὺς πολεμίους αὐτῷ μετὰ τῶν παιδαρίων τῶν ἡγεμόνων ἐπιόντι αὐτοῖς, ἠρίθμησε τὰ παιδάρια, καὶ εὗρε διακόσια τριάκοντα δύο. Τῶν δὲ πολεμίων εὐωχουμένων, καὶ μεθυόντων κατὰ μεσημβρίαν, ἐξῆλθεν ὁ Ἀχαὰβ παραλαβὼν τὰ παιδάρια. Ὁ βασιλεὺς δὲ Συρίας, ἰδὼν αὐτοὺς, δεδεμένους τοὺς προσιόντας παραστῆσαι αὐτῷ τισι τῶν οἰκείων προσέταξεν. Οἱ δὲ παῖδες, τοῖς ἐπιοῦσι προσμίξαντες, πολλοὺς ἀνεῖλον. Ἑπομένη δὲ ὄπισθεν τῶν παίδων ἡ πᾶσα δύναμις Ἰσραὴλ, ἐξαίφνης κατὰ τῶν Σύ-

ρων ὁρμήσασα, εἰς φυγὴν αὐτοὺς ἔτρεψεν, ὡς καὶ τὸν βασιλέα σφῶν μόλις φυγόντα σωθῆναι· καὶ ἀναστρέψας ἐκ τῆς διώξεως Ἀχαάβ, τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων διήρπασε, καὶ ἐπανῆλθε πρὸς τὴν Σαμάρειαν. Ὁ δὲ προφήτης αὖθις τοῦ Σύρου αὐτῷ προεῖπεν ἐπέλευσιν. Ἤδη δὲ ἐπιστάντος τοῦ ἔαρος, ἐπεστράτευσεν αὖθις ὁ Σύρος κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἐν πεδίῳ ἐσκήνωσεν. Εἶπον γὰρ αὐτῷ οἱ περὶ αὐτὸν ἐν ὄρεσι τὸν Θεὸν τῶν Ἑβραίων τὴν δύναμιν ἔχειν, οὐ μέντοι καὶ ἐν κοιλάσιν. Τοῦ δὲ προφήτου νίκην ἐπαγγελλομένου τῷ Ἀχαάβ, *Ἵνα*, φησὶ, *καὶ ἐν κοιλάσι τὴν ἰσχὺν ἐπιδείξηται ὁ Θεός*. Τὰς μὲν ἄλλας ἡμέρας ἡσύχαζον τὰ στρατόπεδα, τῇ δ' ἑβδόμῃ, μάχης συγκροτηθείσης, φεύγουσιν οἱ Σύροι· καὶ Ἀχαὰβ ἐδίωκε, καὶ ἀνῄρει αὐτούς. Πολλοὶ δὲ, περισωθέντες εἰς Ἄφεκκα τὴν πόλιν, ἐκεῖ διεφθάρησαν, τοῦ τείχους ἐπιπεσόντος αὐτοῖς. Ὁ δὲ τοῦ Ἄδερ υἱὸς μετά τινων ὀλίγων φυγὼν ἐκρύβη. Οἱ δὲ περὶ ἐκεῖνον, σάκκους ἐνδύντες, καὶ σχοίνους ταῖς κεφαλαῖς περιδήσαντες, προσῆλθον τῷ Ἀχαάβ, καὶ σώζειν τὸν αὐτῶν ἱκέτευον κύριον· ὁ δὲ κατένευσε. Κἀκεῖνοι προσήγαγον τὸν ἀρχηγὸν ἑαυτῶν ἐφ' ἅρματι ὀχουμένῳ τῷ Ἀχαάβ. Ὁ δὲ ἐπὶ τὸ ἅρμα λαμβάνει αὐτὸν, καὶ ἀσπάζεται, καὶ θαῤῥεῖν ἐγκελεύεται. Εἶτα ἐπὶ συνθήκαις ἀφῆκεν αὐτὸν ἀπελθεῖν, πολλὰ δωρησάμενος. Ὁ προφήτης δὲ Μιχαίας τινὰ τῶν ὁμοφύλων ἠξίου πατάξαι αὐτὸν κατὰ κεφαλῆς. Τοῦ δὲ μὴ πειθομένου, ὑπὸ λέοντος αὐτὸν παταχθῆναι προέφη, καὶ γέγονεν εἰς ἔργον ἡ πρόῤῥησις. Εἶθ' ἑτέρῳ τὴν αὐτὴν προσῆγεν ἀξίωσιν· πλήξαντος δ' ἐκείνου, καταδησάμενος τὴν κεφαλὴν προσῆλθε τῷ Ἀχαάβ, λέγων ἐπὶ φυλακῇ παραλαβεῖν παρὰ τοῦ ταξιάρχου αἰχμάλωτον, φυγόντος δ' ἐκείνου, τὸν ταξίαρχον ζητεῖν αὐτὸν ἀνελεῖν. Ὡς δὲ δίκαιον εἶναι τοῦτο εἶπεν ὁ Ἀχαάβ, λύσας ἐκεῖνος τὴν κεφαλὴν, ἐπεγνώσθη ὡς ὁ προφήτης Μιχαίας ἦν. Καὶ ἔφη τῷ Ἀχαάβ· *Ἐπεὶ τὸν βασιλέα Συρίας ἄνδρα ὀλέθριον ἀτιμώρητον ἀφῆκας, αὐτὸς ἀντ' ἐκείνου ἀποθανῇ, καὶ ὁ σὸς λαὸς ἀντὶ τοῦ λαοῦ ἐκείνου*. Ἐλυπήθη τούτων ἀκούσας ὁ Ἀχαάβ. Ἐπὶ δὲ τριετίαν εἰρήνην ἀγαγὼν, εἶτα βουληθεὶς τὴν πόλιν Ῥεμμάθ (63) ὡς αὐτῷ διαφέρουσαν ἀφελέσθαι τῶν Σύρων, ἠξίου καὶ τὸν βασιλέα τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸν Ἰωσαφὰθ συνεκστρατεῦσαι αὐτῷ. Κἀκεῖνος κατένευσε, καὶ συνεβούλευεν ἐρωτῆσαι τὸν Θεὸν διὰ τοῦ προφήτου, εἰ εὐδοκεῖ. Ἀχαὰβ δὲ, τοὺς ἑαυτοῦ προφήτας συγκαλεσάμενος, εἰ πορεύσεται πρὸς πόλεμον ἤρετο. Τῶν δὲ νίκην ἐπαγγελλομένων, ὁ βασιλεὺς Ἰωσαφὰτ προφήτην ἐζήτησε τοῦ Κυρίου. Ἀχαὰβ δὲ εἶναι μὲν ἔφη, προσωχθικέναι δ' ἐκείνῳ κακὰ προαγορεύοντι. Καὶ ὁ Ἰωσαφὰτ κληθῆναι αὐτὸν ἠξίου. Κληθέντα δὲ τὸν Μιχαίαν, ἠρώτα ὁ Ἀχαὰβ εἰ μαχήσεται, ἢ μή. Ὁ δέ· *Ἑώρακα τὸν Ἰσραὴλ*, ἔφη, *διεσπαρμένον ἐν τοῖς ὄρεσιν ὡς ποίμνιον ἀποίμαντον. Ὁ δὲ Κύριος εἶπέ μοι, τοὺς μὲν σωθήσεσθαι καὶ ἀναστρέψαι, σὲ δὲ μόνον πεσεῖσθαι ἐν Ῥεμμάθ.*

diebus exercitus quievere : septimo autem, prælio commisso, terga dant Syri : quos Achabus persequens, multos occidit, multi etiam Apheccam elapsi, ubi ruina murorum oppressi perierunt. Aderis porro filius cum paucis in fuga occultatur. Ejus satellites, induti saccis et funibus capita vincti, ad Achabum accessere, ut dominum suum conservaret supplicantes. Annuit rex : adducunt illi ducem suum ad Achabum curru vehentem : qui eum curru recipit, salutat, bono animo esse jubet. Deinde, fœdere icto, cum multis muneribus dimittit. Tum propheta Michæas a quodam popularium caput suum verberari jubet. Recusanti illi : *At te leo*, inquit, *verberabit*. Itaque factum est ut prædixerat. Cum idem alium jussisset, isque eum verberasset, obligato capite Achabum accessit : *A tribuno militum*, inquit, *captivus meæ custodiæ traditus, effugit, ob quod ille me ad necem quærit*. Id ubi justum esse Achabus pronuntiat, soluto capite Michæas agnitus, Achabo ait : *Quoniam Syriæ regem, hominem pestilentem, impune dimisisti, ipse illius loco morieris, et populus tuus pro illius populo.* His auditis rex turbatus est. Actaque pace per triennium, urbem Remmath, ut ad se pertinentem, Syris erepturus, a Josaphato Hierosolymitano rege petit ut una militet. Annuit ille, Deumque per prophetam consuli jubet, an expeditionem illam probet. Achabus prophetas suos convocat, an bellum sit ineundum rogat. Illis victoriam pollicentibus, Josaphatus etiam prophetam Domini quærit. Achabus esse quemdam respondet, sed sibi invisum esse, mala prædicere solitum. Josaphatus eum vocari jubet. Accersitum Achabus rogat, pugnandum sit, an non. Respondet ille : *Vidi Israelitas in montibus dispersos ut gregem sine pastore. Sed Dominus mihi dixit, illos quidem incolumes redituros, te vero solum Remmathæ casurum.* Hæc Michæa locuto, Achabus Josaphato : *Nonne dixi*, inquit, *eum mihi male ominaturum esse?* Sedechias autem quidam ex pseudoprophetis alapam dedit Michææ. Cui ille inquit : *Tu paulo post ex alio conclavi in aliud transibis, latebras quæritans.* Cæterum Achabus **95** Michæam in carcere custodiri jubet ad reditum suum. Tum ille : *Si tu*, inquit, *incolumis redieris, non locutus est per me Dominus.* Regibus jam profectis, etiam Syrorum rex aciem instruit, et suis mandat ne quem petant nisi solum Achabum. Is vero, habitu regio deposito, privatum sumpserat. Itaque Syrorum duces Josaphatum, regaliter cultum, Achabum esse putaverunt, eumque circumdederunt : sed cum non esse regem Israelitarum vidissent, reliquerunt. Achabus autem, sagitta ictus, cum lethale esse vulnus sensisset, auriga currum e pugna educere jusso, circa solis occasum moritur. Ejus obitu Syri cognito domum redierunt. Regis autem cadaver Samariam relatum

Variæ lectiones et notæ.

(63) *Ῥεμμάθ*. Ita cod. Colb. et LXX. Josephus Ἀράμανθαν habet. Wolfius Ῥύεμμαν ediderat.

A κυρεία σου εἰς τὰ πέρατα τῆς γῆς. (Μεγαλοσύνην δὲ τὴν τοῦ νοὸς ἐκάλεσεν ἔπαρσιν, καὶ τοῦ φρονήματος τὸ ὑπέρογκον.) *Ὅτι δὲ εἶδες Ἴρ ἅγιον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβαίνοντα*, τουτέστιν ἄγγελον θεῖον. *Τὸ γὰρ Ἴρ ἐξελληνιζόμενον τὸν ἐγρηγορότα δηλοῖ, δι' οὗ τὸ ἀσώματον ὑπαινίττεται. Ὁ γὰρ σῶμα περικείμενος ὕπνῳ δουλοῦται· ὁ τούτῳ δὲ μὴ δουλεύων ἀσώματον ἔχει φύσιν. Ὅτι τοίνυν τὸν ἐγρηγορότα*, φησὶν, *ἐκεῖνον εἶδες φωνήσαντα, ἐκκοπῆναι τὸ δένδρον, ἐαθῆναι δὲ τὴν φυὴν τῶν ῥιζῶν αὐτοῦ* (καὶ τὰ λοιπὰ), *ἔλπιζε τῆς βασιλείας μὲν ἐκπεσεῖν, καὶ τῆς πρὸς ἀνθρώπους κοινωνίας ἐκδιωχθῆναι, θηρίοις δὲ συναυλίζεσθαι, καὶ χόρτον ἐσθίειν, μὴ μέντοι πάντῃ στερηθῆναι τῆς βασιλείας, ἐπανασωθῆναι δέ σοι αὖθις αὐτήν.* B *Τοῦτο γὰρ εἶναι σημαντικὸν τὸ τὴν φυὴν τῶν ῥιζῶν ἐαθῆναι τοῦ δένδρου.* Τοιαύτην τῷ Ναβουχοδονόσορ ὁ Δανιὴλ τὴν ἐξήγησιν τοῦ ὁράματος ἐποιήσατο, καὶ γέγονε πάντα κατὰ τὸν θεῖον χρηματισμόν. Καὶ μανίαν νοσήσας ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνος διὰ τὸ ἀλαζονικόν τε καὶ ὑπερήφανον, καὶ ἐπὶ τῆς ἐρήμου διατρίψας ἑπταετίαν, οὐδενὸς ἐπιθεμένου τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, πάλιν ἀπολαμβάνει αὐτὴν, ἱλεωσάμενος τὸν Θεόν. Ἔτη δὲ τρία βασιλεύσας καὶ τεσσαράκοντα, τελευτᾷ. Μεμνῆσθαι δὲ αὐτοῦ ὁ Ἰώσηπος λέγει καὶ πολλοὺς τῶν ἀρχαίων ἱστορικῶν, τόν τε Βηρωσὸν, καὶ τὸν Μεγασθένη, καὶ τὸν Διοκλέα, καὶ τὸν Φιλόστρατον. Τούτου δὲ τελευτήσαντος, Εὐϊλὰδ Μαρωχὰδ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ πρεσβύτερος τὴν ἀρχὴν διαδέχεται. Ὃς αὐτίκα λύει μὲν τῶν δεσμῶν τὸν βασιλέα Ἰωακεὶμ, τὸν καὶ Ἰεχονίαν καλούμενον, ὃν καθειργμένον εἶχεν ὁ Ναβουχοδονόσορ, καὶ τιμῆς ἀξιοῖ· δίδωσι δὲ καὶ δωρεὰς αὐτῷ, καὶ ὁμοδίαιτον εἶχε διαπαντός.

scinderetur, et stirps radicum ejus relinqueretur, etc. *futurum est, ut regno excidas, et commercio hominum pulsus, inter bestias degas, gramine vescens. Regnum tamen non penitus amittes, sed in integrum restitutus, recipies: id enim significatur, stirpe radicum relicta.* Sic igitur visionem Nabuchodonosori Daniel exposuit, omniaque facta sunt secundum divinum oraculum: et rex furore percitus, ob arrogantiam et superbiam, post septem annos in desertis exactos, regnum interea a nemine occupatum recipit, placato Deo: et cum annos quadraginta tres regnasset, moritur. Hujus multos etiam ex veteribus historicis, Berosum, Megasthenem, Dioclem et Philostratum meminisse, Josephus refert. Huic defuncto, filius natu major Evilad Marochad in imperio succedit, qui regem Joachimum (idem et Jechonias **123** appellatur), a Nabuchodonosore in vinculis habitum, solvit, et honorifice tractat, muneribus afficit, et perpetuum convictorem habet.

Ε'. Καὶ τούτου δὲ παρελθόντος, εἰς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μετῆλθεν ἡ βασιλεία, Βαλτάσαρ καλούμενον· καθ' οὗ Κῦρος μετὰ Περσῶν τε καὶ Μήδων ἐστράτευσεν. C Οὗτος γοῦν πότον ποιήσας τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ, καὶ μετὰ τῶν παλλακῶν κατακείμενός τε καὶ μεθυσκόμενος, ἐκέλευσεν ἐνεχθῆναι τὰ σκεύη τὰ ἱερὰ, ἃ ἐξ Ἱεροσολύμων ὁ Ναβουχοδονόσορ ἐσύλησεν, καὶ τοῖς οἰκείοις θεοῖς ἀνατέθεικε. Κομισθέντων δ' ἐκείνων, οἷς ὁ πατὴρ αὐτοῦ οὐκ ἐχρήσατο, αὐτὸς ἐκέχρητο τούτοις, καὶ μεταξὺ πίνων ἐβλασφήμει κατὰ τοῦ Θεοῦ. Ὁρᾷ τοίνυν ἀστράγαλον ἐκ τοῦ τοίχου προϊόντα χειρὸς ἀνθρωπίνης, καὶ γράφοντα ἐπὶ τὸ κονίαμα τοῦ τοίχου, καὶ ἐξέστη, καὶ ἡ μορφὴ αὐτοῦ ἠλλοιώθη. Καὶ τοὺς Χαλδαίους καὶ τοὺς μάγους καλέσας, τὴν τῶν γραμμάτων ἀπῄτει δήλωσιν, καὶ ἀμοιβὰς μεγάλας δώσειν ἐκήρυξε τῷ σαφηνίζοντι τὴν σημασίαν αὐτῶν. Ἀλλ' ἦσαν ἄγνωστα πᾶσι τὰ γεγραμμένα. D Ἀθυμοῦντα δὲ τὸν βασιλέα καὶ τεταραγμένον ἰδοῦσα ἡ μάμμη αὐτοῦ, ἔφη, ὡς εἰ μεταπεμφθῇ Βαλτάσαρ ὁ Ἰουδαῖος, ὃς καὶ τῷ Ναβουχοδονόσορ πολλὰ ἐσήμανεν, ἃ ἕτερος ἐκφράσαι οὐδεὶς ἠδύνατο, ἐκεῖνός σοι τὸ ἀπόῤῥητον τούτων τῶν συλλαβῶν σημανεῖ· ἔστι γὰρ Πνεῦμα ἅγιον Θεοῦ ἐν αὐτῷ. Αὐτίκα τοίνυν καλέσας τὸν Δανιὴλ ὁ κρατῶν, ἠξίου δηλοῦν αὐτῷ περὶ τῶν γραμμάτων, καὶ μὴ ὑποσταλῆναι, κἂν εἴη σκυθρωπὸν τὸ ὑπ' αὐτῶν σημαινόμενον· καὶ γέρας δώσειν αὐτῷ ἐπηγγέλλετο πορφύραν ἐνδεδύσθαι, καὶ περιαυχένιον χρύσεον καὶ τὸ τρίτον τῆς ἀρχῆς μέρος. Δανιὴλ δὲ τὰς μὲν δωρεὰς παρῃτεῖτο, μηνύειν δ' ἔλεγεν αὐτῷ τὰ γεγραμμένα τοῦ βίου καταστροφὴν, ὅτι μηδ' οἷς ὁ πατὴρ αὐτοῦ δι' ἀσέβειαν ἐκολάσθη, ἐσωφρονίσθη αὐτὸς, ἀλλὰ τοῖς

V. Eo quoque mortuo, regnum ad fratrem ejus Balthasarum transit, qui Cyri ductu et auspiciis a Persis et Medis est oppugnatus. Hic proceribus ad compotationem invitatis, cum concubinis suis accumbens, atque inebriatus, sacra vasa, quæ Nabuchodonosor Hierosolymis direpta, diis suis consecrarat, afferri jubet, atque iis utitur, quorum usu pater abstinuerat: dumque inter pocula blasphemat Deum, videt digitos humanæ manus e pariete prodeuntes in tectorio parietis scribere: quibus conspectis obstupefactus, toto corpore cohorruit: et Chaldæis ac magis accersitis, magnis propositis muneribus, sententiam litterarum ab eis requirit. Sed scriptura illa ignota erat omnibus. Quamobrem avia regem tristem conspicata, et perturbatum, ait: Si Baltassar Judæus accerseretur, qui et Nabuchodonosori multa significavit, quæ nemo alius explicare potuerit, eum arcanum syllabarum illarum declaraturum: esse enim sanctum Dei Spiritum in eo. Statim igitur rex Danielem accersi jubet, flagitans scripturæ illius declarationem, citra dissimulationem omnem, etsi triste aliquid portenderet: daturum pollicitus gestandæ purpuræ et torquis aurei jus, et tertiam regni sui partem. Daniel vero muneribus recusatis, dicebat, scripturam ei obitum portendere, quod ne paternæ quidem impietatis pœna factus esset modestior, sed divinis vasis cum concubinis ad ministerium esset usus. Litteras vero ita legebat: *Mani, Tekel, Phares:* quarum significationem sic interpretabatur: *Numeravit Deus tempus vitæ tuæ, atque imperii tui, cujus perparum superest.* Nam vocabulum

Mani, Græcis est numerus; *Tekel*, spatium: quod Deus limitem regni ejus constituisset, quod quidem deorsum vergeret et frangeretur. Nam *Tekel* etiam *fragmen* significat lingua Græca. *Phares* divisionem interpretabatur, quod regnum ejus inter Medos et Persas a Deo distribuendum esset. Scripturam igitur parietis ita legit, itaque syllabas eas inter sese comparavit, hoc est, interpretatus est, rege mœrore affecto, nec diu post prophetæ prædictione **124** eventu comprobata, cum Cyrus Persarum rex bello illato, Babylonem capit, Balthasare in captivitate urbis interfecto. Sunt qui asserant, eadem nocte, qua visi essent digiti scribentes, et Babylonem captam, et regem cæsum esse. Cæterum post urbis captivitatem, Daniel a Dario Medo, qui et Cyaxares nominabatur, Cyri avunculus, filius Astyagis Medorum regis, in Mediam translatus, omni honore afficiebatur. Qua de causa Medorum principes ei invidentes, insidias parant vitæ ejus. Nam cum eum quotidie ter Deum adorantem viderent, Cyaxari sive Dario auctores sunt ferendæ legis, ut intra dies triginta neque deos adoret quisquam, neque ipsum regem oret: quam legem qui violasset, in caveam leonum conjiciendum. Rex qui ignoraret illud in perniciem Danielis strui, edictum hujusmodi proponit. Ac cæteris secundum edictum quiescentibus, Daniel qui de more Deo supplicabat, delatus a satrapis, bestiis objicitur. Rex lapide, quo cavea claudebatur, signato, discedit: eamque noctem insomnem agit, sollicitus et dolens. Nam etsi Danielem a bestiis non læsum iri sperabat, quippe quem sancto Dei Spiritu præditum sciret, non tamen tranquillo esse animo poterat, metuens ne quid ei accideret, nec Dei potentiam, ut homo barbarus, satis intelligens. Statim vero ut diluxerat, ad caveam leonum accedit, Danielem vocat: respondentem extrahi jubet, intactum et salvum videns obstupescit. Sed cum delatores dixissent, leones ob saturitatem illum non attigisse: improbitatis illorum odio, intellecta fraude atque insidiis, quas prophetæ struxerant, affatim bestias pasci jubet, iisque jam satiatis accusatores Danielis objicit, ut cognosceretur, an leones ob saturitatem homines non tangerent. Tum improbis illis statim dilaceratis, perspicuum fuit omnibus, vi quadam divina Danielem conservatum esse, obturatis bestiarum faucibus. Itaque rex prophetæ Deum celebrat, eique majores etiam honores habet: et hoc quidem posterius accidit.

A σκεύεσι τοῦ Θεοῦ μετὰ τῶν παλλακῶν εἰς διακονίαν ἐχρήσατο. Τὰ μὲν οὖν γράμματα ἀνεγίνωσκεν οὕτως· *Μανῆ, Θεκὲλ, Φαρές*. Τὴν δὲ τούτων σημασίαν ἑρμηνεύων ἔλεγεν· *Ἠρίθμησεν ὁ Θεὸς τὸν χρόνον τῆς ζωῆς σου, καὶ τῆς ἀρχῆς σου, καὶ εἰς ἄγαν βραχὺ περιέστησεν*. Ἐξελληνιζομένη καὶ ἡ λέξις λέγοιτ' ἂν ἀριθμός· οὕτω μὲν οὖν ἡρμήνευσε τὸ *Μανῆ*. Τὸ δέ γε *Θεκὲλ*, σημαίνειν ἔφη σταθμόν. Στήσας οὖν τὸν ὅρον τῆς βασιλείας σου ὁ Θεὸς, καταφέρεσθαι ταύτην δηλοῖ καὶ κεκλᾶσθαι· καὶ κλάσμα γὰρ τὸ *Θεκὲλ* σημαίνει καθ' Ἑλλάδα διάλεκτον. *Τὸ Φαρὲς*, διαίρεσιν ἑρμηνεύων ὁ προφήτης (τοῦτο γὰρ εἰς Ἕλληνα φωνὴν ἡ λέξις μεταγομένη δηλοῖ) διαιρεθῆναι τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἔλεγεν εἰς Πέρσας καὶ Μήδους παρὰ Θεοῦ. Τὰ μὲν οὖν ἐν τῷ B τοίχῳ γεγραμμένα οὕτως ἀνέγνω ὁ Δανιὴλ, καὶ τοιαύτην τὴν τῶν συλλαβῶν ἐκείνων ἐποιήσατο σύγκρισιν, τὴν ἑρμηνείαν δηλαδή. Τὸν δὲ βασιλέα λύπη κατέσχε. Καὶ μετ' ὀλίγον ἡ τοῦ προφήτου ἐκβέβηκε πρόῤῥησις, Κύρου τοῦ Περσῶν βασιλέως ἐπ' αὐτὸν ἐλάσαντος, ὑφ' οὗ ἥ τε Βαβυλὼν ἐλήφθη, καὶ ὁ Βαλτάσαρ ἐν τῇ ἁλώσει ἀνῄρητο. Εἰσὶ δ' οἱ κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην, καθ' ἣν τὸν ἀστράγαλον τὸν γράφοντα ἐθεάσατο, φασὶ καὶ τὴν πόλιν αἱρεθῆναι, κἀκεῖνον ἀναιρεθῆναι. Μετὰ δὲ τὴν τῆς Βαβυλῶνος ἅλωσιν ὁ προφήτης Δανιὴλ παρὰ Δαρείου τοῦ Μήδου, ὃς καὶ Κυαξάρης ὠνόμαστο, καὶ μητράδελφος ἦν τοῦ Κύρου, υἱὸς ὢν Ἀστυάγους τοῦ βασιλεύσαντος Μήδων (76), εἰς Μηδίαν μετήνεκτο, καὶ πάσης C ἠξιοῦτο τιμῆς. Οὕτω δ' ἔχων, ἐφθονήθη παρὰ τῶν ἐν Μήδοις ὑπερεχόντων, καὶ μηχανῶνται τρόπον καθ' ὃν ἤλπισαν ἀπολέσαι αὐτόν. Ὁρῶντες γὰρ αὐτὸν τρὶς τῆς ἡμέρας προσευχόμενον τῷ Θεῷ, προσίασι τῷ Κυαξάρῃ (77) τῷ καὶ Δαρείῳ, ἀξιοῦντες αὐτὸν θεῖναι νόμον, ἵνα ἐπὶ τριάκοντα ἡμέρας μή τις ἢ τοῖς θεοῖς προσευχόμενος εἴη, μήτ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως δεόμενος, καὶ τὸν μὴ τὸν νόμον φυλάξαντα εἰς τὸν τῶν λεόντων λάκκον ἐμβάλλεσθαι. Ὁ δὲ τὸ κατὰ τοῦ Δανιὴλ παρ' αὐτῶν τυρευόμενον ἀγνοήσας, προὐτέθεικε πρόγραμμα, τὰ εἰρημένα διαταττόμενον. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἠρέμουν κατὰ τὸ θέσπισμα· Δανιὴλ δὲ κατὰ τὸ ἔθος αὐτοῦ ηὔχετο τῷ Θεῷ. Καὶ οἱ Σατράπαι κατεῖπον αὐτοῦ πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ κατὰ τὸν νόμον ἀπῄτουν εἰς τὸν λάκκον αὐτὸν τῶν D λεόντων ἐμβάλλεσθαι. Βληθέντος δ' ἐκεῖ τοῦ προφήτου, τὸν ἐπὶ τοῦ στομίου λίθον σφραγίσας ὁ βασιλεὺς, ἀνεχώρησεν. Ἀγωνιῶν δὲ καὶ ἀλγῶν, ἄϋπνος τὴν νύκτα διήγαγεν. Ἤλπισε μὲν γὰρ, μὴ βλαβήσεσθαι τὸν Δανιὴλ ὑπὸ τῶν θηρίων, εἰδὼς ὅτι πνεῦμα ἅγιον Θεοῦ ἐστιν ἐν αὐτῷ. Ἀλλ' ὅμως δειλιῶν ἠγωνία, μή τι αὐτῷ συμβαίη κακὸν, μὴ πάνυ γινώσκων, οἷα βάρβαρος, τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ. Ἄρτι δ' ἡμέρας ἀναλαμψάσης, τῷ λάκκῳ ἐπέστη, καὶ ἐκάλει τὸν Δανιήλ· ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· καὶ ὁ βασιλεὺς ἀνελκυσθῆναι τὸν προφήτην αὐτίκα ἐκέλευσε, καὶ ἀθιγῆ τοῦτον καὶ σῶον βλέπων, ἐξίστατο. Τῶν δὲ κατειπόντων αὐτοῦ, τροφῆς κεκορεσμένους εἶναι λεγόντων τοὺς λέοντας, καὶ διὰ τοῦτο μὴ θίξαι τοῦ Δανιὴλ, μισήσας αὐτοὺς τῆς πονηρίας ὁ βασιλεὺς, καὶ τὸ κατὰ τοῦ προφήτου μηχάνημα καὶ τὸν δόλον ἐκείνων

Variæ lectiones et notæ.

(76) *Υἱὸς τοῦ Ἀστυάγους τῶν Μήδων βασιλεύσαντος*. Hæc absunt a cod. Colb.

(77) *Κυαξάρῃ*. Cod. Colb. Ἀστυάγῃ.

συνείς, ἀφειδῆ παρατεθῆναι τροφὴν τοῖς θηρίοις προσέταξε. Κεκορεσμένων δ' ἤδη, τοὺς τοῦ προφήτου κατηγόρους εἰς τὸν λάκκον τῶν θηρῶν ἐμβληθῆναι προσέταξεν, ἵνα γνῶμεν, εἰπὼν, εἰ διὰ κόρον αὐτῶν οἱ λέοντες οὐ προψαύουσι. Διασπαραχθέντων δ' εὐθὺς τῶν πονηρῶν ἐκείνων ἀνδρῶν, δῆλον ἅπασι γέγονεν, ὡς θεία τις δύναμις τὸν Δανιὴλ συνετήρησε, τοὺς θῆρας φιμώσασα. Διὸ καὶ τὸν τοῦ προφήτου Θεὸν ὁ βασιλεὺς ἐμεγάλυνε, κἀκεῖνον ἐν τιμῇ πεποίητο πλείονι. Ταῦτα μὲν οὖν συμβέβηκεν ὕστερον.

Ϛ'. Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Βαλτάσαρ ἐνύπνιον ὁ προφήτης εἶδεν· ἦν δὲ τοιοῦτον τὸ ὅραμα. Τέσσαρα ἐδόκει θηρία ἀνιέναι ἐκ τῆς θαλάσσης, ὧν τὸ πρῶτον λεαίνης εἶχε μορφὴν, καὶ πτερὰ ὡσεὶ ἀετοῦ. Ὃ καὶ ἐξήρθη ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐπὶ ποδῶν ἀνθρώπου ἐστάθη, καὶ καρδία ἀνθρώπου ἐδόθη αὐτῷ. Ἡ μὲν οὖν θάλασσα τὸν ἀνθρώπινον ἐδήλου βίον, τὸν πολυκύμαντον, καὶ πλείστας καὶ συνεχεῖς μεταβολὰς δεχόμενον, καὶ περιτροπάς· τὸ δὲ θηρίον ἡ λέαινα τὴν τῶν Ἀσσυρίων βασιλείαν εἰκόνιζε· τὸ δ' ἐξαρθῆναι ἀπὸ τῆς γῆς τὴν τῆς ἀρχῆς ἐκείνης ἐδήλου κατάπαυσιν, καὶ τῆς ἐξουσίας τὴν περιαίρεσιν. Καὶ τὸ ἐπὶ ποδῶν ἀνθρώπου στῆναι τὸ ἴσην τοῖς ὑπηκόοις γενήσεσθαι (78) ὑπηνίττετο. Τὸ δὲ καρδίαν ἀνθρώπου δοθῆναι αὐτῇ τὸ διὰ τῆς πείρας ἀνθρώπινα φρονεῖν διδαχθῆναι, καὶ μή τι τῶν ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἐξ ἀλαζονείας φαντάζεσθαι. Καὶ τὰ πτερὰ γὰρ ἃ τῷ θηρίῳ παρὰ φύσιν προσεπεφύκεισαν τὴν ἔπαρσιν ἐδήλουν τῶν βασιλέων ἐκείνων, καὶ τὸ ἐξ ὑπερηφανίας τοῦ νοὸς αὐτῶν ὑπερνέφελον. Τὸ δὲ δεύτερον θηρίον ἄρκτῳ ὡμοίωτο, καὶ εἰς μέρος ἓν ἔστη, καὶ τρία εἶχε πλευρὰ ἐν τῷ στόματι. Καὶ ἐλέγετο αὐτῇ· *Ἀνάστα, φάγε σάρκας πολλάς.* Τῆς Περσῶν δὲ βασιλείας ἡ ἄρκτος ἐγένετο τύπωσις διὰ τὸ ὠμὸν τοῦ ἔθνους καὶ ἀπηνές. Πάντων γὰρ τῶν βαρβάρων οἱ Πέρσαι τιμωρήσασθαι ἀπηνέστεροι, σκαφεύσεσί τε καὶ δορᾶς ἀφαιρέσει πικροτέρας καὶ μακροτέρας τὰς κολάσεις τιθέμενοι. Εἰκὸς δέ τισιν ἀγνοεῖσθαι τὴν κόλασιν τῆς σκαφεύσεως· καλὸν οὖν καὶ ταύτην δήλην θέσθαι τοῖς ἀγνοοῦσι. Δύο σκάφας ἴσας ἀλλήλαις προσαρμόσαντες καὶ ταύτας ἐγκόψαντες, ὥστε τὴν κεφαλὴν τοῦ κολαζομένου ἐκτὸς περιλελεῖφθαι τῶν σκαφῶν, καὶ τὰς χεῖρας, ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς πόδας, ὕπτιον ἐντὸς τὸν τιμωρούμενον ἀνακλίνουσι, καὶ οὕτω τὰς σκάφας προσηλοῦσιν ἀλλήλαις. Εἶτα κρᾶμα ἐκ μέλιτός τε καὶ γάλακτος κερασάμενοι, ἐγχέουσιν εἰς τὸ στόμα τοῦ ἀθλίου ἐκείνου, μέχρις ἂν ὑπερκορὴς ὁ ἄνθρωπος γένηται· καὶ ἐκ τοῦ τοιούτου κράματος τοῦ προσώπου αὐτοῦ καὶ τῶν ποδῶν καὶ τῶν χειρῶν καταχέουσιν, ὕπαιθρόν τε θέντες αὐτὸν, εἱληθερεῖσθαι τῷ ἡλίῳ ποιοῦσι, καὶ οὕτως ἑκάστης ἡμέρας πράττουσιν ἐπ' αὐτῷ. Μυῖαι μὲν οὖν καὶ σφῆκες καὶ μέλισσαι διὰ τὴν τῶν καταχυθέντων γλυκύτητα ἀθροιζόμεναι, τῷ τε προσώπῳ αὐτοῦ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐφιζάνουσιν μέλεσιν, ἃ τῶν σκαφῶν ἐκτὸς, ὡς εἴρηται, περιλέλειπται, ἐνοχλοῦσαι· αἱ δὲ τὸν ἄθλιον κατατιτρώσκουσιν. Ἡ δέ γε γαστὴρ ἐκείνου πληρωθεῖσα τοῦ μέλιτος καὶ τοῦ γάλακτος, ὑγρὰ προΐησι

A VI. Cæterum primo anno regni Baltasaris, hujusmodi visum Prophetæ oblatum fuit: Quatuor animalia mari emergere videbantur, **125** quorum primum leænam referret, pennis aquilinis: idque a terra elatum, pedibus institit, accepto etiam corde humano. Mare autem significat vitam humanam fluctuantem, plurimis, iisque assiduis, mutationibus et inversionibus obnoxiam. Leæna regnum Assyriorum repræsentabat: sublatio a terra, imperii illius finem denotabat, et potestatis amissionem. Quia pedibus hominis insistebat, id subditis par fore, innuebatur. Quia cor hominis ei dabatur, notabat, fore ut experientia disceret se hominem esse: neque per arrogantiam ea sibi fingeret, quæ naturam humanam excedunt. Alæ B præter naturam bestiæ enatæ, elationem regum illorum significabant, quorum animi superbia nubes transcendebat. Alterum animal ursæ erat simile, et in una parte stabat, ac tres costas in ore habebat: cui dicebatur: *Surge, et ede carnes multas.* Ea regnum Persarum denotabat, ob sævitiam gentis, et immanitatem. Nam Persæ atrocitate pœnarum omnes Barbaros vincunt, scaphismis et excoriationibus supplicia graviora et diuturniora reddentes. Cæterum quod de scaphismo dixi, declarandum est, ob imperitiores. Duas scaphas inter sese pares conjungunt, ita incisas, ut caput, manus et pedes foras emineant, in quibus eum qui supplicio afficitur, supinum reclinant, itaque sca- C phas clavis inter se compingunt. Deinde potionem ex melle et lacte in os miseri infundunt, donec ad nauseam repleatur, eademque et faciem et pedes et brachia ejus perfundunt, et sub dio ad solem exponunt: et hoc quotidie faciunt. Ita fit, ut muscæ, vespæ et apes liquorum suavitate allectæ, faciei et reliquis membris e scaphis prominentibus insideant, miserumque vexent et pungant. At venter ejus lacte et melle distentus, liquida rejicit excrementa, e quibus putrefactis lumbrici et vermes scaturiunt: qui vero in scaphis jacet, in sordibus illis carne putrescente, a vermibus erosus, et crudelius et tardius interit. Hoc supplicii genere Parisatis, Artaxerxis et Cyri mater, eum sustulisse fertur, qui se Cyrum cum fratre de regno pugnan- D tem, interfecisse gloriatus fuerat, per dies quatuordecim excruciatum. Ac scapharum **126** supplicium hujusmodi est. Cæterum verba ista, *Surge et comede carnes*, non sunt hortantis, sed futura prædicentis. Nam quatuor Assyrii, et socii illorum

Variæ lectiones et notæ.

(78) *Τὸ ἴσην τοῖς ὑπηκόοις γενήσεσθαι.* Verteram principio, *æquitatis erga subditos observationem.* Nam τὸ, ἴσον, sæpe τὸ δίκαιον καὶ ἐπιεικὲς καὶ ἀδέκαστον significat. Sed quia de eversione regni agitur, reposui, *id subditis par fore, nullam potestatis prærogativam habiturum.* W.

plurimi, sunt a Persis interfecti. Eadem etiam ad crudelitatem gentis referri queant. Tres vero costæ vel alæ, quas ore tenebat, trium orbis terræ partium imperium denotabant. Nam Cyrus Assyrii regni eversor, orientem omnem usque ad Hellespontum subegit. Cujus filius Cambyses et Ægyptum et Æthiopiam, quæ austro obversæ jacent, obtinuit. Darius autem Hystaspis filius, Scythas vagos domuit : hi versus septentrionem habitant. Xerxes porro Darii filius expeditione suscepta, conatus quidem est Europam subigere : sed ab Atheniensibus navali pugna victus, cum dedecore domum rediit. Jam statio in parte, significat eos regnum non prorsus amissuros, sed ejus exiguam partem retenturos. Nam cum imperium illud olim totam Asiam, Æthiopiam, Ægyptum, Palæstinam, Phœniciam, ipsamque Ciliciam teneret, reliquis excidit, Media et Perside retentis. Vel statio illa in parte referri potest eo, quod Persarum regnum ad tempus otiosum et ignavum sit futurum : nam Alexandro post id subactum mortuo, ejus monarchia in quatuor regna est distracta. Cum autem successores ejus crebris inter sese præliis vires suas attrivissent, Persæ arrepta occasione, resumptaque fiducia, multum de suo imperio recuperarunt. Tertium animal pantheræ fuit simile, quatuor alis volucribus in dorso præditum, quatuor etiam capitibus in eo enatis, cui Propheta potestatem esse datam ait. Hoc animal imperium Macedonicum repræsentat. Nam pantheræ comparatus est Alexander ob celeritatem et agilitatem, quod ipsum et alæ innuebant, quarum quaternio quatuor mundi partes notabat, quas instar volucris est pervagatus, ac prope omnium potitus. Quatuor capita, divisionem imperii post ejus obitum in partes totidem declararunt. Nam Ægyptum Ptolemæus Lagi filius obtinuit, ejusque posteri usque ad Cleopatram; Syria et adjacentibus regionibus Seleucus est potitus; Antigonus Asiam subegit; Macedoniæ Antipater imperavit; **127** vel, ut quidam narrant, Aridæus frater Alexandri ex patre Philippo. Ait enim Chæronensis, Perdiccam maxima potentia præditum, statim post mortem Alexandri Aridæum, tanquam regni munimentum attraxisse, ex muliere ignobili et vulgari ortum, et mentis parum compotem : non quidem ita genitum, sed veneficio Olympiadis corruptum.

A σκύβαλα, ὧν ἐνσηπομένων, εὐλαί τε καὶ σκώληκες ἀναζέουσιν· ὁ δ' ἐγκατακείμενος τῇ ὑγρότητι, καὶ τὰς σάρκας αὐτῇ ἐνσηπόμενος, καὶ ὑπὸ τῶν σκωλήκων αὐτὰς δαπανώμενος, οὕτως οἰκτρότερόν τε θνήσκει, καὶ χρονιώτερον. Ταύτῃ τῇ κολάσει χρήσασθαι ἱστορεῖται καὶ ἡ Παρύσατις ἡ Κύρου καὶ Ἀρταξέρξου μήτηρ, κατὰ τοῦ ἀνελεῖν τὸν Κῦρον αὐχήσαντος, μαχόμενον περὶ τῆς βασιλείας τῷ ἀδελφῷ, ἐπὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην ἡμέραν τῇ τιμωρίᾳ διαρκέσαντος τῆς σκαφεύσεως. Ἡ μὲν οὖν σκάφευσις (79) τοιάδε τις εἶναι ἱστόρηται. Τὸ δὲ *Ἀνάστα, φάγε σάρκας*, οὐκ ἐπιτρέποντός ἐστιν, ἀλλὰ προλέγοντος τὰ ἐσόμενα. Πολλὴ γὰρ φθορὰ τῶν Ἀσσυρίων καὶ τῶν συμμαχούντων ἐκείνοις ὑπὸ Περσῶν τε καὶ Μήδων ἐγένετο. Εἴποι δ' ἄν τις καὶ τὸ, Φάγε σάρκας B πολλὰς, τῆς ὠμότητος τοῦ ἔθνους σημαντικόν. Τὰ δὲ τρία πλευρὰ ἢ πτερὰ, ἃ ἐν τῷ στόματι κατεῖχε, τὴν τῶν τριῶν τμημάτων ἀρχὴν τῆς οἰκουμένης ἦν προχαράττοντα. Κῦρος μὲν γὰρ ὁ τὴν τῶν Ἀσσυρίων βασιλείαν καθῃρηκὼς τὸ ἑῷον ἅπαν μέχρι τοῦ Ἑλλησπόντου ὑπέταξεν· ὁ δὲ τούτου υἱὸς Καμβύσης καὶ τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Αἰθιοπίαν ἔσχεν ὑφ' ἑαυτόν. Νότιοι δ' αἱ χῶραι αὗταί εἰσι. Δαρεῖος δὲ ὁ Ὑστάσπου καὶ τοὺς νομάδας ἐχειρώσατο Σκύθας· οὗτοι δ' οἰκοῦσι τὸ κλίμα τὸ βόρειον. Ὁ δέ γε Ξέρξης ὁ τοῦ Δαρείου, ὥρμησε μὲν κατὰ τῆς Εὐρώπης, κρατῆσαι καὶ ταύτης πειρώμενος· ἀπεκρούσθη δέ γε ναυμαχίᾳ πρὸς Ἀθηναίων ἡττηθεὶς, καὶ ἀναζεύξας κατῃσχυμμένος. Τὸ δ' ἐν μέρει (80) στῆναι τὸ θηρίον σημαντικὸν τοῦ μὴ πάντη τῆς ἀρχῆς ἐκπεσεῖν, C ὀλίγῳ δὲ μέρει ταύτης περιγραφῆναι. Πάσης γὰρ τῆς Ἀσίας πρώην κρατοῦσα ἡ βασιλεία ἐκείνη, καὶ Αἰθιόπων καὶ Αἰγυπτίων, Παλαιστίνης τε καὶ Φοινίκης, καὶ τῆς Λιβύης αὐτῆς, ἐξέπεσε μὲν τῶν λοιπῶν, περιελείφθη δ' αὐτῇ Μηδία τε καὶ Περσίς. Ἢ καὶ ἄλλως τὸ ἐν μέρει στῆναι τὸ θηρίον ἐκληφθήσεται, ἐπὶ καιρόν τινα δηλαδὴ σχολάσαι τὴν τῶν Περσῶν βασιλείαν, καὶ ἀπρακτῆσαι. Τοῦ γὰρ Ἀλεξάνδρου καθῃρηκότος αὐτὴν, εἶτα θανόντος, εἰς τέσσαρας ἀρχὰς ἡ ἐκείνου μοναρχία διῄρητο. Κατ' ἀλλήλων δὲ τῶν διαδόχων αὐτοῦ χωρησάντων, καὶ ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους μάχαις ἠσθενηκότων, οἱ Πέρσαι πάλιν καιροῦ λαβόμενοι ἀνεθάρσησαν, καὶ πολλὰ τῆς σφετέρας ἀρχῆς ἀνεκτήσαντο. Τὸ δὲ τρίτον θηρίον D παρδάλει ἦν ἐμφερὲς, καὶ πτερὰ εἶχε τέσσαρα πετεινοῦ ὑπεράνω αὐτῆς. Καὶ τέσσαρες κεφαλαὶ τούτῳ τῷ θηρίῳ ἐπεφύκεσαν, καὶ ἐξουσίαν λέγει δοθῆναι αὐτῷ (81). Τοῦτο δὲ τὸ θηρίον τὴν Μακεδονικὴν εἰκόνιζε βασιλείαν. Παρδάλει μὲν γὰρ ἠκάσθη

Variæ lectiones et notæ.

(79) *Σκάφευσις*. Persis usitatum supplicium, illudque præ cæteris acerbissimum ac atrocissimum, ut testatur Eunapius in Maximo, pag. 105 : Μικρὰ γὰρ (ἡ συμφορὰ) καὶ ἡ Περσῶν λεγομένη σκάφευσις· *Nam scaphismus, supplicium Persis usitatum, præ tormentis huic allatis parvum fuerit*. Hinc Σκαφεύειν, apud Ctesiam in Persicis pag. II, ubi de Aspamitra qui Xerxem et Aridæum interfecerat, et apud Plutarchum in Artaxerxe, a quo hausit Zonaras quæ habet de hujusce supplicii Persici descriptione, tametsi verbis aliquantum immutatis, ubi de Mithridate qui Cyrum se interfecisse gloriabatur. Vide præterea Baron. ad Martyrol. 28 Julii, et Antonium Gallonium, *De cruciatib. martyrum*, p. 12.

(80) *Τὸ δ' ἐν μέρει στῆναι*. Ἐν μέρει, alias, *per vices, vicissim, alternis :* sed hic aliter esse vertendum sententia docet. W.

(81) *Καὶ ἐξουσίαν λέγει δοθῆναι αὐτῷ*. Λέγει, scilicet ὁ προφήτης αὐτῷ, τῷ θηρίῳ· nec enim intelligendum, ὅτι τὸ θηρίον λέγει ἑαυτῷ δοθῆναι ἐξουσίαν, *potestatem sibi esse datam :* nam in Daniele hoc tantum legitur, *eique datum est imperium*. W.

Ἀλέξανδρος διὰ τὸ ὀξύῤῥοπον καὶ εὐκίνητον, ὃ καὶ τὰ πτερὰ ἐδήλουν. Ἡ δὲ τούτων τετρακτὺς, τὰ τέσσαρα τῆς οἰκουμένης μέρη ᾐνίττετο, ἃ πτηνοῦ διῆλθε τρόπον, καὶ σχεδὸν ἁπάντων ἐκράτησεν. Αἱ δέ γε τέσσαρες κεφαλαὶ τὴν μετὰ θάνατον ἐκείνου διαίρεσιγ ἐσήμαινον τῆς ἀρχῆς. Εἰς γὰρ τέσσαρας βασιλείας ἡ ἐκείνου ἐπικράτεια διῄρητο· καὶ τῆς μὲν Αἰγύπτου Πτολεμαῖος ὁ Λάγου κεκράτηκε, καὶ οἱ ἐξ ἐκείνου μέχρι τῆς Κλεοπάτρας· τῆς δέ γε Συρίας καὶ τῶν αὐτῇ προσεχῶν ὁ Σέλευκος ἐκυρίευσεν· Ἀντίγονος δὲ τὴν Ἀσίαν ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιήσατο· τῆς δὲ Μακεδονίας ἦρξεν Ἀντίπατρος, ὡς δέ τινες ἱστοροῦσιν, ὁ Ἀριδαῖος ἀδελφὸς ἑτεροθαλὴς ἐκ πατρὸς ὢν Ἀλεξάνδρου. Φησὶ γὰρ ὁ Χαιρωνεὺς τὸν Περδίκκαν, μετὰ θάνατον Ἀλεξάνδρου ἐν μεγίστῃ δυνάμει ὄντα, εὐθὺς τὸν Ἀριδαῖον ὥσπερ δορυφόρημα βασιλείας ἐφέλκεσθαι, γεγονότα μὲν ἐκ γυναικὸς ἀδόξου καὶ κοινῆς, ἀτελῆ δὲ τὴν φρόνησιν ὄντα, οὐ φύσει τοιοῦτον προαχθέντα, ἀλλὰ τῆς Ὀλυμπιάδος φαρμάκοις διαφθειράσης αὐτῷ τὴν διάνοιαν.

Ζʹ. Τοῦ δὲ τετάρτου θηρίου εἶδος μὲν οὐκ ἐσήμανεν ὁ προφήτης, φοβερὸν δ' εἶπε τοῦτο, καὶ ἔκθαμβον περισσῶς, ὀδόντας ἔχον μεγάλους καὶ σιδηροῦς, ἐσθίον τε καὶ λεπτῦνον, καὶ τὰ ἐπίλοιπα συμπατοῦν, καὶ τὸ διάφορον αὐτοῦ πρὸς τὰ προηγησάμενα θηρία ἔφη τυγχάνειν πολύ. Ἡ τῶν Ῥωμαίων δὲ διὰ τούτου βασιλεία σημαίνεται. Διὸ οὐδὲ εἶδος ὁ προφήτης τούτων οὐδ' ὄνομα ἔθετο. Πολυειδὴς γὰρ ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ, πρότερον μὲν βασιλεῦσιν ἰθυνομένη ἀπὸ Ῥωμύλου μέχρι τῶν Ταρκυνίων· τῆς δὲ ἐκείνων τυραννίδος καταλυθείσης, ἀριστοκρατουμένη, τῆς συγκλήτου καὶ τῶν ὑπάτων διοικούντων τὰ πράγματα. Ἔστι δ' ὅτε καὶ δημοκρατουμένη, τοῦ δήμου πολλάκις πρὸς τὴν σύγκλητον στασιάσαντος· μετέπειτα δ' αὖθις εἰς μοναρχίαν μεταπεσοῦσα, κἀκ ταύτης εἰς βασιλείας κλῆσιν ἐπανακάμψασα. Φοβερὸν δὲ τὸ θηρίον καὶ ἔκθαμβον εἶπεν, ὅτι δυνατωτέρα τῶν ἄλλων βασιλειῶν αὕτη γεγένηται· καὶ ὅσα ἡ Μακεδονικὴ μὴ ὑπέταξε βασιλεία, ὑφ' ἑαυτὴν αὕτη ποιησαμένη, τὴν Ἑλλάδα δηλαδὴ πᾶσαν, τὴν Καρχηδόνα σὺν τῇ Λιβύῃ. τὴν Σικελίαν, τὴν Σαρδώ τε καὶ νήσους ἄλλας, καὶ ἔθνη ἑσπέρια διάφορα ἕτερα, ὧν οὐκ ἦρξεν Ἀλέξανδρος. Ἅπερ ὁ βουλόμενος γνῶναι, τὰς βίβλους τοῦ Ῥωμαίου Δίωνος (81*) ἀναγνώτω, καὶ τὰ τοῦ Πολυβίου συγγράμματα. Φοβερὸν δὲ τὸ θηρίον, καὶ ἔκθαμβον, καὶ σιδηροῦς ὀδόντας ἔχον, ὡς τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας τῶν ἄλλων βασιλειῶν ἁπασῶν φρικωδεστέρας γεγενημένης. Καὶ ἐν τῇ εἰκόνι γὰρ τῇ κατ' ὄναρ ὀφθείσῃ τῷ Ναβουχοδονόσορ, τὸν σίδηρον τέθεικε τῆς τετάρτης βασιλείας εἰκόνισμα. Τοῖς οὖν σιδηροῖς ὀδοῦσιν ἐσθίειν τὸ θηρίον εἶπε, καὶ λεπτύνειν, καὶ τὰ λοιπὰ συμπατεῖν τοῖς ποσί. Τὸ μὲν οὖν ἐσθίειν καὶ λεπτύνειν εἰς τὴν τῶν δασμῶν ἐξείληπται εἰσφορὰν, ὡς βαρυτέρων τοῖς ὑπηκόοις φόρων ἐπιτεθέντων, οἳ τοὺς βασιλεύοντας τρέφουσι καὶ πιαίνουσι, τοὺς δὲ εἰσπραττομένους αὐτοὺς ἐκλεπτύνουσι πενητεύοντας. Οἳ δὲ δασμοφορεῖν οὐκ ἠνείχοντο, τῆς ἐλευθερίας ἀντιποιούμενοι, τούτους τοῖς ποσὶ συνεπάτει τὸ θηρίον, καὶ ἐξωλόθρευε. Διὰ τῶν ποδῶν δὲ τὸ στρατιωτικὸν ὑπαινίττεται, ὡς ἐν τούτῳ τῆς βασιλείας ἐρειδομένης καὶ βεβηκυίας, καὶ ἐξ ἑτέρων μεταβαινούσης εἰς ἕτερα. Καὶ κέρατα δ' εἶναι τῷ θηρίῳ δέκα φησὶν, ὑπεμφαίνων, ὡς εἰς πολλὰς ἡγεμονίας ἐπ' ἐσχάτων ἡ βασιλεία διαιρεθήσεται. Ἐν μέσῳ

VII. Quarti animalis formam non expressit Propheta, sed formidabile et terribile nominat, magnis ferreis dentibus vorans et comminuens, et reliqua pedibus conculcans, magno discrimine inter illud et cætera constituto. Verum id Romanorum imperium innuit: quod cum sit varium et multiforme, Propheta neque nomen ejus, neque formam posuit. Nam a Romulo usque ad Tarquinios Roma regibus paruit: quorum tyrannide eversa, optimates, senatus et consules rempublicam administrarunt. Aliquando etiam ad popularis imperii formam redacta est, seditione plebis adversus patres, post iterum unius potestate oppressa, et ad regii nominis appellationem reversa. Bestiam porro illam terribilem et formidabilem vocat, quod Romanum imperium cæteris potentius exstitit, et quæ Macedones non attigerant, ea quoque subegit, Græciam videlicet universam, Carthaginem cum Libia, Siciliam, Sardiniam, cæterasque insulas, et complures gentes occidentales, quibus non imperavit Alexander: quæ cui scire studio est, is Dionis Romani et Polybii legat historias. Ferrei dentes et bestiæ sunt attributi, quod Romanorum principatus omnibus aliis imperiis horribilior fuit: atque etiam in imagine per somnium oblata Nabuchodonosori, quartum regnum ferro comparatur. Ferreis porro dentibus edere et comminuere bestiam dixit, et reliqua conculcare pedibus: quorum priora ad tributorum exactionem referuntur, graviorem cæteris, quibus reges aluntur, et saginantur, et subditi attenuantur et ad egestatem rediguntur. Qui vero tributa detrectabant, et libertatem defendebant, eos conculcabat bestia, et exterminabat. Per pedes autem intelliguntur exercitus, ut quibus regnum insistat et innitatur, et ab aliis ad alia **128** transeat. Præterea decem cornua bestiæ, significant, id imperium postremis temporibus in multa esse regna dividendum. In medio porro decem cornuum, parvum prodire cornu, quo tria alia cornua exstirpentur: et oculos habere cornu illud, et os magniloquum et infestum sanctis. Hoc cornu quidam Antichristum interpretantur; parvum autem vocatur, quod ex parva tribu Hebræorum sit oriturum, et tres de decem regibus eversurum. Per oculos, improbitatem ejus, et calliditatem innuit, quibus multos sit seducturum.

Variæ lectiones et notæ.

(81*) *Τὰς βίβλους τοῦ Ῥωμαίου Δίωνος.* Dionem Cassium Nicæum intelligit, qui Romanorum Historiam conscripsit, et quem Zonaras integrum, non ut hodie exstat, maxima sui parte mutilum vidit, et sæpe exscribit.

Per os magniloquum, ejus arrogantia, et animi elatio declaratur. Jam belli adversus sanctos susceptio arguit, omne studium adhibiturum esse, ut omnes ad suæ improbitatis et blasphemiæ communionem pertrahat. Blasphemiam porro contra Deum illa arguunt, cum ait: *In sublime verba faciet.* His propheta subjicit: *Spectabam, donec sellis positis, longævus consedisset, cujus vestis erat niveo candore, capillus instar puræ lanæ, sedes ut flamma ignis, rotæ ejus ignis comburens, fluvius ignitus ante eum manans evolvebatur: decies centena millia ministrabant ei, et millies centena millia astabant ei, judicioque coacto libri aperti sunt.* Quæ igitur cornu facere dicitur, ea non diu esse duratura, monstratum est Danieli: sed donec longævus judicium coegerit, hoc est, judicii tempus statuerit, et facta cujusque memoria repetierit. Recordationem enim, libros vocat: et longævum, eum qui æternus est: candor autem capillorum et vestis, puritatem ejus et integritatem ostendit. Ut autem significet ea quæ ab Antichristo agentur, Deo connivente actum iri: non vero ita, quasi a divina potentia vel coerceri, vel ne prorsus non fierent, prohiberi non possent: decies centena millia ministrorum, et millies centena millia apparitorum commemorat, et sellam igneam, consimilesque rotas, et fluvium ardentem: spectavitque donec bestia tolleretur, et corpus ejus igni conflagraret. Nam ob furorem Antichristi, totum ab eo regnum auferetur: neque ipsa bestia igni tradetur, sed corpus ejus. Nam cum bestia regnum innuat, probabile est in eo fore multos qui Deum colant, et virtuti studeant. Non eos **129** igitur conflagraturos, sed maleficos, et corporis voluptatibus assidue deditos, spiritus prorsus negligentes. Post interitum bestiæ, Propheta ait, se quemdam vidisse tanquam Filium hominis in nubibus venientem, et usque ad longævum progressum, cui datum sit imperium, honos et regnum, ejusque servituti subjecti populi omnes, linguæ et tribus: et potestatem ejus æternam fore, non prægerituram, nec regnum ejus interiturum. Hæc aperte secundum adventum Servatoris nostri Jesu Christi prænuntiant. Filius enim hominis dicitur ob assumptam naturam nostram, venturus in nubibus, ex promisso ipsius, cum dixit [a], visuros Filium hominis venientem in nubibus cœli.

A δὲ τῶν δέκα μικρὸν ἀνιέναι κέρας, καὶ ἐκριζωθῆναι τῶν κεράτων τρία παρ' αὐτοῦ, καὶ ὀφθαλμοὺς ἔχειν ἐκεῖνο τὸ κέρας, καὶ στόμα λαλοῦν μεγάλα, καὶ πολεμεῖν τοῖς ἁγίοις. Τοῦτο τὸ κέρας εἰς τὸν Ἀντίχριστον ἐξειλήφασί τινες. Μικρὸν δ' ἐκλήθη, ὡς ἀπὸ μικρᾶς φυλῆς τῶν Ἑβραίων μέλλων φυήσεσθαι, τρεῖς δὲ τῶν δέκα βασιλέων καταλύσει. Διὰ δὲ τῶν ὀφθαλμῶν τὴν πονηρίαν αὐτοῦ καὶ τὸ πανοῦργον ᾐνίξατο, ὡς διὰ τούτων ἐξαπατῆσον πολλούς. Διὰ δὲ τοῦ μεγάλα λαλοῦντος στόματος, τὴν ἀλαζονείαν αὐτοῦ καὶ τὸ ἐπηρμένον ὑπενέφηνε τοῦ φρονήματος. Τὸ δὲ πόλεμον μετὰ τῶν ἁγίων ποιεῖν, τὸ πᾶσαν ἐνδείξασθαι σπουδὴν δηλοῖ, τῆς οἰκείας κακίας καὶ βλασφημίας ἅπαντας λαβεῖν κοινωνούς. Τῆς δὲ κατὰ τοῦ Θεοῦ βλασφημίας ἐκείνου ἐμφαντικὸν, τό· *Λόγους* B *εἰς τὸ ὕψος λαλήσει.* Ἐπὶ τούτοις ὁ προφήτης ἐπήγαγεν· *Ἐθεώρουν ἕως οὗ θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθισε, καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιὼν, καὶ ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον καθαρὸν, ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς φλὸξ πυρὸς, οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον, ποταμὸς πυρὸς εἷλκεν ἐκπορευόμενος ἔμπροσθεν αὐτοῦ* (82), *χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ.* Κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἀνεῴχθησαν. Ἃ μὲν οὖν εἴρηται ποιοῦν τὸ κέρας, οὐκ ἐπὶ μακρὸν διαρκέσειν ἐδείχθη τῷ Δανιήλ· ἕως δὲ ὁ αἰώνιος κριτήριον ἐκάθισεν, ἀντὶ τοῦ, κρίσεως καιρὸν ἔστησε, καὶ τὴν μνήμην τῶν ἑκάστῳ πεπραγμένων ἀνέπτυ- C ξε. Βίβλους γὰρ τὰς ἀναμνήσεις ἐκάλεσε· καὶ Παλαιὸν ἡμερῶν, τὸν αἰώνιον. Ἡ δὲ λευκότης τῶν τριχῶν καὶ τοῦ ἐνδύματος, τὸ καθαρὸν αὐτοῦ πανταχόθεν καὶ ἄμωμον δείκνυσιν. Ἵνα δὲ κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ δείξῃ γενήσεσθαι τὰ παρὰ τοῦ Ἀντιχρίστου ἐσόμενα, καὶ οὐχ ὡς ἀδυνατούσης τῆς θείας φύσεως ταῦτα παῦσαι, ἢ μηδὲ τὴν ἀρχὴν συγχωρῆσαι γενέσθαι, τὰς χιλίας χιλιάδας τῶν λειτουργῶν, καὶ τὰς μυρίας μυριάδας τῶν περιισταμένων εἰσήγαγε, καὶ τὸν πύρινον θρόνον, καὶ τοὺς ὁμοίους τροχοὺς, καὶ τὸν φλέγοντα ποταμὸν, καὶ ἐθεώρει ἕως οὗ ἀνῃρέθη τὸ θηρίον, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ εἰς καῦσιν ἐδόθη πυρός. Διὰ γὰρ τὴν μανίαν τοῦ Ἀντιχρίστου ἡ ὅλη βασιλεία περιαιρεθήσεται, D καὶ οὐχ αὐτὸ τὸ θηρίον εἰς καῦσιν δοθήσεται, ἀλλὰ τὸ σῶμα αὐτοῦ. Τοῦ γὰρ θηρίου τὴν βασιλείαν αἰνιττομένου, εἰκός ἐστιν ἐν τῇ βασιλείᾳ πολλοὺς εἶναι καὶ τὸν Θεὸν σέβοντας, καὶ ἀρετὴν μετιόντας. Οὐ τούτους οὖν φησιν εἰς καῦσιν δοθῆναι, ἀλλὰ τοὺς κακίας ἐργάτας, καὶ ταῖς τοῦ σώματος ἐπιθυμίαις ἐγκειμένους διαπαντὸς, καὶ μή τι φρονήσαντας πνευματικόν. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ θηρίου ἀπώλειαν, ὁρᾷν ὁ προφήτης φησὶν ὡς Υἱὸν ἀνθρώπου, ἐρχόμενον ἐπὶ νεφελῶν, καὶ ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν φθάσαντα, ᾧ καὶ δοθῆναι λέγει τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν τιμὴν καὶ τὴν βασιλείαν, καὶ αὐτῷ δουλεῦσαι τοὺς λαοὺς πάντας, καὶ τὰς γλώσσας καὶ τὰς φυλὰς, καὶ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ αἰώνιον ἔσεσθαι, καὶ μὴ παρελεύσεσθαι καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ μὴ διαφθαρήσεσθαι. Ταῦτα σαφῶς τὴν δευτέραν ἐπιφάνειαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προθεσπίζουσιν. Υἱὸς μὲν γὰρ ἀνθρώπου καλεῖται διὰ τὴν ἡμετέραν φύσιν, ἣν προσελάβετο.

[a] Matth. xxvi, 64.

Variæ lectiones et notæ.

(82) *Ποταμὸς πυρὸς εἷλκεν ἐκπορευόμενον ἔμπροσθεν αὐτοῦ.* Εἷλκεν poni videtur ἀντὶ τοῦ, εἱλεῖτο, vel ἐκύμαινε, *volvebatur*, vel *undabat*. W.

Ἐπὶ δὲ τῶν νεφελῶν ἐρχόμενος, κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν αὐτοῦ, εἰπόντος, Ὄψεσθαι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ.

Η'. Ταῦτα μὲν οὖν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας A Βαλτάσαρ ἐμυήθη ὁ Δανιήλ. Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ ἑτέραν ὀπτασίαν ἑώρακεν· *Ἐν Σούσοις γὰρ ὤν, ἦρα*, λέγει, *τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ ἰδοὺ κριὸς ἑστηκὼς ἐπὶ τοῦ Οὐβάλ, καὶ αὐτῷ κέρατα ὑψηλά, καὶ τὸ ἓν ὑψηλότερον τοῦ ἑτέρου καὶ τὸ ὑψηλότερον ἀνέβαινεν ἐπ' ἐσχάτου, καὶ ἦν κερατίζων ἐπὶ θάλασσαν καὶ βοῤῥᾶν καὶ νότον* (83). *Καὶ πάντα τὰ θηρία στῆναι αὐτοῦ ἐνώπιον οὐκ ἠδύναντο, καὶ ἐποίησε κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐμεγαλύνθη.* Πάλιν κἀνταῦθα τὰ περὶ τῶν βασιλειῶν ὁ προφήτης διδάσκεται, καὶ κριῷ μὲν ἀπῃκάσθη ἡ ἀρχὴ τῶν Περσῶν διὰ τὸν περικείμενον αὐτῇ πλοῦτον. Ἑστὼς δ' ἦν ὁ κριὸς ἐπὶ τοῦ Οὐβάλ, ἤγουν ἐπὶ τῆς πύλης τῶν Σούσων. Αὕτη γὰρ ἦν ἡ πόλις μητρόπολις τῶν Περσῶν, καὶ ἐκεῖ τοῖς βασιλεῦσιν ἦν τὰ B βασίλεια. Καὶ ὁ προφήτης, ἐν ταύτῃ τῇ πόλει διάγων, εἶδε τὸ ὅραμα. Τὰ δὲ δύο κέρατα, τὰ τὴν βασιλείαν ταύτην ἰθύναντα, δύο γένη ἐτύπουν. Τὸ μὲν γὰρ ἧττον κέρας τὸν Κῦρον, καὶ τὸν αὐτοῦ υἱὸν τὸν Καμβύσην εἰκόνιζε· μέχρις αὐτῶν γὰρ ἡ τῆς βασιλείας ἔστη ἀρχή, καὶ οὐ προῆλθε περαιτέρω τὸ Κύρου γένος· τὸ δὲ μεῖζον κέρας τὸ Δαρείου γένος ᾐνίττετο, ὃ μέχρι τοῦ τελευταίου Δαρείου προέκοψεν, ὃν κατεπολέμησεν ὁ Ἀλέξανδρος. Καμβύσου γὰρ τοῦ Κύρου παιδὸς θανόντος, οἱ μάγοι μετὰ δόλου τὴν βασιλείαν ἐσφετερίσαντο, οὓς ἐπ' ὀλίγον κρατήσαντας, καὶ γνωσθέντας οἵτινες ἦσαν, οἱ ἑπτὰ τῶν Περσῶν οἶκοι καθεῖλον. Ἐξ ὧν ἐβασίλευσεν ὁ C Ὑστάσπου Δαρεῖος, οὗ τὸ γένος μέχρι τέλους τῆς βασιλείας διήρκεσε. Τοῦτο γὰρ ἐμφαίνει ὁ προφήτης, προσθείς, ὅτι τὸ ὑψηλότερον ἀνέβαινεν ἐπ' ἐσχάτου, τὸ ἐπὶ μακρὸν δηλαδὴ διαρκέσαι, καὶ ἕως τέλους τῆς Περσικῆς βασιλείας τῶν κεράτων ἑτέρον. Ἐκεράτιζε δὲ ὁ κριὸς κατὰ νότον καὶ βοῤῥᾶν καὶ θάλασσαν. Τό τε γὰρ νότιον κλίμα καὶ τὸ βόῤῥειον ἐχειρώσατο, καὶ τῶν νήσων τὰς πλείους (ταύτας γὰρ διὰ τῆς θαλάσσης ᾐνίξατο) ὑπὸ δουλείαν πεποίητο. Καὶ συνεμάχουν τῷ Ξέρξῃ κατὰ τῆς Ἑλλάδος στρατεύοντι οἱ τὰς νήσους οἰκοῦντες. Διὸ καὶ κατὰ θάλασσαν τὸν κριὸν κερατίζειν ὁ προφήτης ἑώρακεν. Οὐδέν τε τῶν θηρίων ἐνώπιον αὐτοῦ στῆναι ὑπέμενε. Θηρία δὲ τὰς μερικὰς βασιλείας ἐκάλεσεν ὡς φοβερὰς τοῖς ὑπηκόοις. Εἶεν δ' ἂν αὗται ἡ Σύρων, ἡ D Κιλίκων, ἡ Ἀράβων, ἡ Αἰγυπτίων, ἡ Ἰουδαίων, καὶ ἕτεραι. Οὐδὲ μία γοῦν τούτων ἀντιστῆναι εἰς τέλος ἠδυνήθη τῇ Περσῶν ἀρχῇ, ἀλλ' ἅπαντας οἷς προσέβαλεν ὑπέταξε. *Καὶ ἐμεγαλύνθη*· ἢ ὅτι μεγάλη γέγονεν ἡ ἀρχή, πολλῶν ἐθνῶν καὶ χωρῶν κυριεύσασα· ἢ ὅτι μεγάλα, καὶ ὑπὲρ ἀνθρωπίνην ἐφαντάσθη φύσιν, ὀγκωθεῖσα τῇ εὐτυχίᾳ. Ἀπορῶν δὲ ὁ προφήτης περὶ τῶν ὁρωμένων, ὁρᾷ τράγον ἀπὸ λιβὸς ἐρχόμενον ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ αὐτῷ κέρας ἦν

VIII. Hæc Daniel edoctus est primo anno Baltasaris. Tertio, visum aliud vidit: *Nam cum Susis*, inquit, *essem, sublatis oculis, vidi arietem stantem in Ubale, altis cornibus, altero tamen altiore: id ad extremum surgebat, et contra mare, septentrionem et austrum arietabat, neque ulla animalia coram eo consistere poterant. Fecit igitur omnia suo arbitratu, et magnus evasit.* Hac visione propheta rursus de regnis edocetur. Nam Persarum imperium ob divitiarum affluentiam arieti comparatum est. Stabat autem is in Ubale, quæ est porta Susorum, metropolis et regiæ Persarum, in eaque degenti Prophetæ visio oblata erat. Duo cornua significabant duas familias, illius imperii gubernatrices: minus, Cyrum, et Cambysem, ejus filium, in quibus imperium constitit, non progresso ulterius Cyri genere; majus, Darii genus portendit, quod usque ad eum Darium perduravit, quem devicit Alexander. Nam Cambyse filio Cyri mortuo, Magi per fraudem regnum sibi vindicabant: quo non diu retento, agniti, a septem Persicis familiis sunt oppressi, e quarum una Darius ortus, Hystaspis filius, regno potitus est, familia ejus usque ad regni excidium propagata: id quod Propheta innuit, cum addit, altius cornu ad extremum crevisse, hoc est, diu et usque ad Persici regni excidium durasse. Arietabat autem is aries versus austrum, septentrionem et mare; nam et australem et septentrionalem plagam subegit, et insulas plerasque, quæ per **130** mare intelliguntur, in servitutem redegit. Est et Xerxes insularium auxiliis usus, bello illato Græciæ; quamobrem Propheta arietem etiam mare ferire cornibus videt, neque ullam feram consistere coram eo posse. Feras porro vocat regna singularia, quippe subditis formidabilia, cujusmodi fuerunt, regnum Syrorum, Cilicum, Arabum, Ægyptiorum, Judæorum, et cætera, quorum nullum tandem Persico imperio obsistere potuit, quin id subigeret omnes quos invasisset. *Et magnus evasit;* sive quod amplificatum est imperium, multis gentibus et provinciis subactis; sive quod magna quædam et natura humana majora sibi finxit, rebus secundis elatum. Dum Propheta de iis quæ viderat, dubitat, hircum videt ab africo venientem in omnem terram, cui cornu erat spectabile in medio oculorum: qui usque ad arietem progressus, ferociter illum perculit, et ejus cornua comminuit, et humi prostratum conculcavit pedibus, neque erat qui arietem eriperet de manu ejus. Macedonicum imperium repræsentavit hircus, ariete celerior et agilior. Veniebat autem ab Africo, quod Alexander Ægypto prius subacta, tum demum Darium invasit denuo: eoque victo, Persi-

Variæ lectiones et notæ.

(83) *Τὸ ὑψηλότερον ἀνέβαινεν ἐπ' ἐσχάτου. Altius surgebat posterius.* Propter coactam Zonaræ interpretationem visionis istius, coactus sum vertere τὸ, ἐπ' ἐσχάτου, *ad extremum*. W.

cum imperium evertit : nam eum prius etiam ad Issum profligarat, ejus uxore, filiabus, curru et arcu potitus, direptisque castris Persicis. Sed Darius fuga elapsus, et recollectis copiis, pugna cum Alexandro ex Ægypto reverso ad Arbela commissa, iterum superatus, in fuga periit. Spectabile porro cornu vocat, ut insigne et conspicuum, regnum Alexandri per id intelligens. Et in medio oculorum ejus enatum esse cornu dicit, ob solertiam et prudentiam, ac generosum animum Alexandri. *Et venit*, inquit, *hircus usque ad arietem cornigerum, et vidi eum progressum ad arietem, et efferatum contra illum : quem cum perculisset, ambo ejus cornua contrivit, ut coram eo consistere non posset, sed ab hirco prostratus humi conculcaretur. Et sunt*, inquit, *ambo arietis cornua contrita ab hirco , impetu in eum facto.* Hoc est, ambæ ejus copiæ, Persicæ et Medicæ, quibus fretus erat. Nam Persarum rex utrique genti imperabat, Cyro, ut dictum est, utrinque **131** ducente originem, et utroque regno potito, quæ gentes ambæ Assyriorum regnum everterunt. *Et hircus evasit valde magnus.* Neque enim ea duntaxat quæ Assyriis paruerant, sed alia quoque multa subegit. Indiam aggressus, Porum devicit, et Taxilem sibi conciliavit, et alias Indicæ regionis partes occupavit. Deinde non diu duraturam ejus felicitatem Propheta significans, subjungit : *Et inter vincendum comminutum est cornu illud magnum, et infra ipsum quatuor cornua sunt enata.* Nam Alexandro brevi post successus illos mortuo, ejus imperium in partes quatuor est divisum : ut jam in tertia fera dictum est, quæ in somnis Danieli visa est e mari egressa, quatuor prædita capitibus. *Et ex uno cornu exstitit cornu terribile, idque in immensum est auctum versus austrum, versus orientem, versus africum, et versus occidentem : et amplificatum est usque ad potentiam cœli, et ceciderunt stellæ etiam in terram a potentia ejus, et conculcatæ sunt.* His verbis Daniel ea prædocet, quæ sub Antiocho Epiphane contigerunt, Antiochi Magni filio, superiorum regum potentiam supergresso, qui Seleuco successerant. Is Ægypto et aliis provinciis potitus, belloque Judæis illato, et Hierosolyma et totam gentem subegit, Templum spoliavit et polluit, porcis in eo immolatis, et ara Jovi exstructa, populumque ad paganismum adegit, et pueros mares circumcidi vetuit. Nam ejus furorem contra Deum illa verba innuunt : *Et elatus est usque ad cœli potentiam.* Illa vero : *Ceciderunt a potentia ejus et stellæ in terram, et conculcavit eas*, significant eos ex Judaico populo, qui ab illo coacti religionem violarunt, et tyranno cessere, legitima divinaque vivendi ratione deserta, ab eoque conculcati sunt. Stellæ autem vocantur, vel ob pietatis puritatem et splendorem : vel quod Abrahamo promiserat Deus, se progeniem ejus stellarum cœlestium instar amplificaturum. *Et usque ad principem copiarum est elatus.* Contra ipsum Deum furorem exercuit, principem cœlestium copiarum. *Et sacrificium turba-*

A ἓν θεωρητὸν ἀνὰ μέσον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. Καὶ ἕως τοῦ κριοῦ φθάσας, ἐξηγριώθη πρὸς αὐτὸν, καὶ ἔπαισεν αὐτὸν, καὶ συνέτριψε τὰ κέρατα αὐτοῦ, καὶ ἔρριψεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ συνεπάτησεν αὐτὸν, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος τὸν κριὸν ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ. Τὴν Μακεδονικὴν βασιλείαν ὑπετύπου ὁ τράγος· ὀξύτερος γὰρ τοῦ κριοῦ, καὶ μᾶλλον εὐκίνητος. Ἀπὸ λιβὸς δ' ἤρχετο· ὅτι τὴν Αἴ[illegible]πτον πρότερον ὑφ' ἑαυτὸν ποιησάμενος ὁ Ἀλέξανδρος, οὕτω πρὸς Δαρεῖον τὸ δεύτερον ὥρμησε, καὶ κατατροπωσάμενος αὐτὸν, τὴν τῶν Περσῶν βασιλείαν κατέλυσεν. Ἐν Ἰσσῷ γὰρ πρώην τῆς Κιλικίας αὐτῷ συμβαλὼν, ἥττησεν αὐτὸν, καὶ τὴν μὲν γυναῖκα καὶ τὰς θυγατέρας αὐτοῦ καὶ τὸ ἅρμα καὶ τὸ τόξον κατέσχε, καὶ διήρπασε τὸ στρατόπεδον τὸ Περσικόν. Ἔφυγε δ' B ἐκεῖθεν ὁ Δαρεῖος, καὶ αὖθις δυνάμεις συναγαγὼν, ἐμαχέσατο τῷ Ἀλεξάνδρῳ, ἐξ Αἰγύπτου πρὸς ἐκεῖνον ὁρμήσαντι, καὶ πάλιν ἡττήθη ἐν Ἀρβήλοις, καὶ φεύγ[illegible]ν ἀπώλετο. Θεωρητὸν δὲ τὸ κέρας φησὶν, ἀντὶ τοῦ ἐπίσημον καὶ περίβλεπτον· τὴν Ἀλεξάνδρου δὲ καὶ διὰ τούτου αἰνίττεται βασιλείαν. Καὶ ἀνὰ μέσων τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ἐκφῦναι τὸ κέρας λέγει, διὰ τὸ ἀγχίνουν καὶ τὴν σύνεσιν, καὶ τὸ γενναῖον τοῦ φρονήματος τοῦ Ἀλεξάνδρου. *Καὶ ἦλθε*, φησὶν, *ὁ τράγος ἕως τοῦ κριοῦ τοῦ τὰ κέρατα ἔχοντος, καὶ εἶδον αὐτὸν φθάσαντα ἕως τοῦ κριοῦ, καὶ ἐξηγριώθη πρὸς αὐτὸν, καὶ ἔπαισε τὸν κριὸν, καὶ συνέτριψεν ἀμφότερα τὰ κέρατα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ἰσχὺς τῷ κριῷ τοῦ στῆναι ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ* C *ἔρριψεν αὐτὸν εἰς γῆν, καὶ συνεπάτησεν αὐτόν. Συνετρίβη δὲ*, φησὶ, *καὶ ἄμφω τὰ κέρατα τοῦ κριοῦ προσαράξαντος τοῦ τράγου αὐτῷ*· τουτέστι, καὶ ἄμφω αἱ δυνάμεις αὐτοῦ αἷς ἐπεποίθει, ἥ τε Περσικὴ καὶ ἡ Μηδική. Περσῶν γὰρ καὶ Μήδων ἦρχον οἱ βασιλεῖς τῶν Περσῶν, ὡς τοῦ Κύρου ἐξ ἀμφοῖν, ὡς εἴρηται, φύντος, καὶ τὴν ἀμφοῖν βασιλείαν σχόντος ὑφ' ἑαυτὸν, καὶ ἄμφω ταῦτα τὰ γένη τῶν Ἀσσυρίων τὴν βασιλείαν κατέλυσαν. *Καὶ ὁ τράγος ἐμεγαλύνθη σφόδρα.* Οὐ γὰρ μόνα τὰ ὑπήκοα τῇ τῶν Ἀσσυρίων ἀρχῇ ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιήσατο, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλὰ ἐχειρώσατο. Τῇ τε γὰρ Ἰνδίᾳ προσέβαλε, καὶ τὸν Πῶρον ἐνίκησε, καὶ τὸν Ταξίλην ᾠκειώσατο, καὶ ἄλλα μέρη τῆς Ἰνδικῆς κατέσχεν. D Εἶτα δηλῶν ὁ προφήτης, ὅτι καὶ οὗτος εὐδαιμονήσας μικρὸν, παρελεύσεται, ἐπήγαγε· *Καὶ ἐν τῷ ἰσχῦσαι αὐτὸν, συνετρίβη τὸ κέρας τὸ μέγα, καὶ τέσσαρα κέρατα ὑποκάτωθεν ἐξέκ;υ αὐτοῦ.* Τοῦ γὰρ Ἀλεξάνδρου μετὰ τὴν εὐτυχίαν ἐκείνην συντόμως θανόντος, εἰς τέσσαρα ἡ ἐκείνου διῃρέθη ἀρχὴ, ὡς εἴρηται ἤδη ἐν τῷ τρίτῳ θηρίῳ, ὃ τῷ Δανιὴλ καθ' ὕπνους ἔδοξεν ἐκ τῆς θαλάσσης ἐξέρχεσθαι, ἔχον τέσσαρας κεφαλάς. *Καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς τῶν κεράτων ἐξῆλθε κέρας φοβερὸν, καὶ ἐμεγαλύνθη περισσῶς πρὸς νότον καὶ πρὸς ἀνατολὴν, καὶ πρὸς λίβα, καὶ πρὸς τὴν δύσιν. Καὶ ἐμεγαλύνθη ἕως τῆς δυνάμεως τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔπεσον ἐπὶ τὴν γῆν ἀπὸ τῆς δυνάμεως, καὶ ἀπὸ τῶν ἀστέρων, καὶ συνεπάτησεν αὐτούς.* Τὰ περὶ τοῦ Ἐπιφα-

νοῦς Ἀντιόχου διὰ τούτων ὁ Δανιὴλ προδιδάσκεται, ὃς Ἀντιόχου μὲν τοῦ μεγάλου υἱὸς ἦν, μᾶλλον δὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ κρατυνθεὶς βασιλέων, τῶν ἀπὸ Σελεύκου δηλαδὴ, καὶ τῆς Αἰγύπτου κρατήσας, καὶ ἑτέρων χωρῶν, καὶ ἐπὶ Ἰουδαίους ἐστράτευσε, καὶ τῆς τῶν Ἱεροσολύμων ἐκυρίευσε πόλεως, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἔθνους παντός. Καὶ τόν τε ναὸν ἐσύλησε καὶ ἐμίανε, σύας ἐν αὐτῷ θύσας, καὶ τῷ Διὶ βωμὸν ἱδρυσάμενος, τὸ ἔθνος ὅλον ἑλληνίζειν ἠνάγκαζε, κωλύων αὐτοὺς περιτέμνειν τὰ ἄῤῥενα. Τὴν γὰρ κατὰ τοῦ Θεοῦ μανίαν αὐτοῦ, τὸ *Ἐμεγαλύνθη ἕως τῆς δυνάμεως τοῦ οὐρανοῦ*, ὑπαινίττεται. Τὸ δὲ, *Ἔπεσον ἀπὸ τῆς δυνάμεως καὶ ἀπὸ τῶν ἀστέρων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ συνεπάτησεν αὐτούς·* τοὺς ἐκ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ λαοῦ ἀσεβήσαντας διὰ τὴν B ἐξ ἐκείνου ἐπαγομένην αὐτοῖς ἀνάγκην δηλοῖ, οἳ τῆς νομίμου καὶ θείας διαγωγῆς ἐκπεπτώκασι, τῷ τυράννῳ ὑπείξαντες, καὶ ὑπ' ἐκείνου συμπατηθέντες. Ἀστέρες δ' ἐκλήθησαν, διὰ τὸ τῆς εὐσεβείας καθαρὸν καὶ ὑπέρλαμπρον· ἢ ὅτι τῷ Ἀβραὰμ ὁ Θεὸς ἐπηγγείλατο πληθῦναι τὸ σπέρμα αὐτοῦ ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ. *Καὶ ἕως τοῦ ἄρχοντος τῆς δυνάμεως ἱδρύθη*. Καὶ κατ' αὐτοῦ γὰρ τοῦ Θεοῦ ἐλύττησε τοῦ ἄρχοντος τῶν ἄνω δυνάμεων. *Καὶ θυσία ἐταράχθη πτώματι, καὶ ἐγενήθη, καὶ εὐωδώθη, καὶ ἐδόθη ἐπὶ τὴν θυσίαν ἁμαρτία, καὶ ἐῤῥίφη χαμαὶ δικαιοσύνη*. Ἀπηγορευμένα γὰρ θύσας, ἐτάραξε τὴν θυσίαν, ἀντὶ τοῦ, συνέχεεν, ἐμίανε. Πτώματα δὲ τοὺς σύας λέγει, καὶ ἁμαρτίαν ἐπὶ τὴν θυσίαν τὴν ἐπ' αὐτῇ παρανομίαν. Διὰ δὲ τοῦ, C Ἐῤῥίφη χαμαὶ δικαιοσύνη, ἡ τῶν νομίμων ἀθέτησις, καὶ οἱ ἄδικοι φόνοι δηλοῦνται τῶν ἀσεβῆσαι μὴ καταδεξαμένων. Ἀλλὰ καὶ ταῦτα πράττων, καὶ οὕτως ἀσεβῶν ὁ Ἀντίοχος, εὐωδοῦτο, φησίν. Ἐπὶ

A *tum est cadaveribus, et factum est, ac secundis rebus usus est, et datum est ad victimam peccatum, et humi abjecta est justitia*. Nam cum interdicta sacrificasset, turbavit sacrificium, hoc est, confudit, 132
polluit. Cadavera porcos nominat: et peccatum in sacrificio, violatas ab eo leges. Projectam humi justitiam dicit, ob contempta instituta patria. Significantur etiam injustæ cædes eorum, qui ab impietate abhorruerunt. Sed quamvis, inquit, hæc ageret, tamque impie se gereret Antiochus, tamen rebus secundis usus est. His subjicit Daniel: *Et dixit unus sanctus Phelmuni, Quando tandem visio terminabitur? et sublatum sacrificium, et peccatum vastationis concessum? Is dixit ei: Usque ad vesperam et mane, dies bis mille et trecenti, tunc repurgabitur sanctum*. Ad Prophetam ex visione sollicitum mittuntur angeli, qui ei significent, finem ærumnarum fore, et tempus eum doceant, quo desituræ sint. Et alius alium interrogabat: nam Phelmuni, aliquem significat. Rogabat autem non ut ignarus, sed ut Daniel cognosceret. Qui rogabatur, respondet: Dies bis mille trecenti usque ad vesperam et mane, tum repurgabitur sanctum. Vesperam igitur vocavit principium molestiarum, aut totum tempus earum (nam molestiæ nocti et tenebris comparantur, mane, pacatum statum post calamitates. Verba igitur illa hoc volunt. A principio malorum usque ad eorum finem, tantum temporis elabetur. Dies autem in annos redacti, conficiunt sex menses, et annos totidem, secundum calculum Hebræorum. Nam tandiu viguit calamitas Judæis ad Antiocho illata. Hæc Danieli intelligere cupienti, a Gabriele archangelo sunt revelata.

τούτοις ἐπάγει ὁ Δανιήλ· *Καὶ εἶπεν εἷς ἅγιος τῷ Φελμουνί· Ἕως πότε ἡ ὅρασις στήσεται, καὶ ἡ θυσία ἡ ἀρθεῖσα, καὶ ἡ ἁμαρτία τῆς ἐρημώσεως ἡ δοθεῖσα; Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἕως ἑσπέρας καὶ πρωῒ, ἡμέραι δισχίλιαι καὶ τριακόσιαι, καὶ καθαρισθήσεται τὸ ἅγιον*. Ἀγωνιῶντι τῷ προφήτῃ διὰ τὰ ὁρώμενα, ἐπιπέμπονται ἄγγελοι δηλοῦντες αὐτῷ, ὅτι τέλος ἕξουσι τὰ δυσχερῆ, καὶ τὸν καιρὸν διδάσκοντες τῆς αὐτῶν παρελεύσεως. Καὶ ἠρώτα ἕτερος τὸν ἕτερον. Τὸ γὰρ Φελμουνὶ ἐξελληνιζόμενον, τινὰ σημαίνει. Ἠρώτα δὲ οὐχ ὡς ἀγνοῶν, ἀλλ' ἵνα μάθῃ ὁ Δανιήλ. Ὁ δ' ἐρωτώμενος ἀπεκρίνατο· Ἡμέραι δισχίλιαι καὶ τριακόσιαι ἕως ἑσπέρας καὶ πρωΐ, καὶ καθαρισθήσεται τὸ ἅγιον. Ἑσπέραν μὲν οὖν ἐκάλεσε τὴν ἀρχὴν τῶν ἀνιαρῶν, ἢ καὶ ὅλον τὸν χρόνον αὐτῶν· νυκτὶ γὰρ καὶ σκότῳ τὰ λυπηρὰ ἔοικε· πρωῒ δὲ τὴν μετὰ τὰς συμφορὰς εἰρηναίαν κατάστασιν. Τοῦτο τοίνυν σημαίνει, δι' ὧν φησιν, ὅτι ἀπὸ τῆς τῶν κακῶν ἀρχῆς μέχρι τέλους αὐτῶν τόσος καιρὸς παρελεύσεται. Αἱ δὲ ἡμέραι πρὸς ἐνιαυτοὺς ἀριθμούμεναι ἓξ ἀποτελοῦσι μῆνας, καὶ ἰσαρίθμους ἐνιαυτοὺς, κατὰ τὴν τῶν Ἑβραίων ψῆφον. Ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ἡ ἐπ' Ἀντιόχου τοῖς Ἰουδαίοις ἐπενεχθεῖσα συμφορὰ ἐπεκράτησε. Ταῦτα παρὰ τοῦ ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ τῷ προφήτῃ ζητοῦντι σύνεσιν ἐμυήθη.

θ'. Εἶτα διὰ τὴν τῶν ὁμοφύλων αἰχμαλωσίαν, D ἐπὶ Δαρείου πάλιν τοῦ Μήδων ἄρχοντος, ὃς καὶ Κυαξάρης ὠνόμαστο, καὶ Ἀσούηρος, Ἀστυάγους ὢν υἱὸς, τοῦ προφήτου θρηνοῦντος, καὶ τοῦ Θεοῦ δεομένου, ἥψατό τις ἀνὴρ, ᾧ ὄνομα Γαβριήλ. Ἥψατο δὲ αὐτοῦ ὡσεὶ ὥραν θυσίας ἑσπερινῆς, ἢ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐν ἑσπέρᾳ λατρείας, ἢ ἐπὶ τοσαύτην ὥραν ἐφ' ὅσην ἡ ἑσπερινὴ ἐτελεῖτο λατρεία. Καὶ εἶπε τῷ Δανιήλ· *Νῦν ἐξῆλθον συμβιβάσαι σοι σύνεσιν, καὶ ἀναγγεῖλαί σοι, ὅτι ἀνὴρ ἐπιθυμιῶν εἶ σύ. Καὶ ἐννοήθητι ἐν τῷ ῥήματι, καὶ σύνες ἐν τῇ ὀπτασίᾳ·* ἀντὶ τοῦ, Ἀκριβῶς πρόσχες τοῖς λεγομέ-

IX. Deinde iterum sub Dario Medorum principe, (qui et Cyaxares et Assuerus,) Astyagis filio, Prophetam popularium suorum captivitatem lamentantem, et Deum deprecantem, attigit vir quidam nomine Gabriel. Attigit autem sub tempus sacrificii vespertini, sive tempus vespertini cultus intelligatur, sive tantum spatium, quanto sacrificium vespertinum peragitur: et ait Danieli: *Nunc egressus sum ad tribuendam tibi intelligentiam, et ad annuntiandum, quia vir desideriorum es. Quare considera quæ dicuntur, et visionem intellige:* hoc est, attente ausculta. Nam verba obscura sunt,

εἰς Ἱεροσόλυμα, ἔθυσαν, καὶ τῆς οἰκοδομῆς ἀπήρξαντο τοῦ ναοῦ. Καὶ ὁ μὲν ναὸς θᾶττον ἔλαβε τέλος. Ἀπαρτισθέντος δ' ἤδη τοῦ ἱεροῦ, οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ Λευῖται καὶ οἱ Ἀσὰφ παῖδες ὕμνουν τὸν Θεόν. Τῶν δὲ πατριῶν οἱ πρεσβύτεροι τὸν πρὶν ναὸν ταῖς μνήμαις ἀναπολοῦντες, καὶ τὸν ἄρτι γεγενημένον ἐνδεέστερον ὁρῶντες τοῦ πάλαι, εἰς δάκρυα καὶ θρήνους προήγοντο, καὶ ἡ τούτων οἰμωγὴ ὑπερεφώνει τὴν τῶν σαλπίγγων ἠχήν. Προσίασι δ' οἱ Σαμαρεῖται τῷ Ζοροβάβελ, ἔτι τοῦ ναοῦ ἀνεγειρομένου, ἀξιοῦντες συγκοινωνῆσαι αὐτοῖς τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ. Ὁ δὲ τῆς μὲν οἰκοδομῆς αὐτοὺς μετασχεῖν οὐ προσήκατο, προσκυνεῖν δ' ἐν αὐτῷ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐφιέναι. Πρὸς ταῦτα οἱ Σαμαρεῖται ἠχθέσθησαν, καὶ πείθουσι τὰ ἐν Συρίᾳ ἔθνη, δεηθῆναι τῶν σατραπῶν, ἐπισχεῖν τοῦ ναοῦ τὴν ἀνέγερσιν. Ἀναβάντες δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα οἱ Συρίας ἐπάρχοντες καὶ Φοινίκης, ἠρώτων, τίνος συγχωρήσαντος ὡς φρούριον τὸν ναὸν ἀνεγείρουσι, καὶ τῇ πόλει τείχη σφόδρα περιβάλλουσιν ἰσχυρά; Ζοροβάβελ δὲ καὶ ὁ ἀρχιερεὺς Ἰησοῦς, ἐκ Κύρου πρῶτον ἐπιτραπῆναι τὴν οἰκοδομὴν ἔφασαν, εἶθ' αὖθις ἐκ τοῦ Δαρείου. Οἱ δ' ἔπαρχοι τῶν τῆς Συρίας καὶ Φοινίκης χωρῶν, τὴν μὲν τῶν ἔργων οἰκοδομὴν ἐπισχεῖν οὐκ ἔκριναν, Δαρείῳ δὲ παραχρῆμα ἔγραψαν. Τῶν δὲ Ἰουδαίων κατεπτηχότων, μὴ μεταδόξῃ τῷ βασιλεῖ περὶ ὧν ᾠκονόμησεν, Ἀγγαῖος καὶ Ζαχαρίας οἱ προφῆται θαῤῥεῖν αὐτοὺς παρώρμων, καὶ μηδὲν ὑφοράσθαι ἀβούλητον. Πιστεύοντες οὖν τοῖς προφήταις, ἐντεταμένως εἴχοντο τῆς οἰκοδομῆς. Δαρεῖος δὲ τὰς ἐπιστολὰς δεξάμενος, καὶ τὰς τῶν Σαμαρειτῶν κατηγορίας, ὅτι τήν τε πόλιν ὀχυροῦσιν Ἰουδαῖοι, καὶ τὸν ναὸν οἰκοδομοῦσιν ὡς φρούριον, καὶ ὅτι Καμβύσης τὴν τούτων ἐκώλυσεν οἰκοδομὴν, προσέταξεν ἐν τοῖς βασιλικοῖς ὑπομνήμασι ζητηθῆναι τὰ περὶ τούτου, καὶ εὑρέθη ἐν Ἐκβατάνοις τῇ βάρει τῇ ἐν Μηδίᾳ γεγραμμένον, ὡς τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας Κῦρος ἐκέλευσε τὸν ναὸν οἰκοδομηθῆναι τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ τὴν εἰς ταῦτα δαπάνην ἐκ τῶν βασιλικῶν διετάξατο γίνεσθαι, καὶ τὰ τοῦ ναοῦ σκεύη ἀποδοθῆναι, καὶ συλλαβέσθαι πρὸς τὸ ἔργον τοῖς ἐκεῖσε ἄρχουσιν ἐκέλευσε, καὶ τελεῖν τοῖς Ἰουδαίοις εἰς θυσίαν ταύρους καὶ κριοὺς καὶ ἄρνας καὶ ἐρίφους, σεμίδαλίν τε καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον. Ταῦτα ἐν τοῖς ὑπομνήμασι Δαρεῖος εὑρὼν, ἀντέγραψε τοῖς ἐπεσταλκόσι· *Τὸ ἀντίγραφον ὑμῖν τῆς ἐπιστολῆς, ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν εὑρὼν τοῖς Κύρου, ἀπέσταλκα, καὶ βούλομαι γενέσθαι πάντα, ὡς περιέχει αὐτή. Ἔῤῥωσθε.* Γνόντες δὲ τὴν τοῦ βασιλέως προαίρεσιν οἱ τῶν χωρῶν ἐκείνων ἐπιτροπεύοντες, συνήργουν τοῖς Ἰουδαίοις. Καὶ ᾠκοδομήθη ἐν ἔτεσιν ἑπτὰ ὁ ναὸς, καὶ ἔθυσαν οἱ Ἰσραηλῖται θυσίας ἀνανεωτικὰς τῶν προτέρων ἀγαθῶν. Τῆς δὲ τῶν Ἀζύμων ἑορτῆς ἐνστάσης, συνεῤῥύη πᾶς ὁ λαὸς ἐκ τῶν κωμῶν εἰς τὴν πόλιν, καὶ τὴν ἑορτὴν ἤγαγον, καὶ τὴν Πάσχα προσαγορευομένην θυσίαν ἐτέλεσαν. Κατῴκησαν δ' ἐν Ἱεροσολύμοις πολιτείᾳ χρώμενοι ἀριστοκρατικῇ μετὰ ὀλιγαρχίας. Οἱ γὰρ ἱερεῖς προεστήκεσαν τῶν πραγμάτων, ἄχρις οὗ τοὺς Ἀσαμωναίου συνέβη βα-

A absoluta, sacerdotes, Levitæ et Asaphi liberi Deum celebrant. Tribuum vero seniores, repetita prioris templi magnificentia, quod recens illud longe inferius esse cernerent, ita illacrymant atque lugent, ut eorum ejulatus sonum tubarum superaret. Dum templum conderetur, Samaritani Zorobabelem adeunt, petentes se in structuræ societatem admitti. Id ille recusat : cæterum ea absoluta, si in templo adorare velint, licere. Ea repulsa homines irritati, Syriæ gentibus auctores sunt petendi a satrapis, ut templi ædificationem prohibeant. Itaque præsides Syriæ **175** et Phœniciæ Hierosolyma profecti, rogant, cujus concessu templum instar castelli ædificent, et urbem muris fortissimis cingant? Zorobabel et pontifex Jesus id primum a Cyro, B deinde a Dario etiam permissum esse, respondent. Quo illi audito, non impedienda opera censuerunt, sed Dario statim scripserunt. Judæos autem perterritos ac metuentes, ne regem liberalitatis suæ pœniteret, Aggæus et Zacharias prophetæ bonis animis esse jubent, neque molesti quidquam suspicari. Igitur prophetis freti, continenter instant operi. Darius autem litteris et Samaritanorum accusationibus acceptis, quod Judæi urbem munirent, et templum castelli instar exstruerent, cum eorum ædificatio a Cambyse prohibita fuerit, hæc in regiis monumentis inquiri jubet ; ac inventum est Ecbatanis (id Mediæ castellum est) in turri scriptum, Cyrum anno regni sui primo jussisse, templum et sacrarium Hierosolymitanum exstrui, C et sumptus ad eam rem ex regia suppeditari, templique vasa restitui, et vicinos prætores opus illud adjuvare : et Judæis ad sacrificia pendere tauros, arietes, agnos et hædos, similamque, vinum et oleum. Hæc Darius cum in commentariis invenisset, præsidibus in hanc sententiam rescripsit : *Exemplum vobis mandati Cyri in monumentis repertum mitto : atque omnino id fieri volo, quod illo continetur. Valete.* Regis voluntate cognita, provinciarum illarum prætoribus Judæos adjuvantibus, temploque annis septem absoluto, Israelitæ victimas immolarunt, pristinorum bonorum renovatrices. In festo Azymorum omnes e pagis in urbem confluxerunt : peractoque sacrificio, quod Pascha D dicitur, festivitatem concelebrarunt. Qui Hierosolymis consederant, formam reipublicæ tenuerunt ex optimatum et paucorum potestate contemperatam. Summa rerum enim usque ad regnum Asamonæorum penes sacerdotes fuit. Nam ante captivitatem quidem regibus per annos DXXXII menses VI et dies X paruerunt. Ante reges, magistratus ii præfuere, qui judices vocabantur, et dictatores : sub quibus et ipsis annos **176** amplius D post Mosem et Jesum egerunt. Samaritani tamen infesti Judæis, multa mala dederunt. Quamobrem Zorobabel et alii IV ex magistratibus cum eo Hierosolymis legati ad Darium iverunt. Quorum rex querelis cognitis, ad magistros equitum et senatum Samariæ scripsit : ne molesti essent Judæis, sed

e regio fisco tributorum Samariæ, omnia suppeditarent ad sacrificia necessaria.

σιλεύειν ἐκγόνους. Πρὸ μὲν γὰρ τῆς αἰχμαλωσίας, ἐβασιλεύοντο ἐπὶ ἔτη πεντακόσια τριακονταδύο, μῆνας ἕξ, ἡμέρας δέκα. Πρὸ δὲ τῶν βασιλέων ἄρχοντες αὐτοὺς διεῖπον οἱ προσαγορευόμενοι κριταὶ, καὶ μόναρχοι. Καὶ τοῦτον πολιτευόμενοι τὸν τρόπον ἐπ' ἔτεσι πλείοσιν ἢ πεντακοσίοις διήγαγον, μετὰ Μωϋσῆν τε καὶ Ἰησοῦν. Οἱ δέ γε Σαμαρεῖς ἀπεχθῶς πρὸς αὐτοὺς διακείμενοι, πολλὰ κακὰ τοὺς Ἰουδαίους εἰργάζοντο. Πρέσβεις οὖν ἐξ Ἱεροσολύμων πρὸς Δαρεῖον ἐστάλησαν, Ζοροβάβελ, καὶ τῶν ἀρχόντων ἕτεροι τέσσαρες. Μαθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς τὰ κατὰ τῶν Σαμαρέων αἰτιάματα, ἔγραψε πρὸς τοὺς ἱππάρχους (9) τῆς Σαμαρείας καὶ τὴν βουλὴν, μήτ' ἐνοχλεῖν Ἰουδαίοις, ἀλλὰ καὶ χορηγεῖν αὐτοῖς ἐκ τοῦ βασιλικοῦ γαζοφυλακίου τῶν φόρων τῆς Σαμαρείας, πάνθ' ὅσα πρὸς τὰς θυσίας αὐτοῖς ἐστι χρήσιμα.

V. Dario mortuo, Xerxes filius paterni et regni et pietatis successor, erga Judæos optime affectus fuit. Erat autem eo tempore Babylone Esdras, vir bonus, et Mosaicæ legis peritissimus. Is cum se in regis amicitiam insinuasset, atque ascendere Hierosolyma, Judæis quibusdam Babyloniis secum adductis, cuperet, regem oravit, ut se per litteras satrapis commendaret. Rex igitur hujusmodi scribit litteras : *Meæ humanitatis esse ratus, ut qui ex Israelitis voluerint, Hierosolyma discedant : hoc negotium Esdræ Scribæ et divinæ legis lectori dedi. Qui igitur voluerit, abeat : et quidquid auri atque argenti in regione Babyloniorum inventum fuerit, Deo consecratum, id omne jubeo perferri Hierosolyma. Tu vero, Esdra, quæcunque tibi visa fuerint, ea perficito, impensis e fisco regio sumptis. Sacerdotibus porro, Levitis, et omnibus templi ministris neque tributum, neque quidqam aliud molestum imperari volo. Tuque, Esdra, pro divina tua sapientia designato judices legis peritos, qui in Syria totaque Phœnicia jus dicant, et ignorantibus legem cognoscendam exhibeto.* Hanc epistolam Esdras Judæis Babylone degentibus legit, et exempla ejus in omnes provincias ad populares suos misit : qui omnes supra modum exhilarati sunt, quidam etiam cum sua re familiari se Babylonem contulerunt, ut redirent Hierosolyma. Sed universus Israelitarum populus illic mansit. Ea de causa Josephus ait, duas tantum tribus tam in Europa quam in Asia parere Romanis : decem vero ultra Euphratem esse, quarum infinita sit multitudo, cujus iniri nullus queat numerus. Esdras igitur multis Hierosolyma secum profectis, munera quæ Xerxes, ejusque consiliarii et Babylonii Israelitæ Deo donarant, magnam argenti et æris summam gazæ custodibus, provinciarum prætoribus litteras regis reddit, qui genti honorem habuerunt, omnibusque rebus adjumento fuerunt. Postea cum intellexisset quosdam e populo, sacerdotibus et Levitis alienigenas duxisse uxores : eos multis lacrymis et crebris monitis impulit, ut eas una cum liberis ejicerent. Festo tabernaculorum omnis fere populus congregatus, ab Esdra petiit, ut leges Mosaicas legeret : quibus auditis, commissa piacula deplorarunt. Sed Esdras, in festo non esse lacrymandum, dixit : sed operandum sacris, et convivandum, ac leges in posterum

Ε'. Δαρείου δὲ τελευτήσαντος, παραλαβὼν τὴν βασιλείαν ὁ παῖς αὐτοῦ Ξέρξης, καὶ τὴν πρὸς Θεὸν εὐσέβειαν διεδέξατο, καὶ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἔσχε φιλοτιμότατα. Ἦν δ' ἐν Βαβυλῶνι τότε Ἔζρας, ἀνὴρ ἀγαθὸς, καὶ τῶν νόμων Μωσέως εἰς ἐμπειρίαν ἀκριβέστατος. Οὗτος φίλος τῷ Ξέρξῃ γίνεται, καὶ ἀναβῆναι θελήσας εἰς Ἱεροσόλυμα, καί τινας ἐπαγαγέσθαι τῶν ἐν Βαβυλῶνι Ἑβραίων, ἐδεήθη τοῦ βασιλέως διὰ γραμμάτων αὐτοῦ γνωρίσαι τοῖς σατράπαις αὐτόν. Ὁ δὲ γράφει ταῦτα· *Τῆς ἐμαυτοῦ φιλανθρωπίας ἔργον εἶναι νομίσας, τὸ τοὺς βουλομένους τῶν Ἰσραηλιτῶν συναπαίρειν εἰς Ἱεροσόλυμα, Ἔζρᾳ ἱερεῖ καὶ ἀναγνώστῃ τοῦ θείου νόμου τοῦτο προσέταξα, καὶ ὁ βουλόμενος ἀπίτω. Καὶ ἄργυρος καὶ χρυσὸς, ὅσος ἂν εὑρεθείη ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Βαβυλωνίων ὠνομασμένος* (10) *τῷ Θεῷ, τοῦτον πάντα κελεύω εἰς Ἱεροσόλυμα κομισθῆναι. Καὶ ὅσα ἂν ἐννοήσῃς, ὦ Ἔζρα, καὶ ταῦτα ἐργάσαι, τὴν εἰς αὐτὰ δαπάνην ἐκ τοῦ βασιλικοῦ γαζοφυλακίου ποιούμενος· καὶ τοῖς ἱερεῦσι δὲ καὶ Λευΐταις καὶ πᾶσι τοῖς τοῦ ἱεροῦ δουλευταῖς, μήτε φόρους μήτε ἄλλο τι φορτικὸν ἐπιταγῆναι κελεύω. Καὶ σὺ δὲ κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ σοφίαν, Ἔζρα, ἀπόδειξον κριτὰς, ὅπως δικάζωσιν ἐν Συρίᾳ καὶ Φοινίκῃ πάσῃ, τοὺς ἐπισταμένους τὸν νόμον· καὶ τοῖς ἀγνοοῦσι παρέξεις αὐτὸν μαθεῖν.* Λαβὼν δὲ ταύτην Ἔζρας τὴν ἐπιστολὴν, ἀνέγνω ἐν Βαβυλῶνι τοῖς ἐκεῖ Ἰουδαίοις, καὶ τὸ ἀντίγραφον αὐτῆς πρὸς πάντας ἔπεμψε τοὺς ὁμοεθνεῖς· οἳ ἅπαντες ὑπερήσθησαν. Πολλοὶ δ' αὐτῶν καὶ τὰς κτήσεις ἀναλαβόντες, ἦλθον εἰς Βαβυλῶνα, ἵν' ἐπανέλθωσιν εἰς Ἱεροσόλυμα. Ὁ δὲ πᾶς λαὸς τῶν Ἰσραηλιτῶν κατὰ χώραν ἔμεινε· διὸ καὶ δύο φυλὰς ἐπί τε τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης Ῥωμαίοις ὑπηκόους εἶναι, φησὶν ὁ Ἰώσηπος, τὰς δὲ δέκα φυλὰς πέραν εἶναι τοῦ Εὐφράτου, μυριάδας οὔσας ἀπείρους, καὶ ἀριθμῷ γνωσθῆναι μὴ δυναμένας. Πρὸς Ἔζραν δὲ πολλοὶ τὸν ἀριθμὸν ἀφικνοῦνται, καὶ σὺν αὐτῷ παραγίνονται εἰς Ἱεροσόλυμα. Καὶ παραδέδωκεν ὁ Ἔζρας τοῖς γαζοφύλαξιν, ἃ ὁ Ξέρξης καὶ οἱ σύμβουλοι αὐτοῦ, καὶ οἱ ἐν Βαβυλῶνι Ἰσραηλῖται, τῷ Θεῷ ἐδωρήσαντο, εἰς πολλὰ τάλαντα ἀργυρίου καὶ χαλκοῦ συμποσούμενα, καὶ τοῖς τῶν χωρῶν ἐπιτροπεύουσι τὰ γράμματα τοῦ βασιλέως ἐπέδωκεν. Οἱ δὲ τὸ ἔθνος ἐτίμησαν, καὶ πρὸς πᾶσαν χρείαν συνήργησαν. Γνοὺς δ' ἔπειτα, ὥς τινες τοῦ

Variæ lectiones et notæ.

(9) *Τοὺς ἱππάρχους.* Ita cod. ms. et Josephus. Wolfius reposuerat ὑπάρχους, præfectos.

(10) *Ὠνομασμένος τῷ Θεῷ. Nominatum Deo*, pro dedicatum. Ἀφιερωμένος, καθωσιωμένος. W.

πλῆθους καὶ τῶν ἱερέων καὶ τῶν Λευϊτῶν ἀλλοεθνεῖς γυναῖκας ἠγάγοντο, ἔπεισεν αὐτοὺς δάκρυσι πολλοῖς καὶ πυκναῖς παραινέσεσιν, ἐκβαλεῖν τὰς ἀλλοεθνεῖς, καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν γεννηθέντα. Τῆς ἑορτῆς δὲ τῆς Σκηνοπηγίας ἐπιστάσης, σχεδὸν ἅπαν τὸ τοῦ λαοῦ πλῆθος συνεληλυθὸς εἰς αὐτὴν, ἠξίωσαν τὸν Ἔζραν, τοὺς νόμους ἀναγνωσθῆναι τοῦ Μωϋσέως. Καὶ ἀκούσαντες τούτων, εἰς δάκρυα προήχθησαν, δυσφοροῦντες περὶ τῶν παρελθόντων. Ἔζρας δὲ, μὴ δεῖν ἔφη θρηνεῖν, ἑορτῆς οὔσης· ἑορτάζειν δὲ, καὶ εὐωχεῖσθαι, καὶ τηρεῖν τοὺς νόμους εἰς τὸ μέλλον. Καὶ ὁ μὲν γηραιὸς ἐτελεύτησεν. Τῶν δ' αἰχμαλώτων τις Νεεμίας τὴν κλῆσιν, οἰνοχόος ὢν τοῦ Ξέρξου, πρὸ τῶν Σούσων περιπατῶν, ξένους εἶδέ τινας εἰσιόντας τὴν πόλιν· καὶ ἀκούσας αὐτῶν Ἑβραϊστὶ ὁμιλούντων, προσελθὼν ἐπυνθάνετο, πόθεν εἶεν; Ἥκειν B δ' ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων, εἰπόντων, πῶς αὐτῶν ἔχει τὸ πλῆθος, καὶ ἡ μητρόπολις Ἱεροσόλυμα, προσηρώτησεν· ἀποκριναμένων δὲ, κακῶς ἔχειν· πολλὰ γὰρ δεινὰ τὰ πέριξ ἔθνη αὐτοῖς ἐπάγειν, ἐδάκρυσεν ὁ νεανίας (11)· καὶ τῆς ὥρας ἐπιστάσης, ὡς εἶχε, διακονήσων τῷ βασιλεῖ, εἰσελήλυθεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς σκυθρωπὸν αὐτὸν θεασάμενος, ἤρετο διότι κατηφιᾷ· ὁ δὲ τῆς λύπης αἰτίαν εἶπε, τὰ τῆς πατρίδος αὐτοῦ δυστυχήματα. Καὶ ἐδέετο συγχωρηθῆναι αὐτῷ πορευθῆναι, καί τό τε τεῖχος ἀνεγεῖραι, καὶ τοῦ ἱεροῦ τὸ λεῖπον ἀναπληρῶσαι. Καὶ ὁ βασιλεὺς κατένευσε πρὸς τὴν αἴτησιν· καὶ δίδωσιν αὐτῷ τῇ ἐπιούσῃ ἐπιστολὴν πρὸς τὸν τῆς Φοινίκης καὶ Συρίας καὶ Σαμαρείας ἐπίτροπον ἐντελλομένην αὐτῷ, τιμῆσαι C τὸν Νεεμίαν, καὶ χορηγῆσαι τὰς εἰς τὴν οἰκοδομίαν δαπάνας. Ἧκεν οὖν εἰς Ἱεροσόλυμα, πολλῶν αὐτῷ ἐκ τῶν ὁμοφύλων συνεπομένων, πέμπτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος βασιλεύοντος Ξέρξου, καὶ τὴν ἐπιστολὴν τῷ ἐπιτρόπῳ τῶν ῥηθεισῶν χωρῶν ἐπιδέδωκε. Τὴν δὲ τοῦ τείχους οἰκοδομὴν διένειμε τῷ λαῷ κατὰ κώμας καὶ πόλεις, ἵν' ὅτι τάχιστα ἀνυσθῇ. Καὶ Ἰουδαῖοι μὲν πρὸς τὸ ἔργον παρεσκευάζοντο, οὕτω κληθέντες, ἐξ ἧς ἡμέρας ἐκ Βαβυλῶνος ἀνέβησαν. Ἀπὸ γὰρ τῆς Ἰούδα φυλῆς πρώτης ἐλθούσης εἰς ἐκείνους τοὺς τόπους, αὐτοί τε Ἰουδαῖοι καὶ ἡ χώρα ὁμοίως ἐξ αὐτῶν μετωνόμαστο. Ἀμμανῖται δὲ καὶ Μωαβῖται καὶ Σαμαρεῖται, τῇ τῶν τειχῶν οἰκοδομῇ ἤχθοντο, καὶ αὐτοῖς ἐπετίθεντο. Καὶ πλείστους ἐκτίννυον, καὶ αὐτῷ τῷ Νεεμίᾳ ἐπεβούλευον. Καὶ τὸ μὲν πλῆθος τούτοις ἐκταραττόμενον, μικροῦ τῆς οἰκοδομῆς ἂν ἀπέστη. Νεεμίας δὲ στῖφός τι φυλακῆς ἕνεκα τοῦ σώματος προστησάμενος, ἀτρύτως ἐπέμενε νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν, τῆς πόλεως τὸν κύκλον περιιών, καὶ ταύτην τὴν ταλαιπωρίαν ὑπέμεινεν ἐπὶ διετίαν καὶ μῆνας τέσσαρας. Ἐν τοσούτῳ γὰρ χρόνῳ τοῖς Ἱεροσολύμοις τὸ τεῖχος ἀπήρτιστο, ὀγδόῳ καὶ εἰκοστῷ τῆς Ξέρξου βασιλείας ἔτει, μηνὶ ἐννάτῳ. Νεεμίας δὲ τὴν πόλιν ὀλιγανδροῦσαν ὁρῶν, παρεκάλεσε τοὺς ἱερεῖς καὶ Λευΐτας, τὴν χώραν ἐκλειπόντας, εἰς τὴν πόλιν μετανάστεῦσαι. Ἐτελεύτησε δὲ Νεεμίας γηραιὸς ἀνὴρ χρηστὸς τὸν τρόπον, καὶ δίκαιος, καὶ φιλοτιμότατος πρὸς τοὺς ὁμοεθνεῖς.

A observandas. Et hic quidem senex obiit. Quidam autem ex captivis, Xerxis pincerna, ante mœnia Susorum deambulans, cum hospites quosdam urbem ingredientes, qui Hebraice colloquebantur, vidisset, rogat qui sint? Cum se Hierosolymis venisse responderent, de statu populi et metropolis percontatur : cumque intellexisset, res male se habere, et multis malis affici Judæos a vicinis gentibus, lacrymat : et hora instante regi ministraturus, ita uti erat, cœnaculum ingreditur. Qui cum tristitiæ causam percontaretur, patriæ calamitates commemorans Neemias, orat regem ut sibi liceat eo proficisci, et muros exstruere, et quod templo adhuc desit, perficere. Rex postulatis annuit, et postridie litteras ei dat ad Phœniciæ, Syriæ et Samariæ præsidem, quibus jubebatur honorem habere adolescenti, et sumptus ædificationis præbere. Venit igitur Hierosolyma, cum magno popularium comitatu, anno regni Xerxis xxv redditis præsidis litteris : et ædificationem oppidatim et vicatim distribuit, ut ea quam primum absolveretur. Judæi igitur operi accinguntur, sic nominati, ex quo die Hierosolyma Babylone redierunt. Nam tribu Judaica primum in loca illa reversa, et ipsi Judæi vocati sunt, et nomen regioni indiderunt. Cæterum Ammonitæ, Moabitæ et Samaritani mœnium structuram ægre ferentes, aggressi Judæos, multos occiderunt, ipsi etiam Neemiæ insidiati. Ac populus iis rebus perturbatus, parum abfuit **178** quin opus inchoatum desereret. Verum Neemias satellitibus præsidii causa ascitis, constanter perseverans, noctu et interdiu mœnia urbis obibat. Eamque ærumnam per biennium et menses quatuor toleravit, donec muri absoluti essent, anno imperii Xerxis xxviii, et mense ix. Cumque urbem infrequenter habitari videret, persuasit sacerdotibus et Levitis, ut agris relictis in eam se conferrent. Obiit Neemias senex, vir bonus et justus, suorumque popularium studiosissimus.

ϛ'. Τελευτήσαντος δὲ Ξέρξου, ἡ βασιλεία εἰς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Κῦρον, ὃν καὶ Ἀρταξέρξην καλοῦσι, μετέπεσε. Τῷ γοῦν τρίτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, τοὺς ἡγεμόνας αὐτοῦ καὶ τοὺς σατράπας τῶν οἰκείων καλέσας ἐθνῶν, ἐφ' ἡμέρας πολλὰς εἱστία τούτους πολυτελῶς. Καὶ ἡ βασίλισσα δὲ Οὐάστη, ταῖς γυναι-

D VI. Xerxe quoque mortuo, filius ejus Cyrus, quem et Artaxerxem vocant, regno potitus, tertio imperii sui anno, duces et satrapas provinciarum suarum per multos dies magnificis conviviis excepit. Regina quoque Vasta matronis epulum præbuit : quam forma præstantem omnibus, rex con-

Variæ lectiones et notæ.

(11) Ἐδάκρυσεν ὁ νεανίας. Credo legendum ὁ Νεεμίας, sicut paulo post Viennensis codex pro νεανίαν habet Νεεμίαν. W.

vivis suis ostentare cupiens, ad convivium accersi jubet. Illa recusante, et nuntios complures infecta re dimittente: iratus, uxoris contumaciam cum septem Persarum senatoribus communicat: hi ejus ejiciendæ auctores sunt. Ejectæ vero desiderium iniquo animo ferenti, suadent amici, ut formosas virgines colligat, earumque præstantissimam uxorem ducat. Paret consilio rex: multisque virginibus collectis, Babylone puella, Judæa genere, inventa est, ex tribu Benjamitica, ambobus orba parentibus, quæ a patruo Mardochæo principe Judæorum educabatur, Esthera nomine. Eam rex, lepore ejus captus, uxorem ducit, et diademate ornat. Patruus item ejus Mardochæus Babylone Susa commigravit, ut regiam frequentaret, et de nepte sua percontaretur. Neque enim illa unde nata esset, indicarat: neque ipse, aliquam cum illa necessitudinem sibi intercedere ostendebat. Tulerat autem rex legem, ne quis ad se in solio sedentem accederet invocatus: qui secus fecisset, statim ab apparitoribus securi feriretur, nisi ipse virgam quam manu teneret, illi porrexisset: eam enim qui attigerat, indemnis erat. Cum autem duo eunuchi regi insidias struerent, Barnabazus Judæus, servus alterius eunuchi, iis animadversis, rem ad Mardochæum defert. **179** Ille per Estheram ad regem: qui eunuchis in crucem actis, Mardochæum in commentarios inscribi, et in regia manere jubet. Amanem porro amicum summum regis, omnes adorabant: quod cum Mardochæum propter legem Judaicam prætermittere cognovisset, indignatus ei dixit, se a Persis ingenuis adorari: cur ille, qui servus esset, idem non faceret? totaque gente apud regem accusata, petiit ut ea funditus exstirparetur, ita ut nullæ reliquiæ superessent. Ne vero tributis rex fraudaretur, ipse quadraginta argenti millia se daturum est pollicitus. Rex Amani et pecuniam et homines condonat, ut eos suo arbitratu tractet. Is igitur statim edictum nomine regis in omnes provincias mittit, his verbis: *Eos qui ab altero patre meo Amane judicantur, omnes cum uxoribus et liberis interfici volo, idque fieri* XIV *die mensis* XII *hoc anno.* His litteris in urbes et provincias perlatis, internecio Judæis parabatur. Idem Susis etiam agitabatur. Mardochæus autem, cum quid actum esset cognovisset, saccum indutus, et pulvere oppleto capite, clamitans, gentem immeritam deleri, ante regiam astabat. Neque enim eo habitu ingredi decere arbitrabatur. Quod cum ad reginam Estheram perlatum esset, misso eunucho, causam luctus ex eo quærit. Ille quid accidisset, eunucho narrat, petit ut illa apud regem pro populo intercedat. Cui Esthera vicissim nuntiat, vereri se, si invocata ad regem accesserit, ne occidatur. Respondet Mardochæus, non illi privatam, sed gentis publicam salutem esse spectandam: id nisi fecerit, populum utique divinitus iri conservatum, ipsam vero cum paterna domo interituram. Proinde regina eum

A ξὶν ὁμοίως συνεκρότει συμπόσιον, ἣν κάλλει πάσας νικῶσαν, ἠθέλησεν ὁ βασιλεὺς τοῖς αὐτῷ συμποσιάζουσιν ἐπιδεῖξαι· καὶ πέμψας ἥκειν αὐτὴν ἐκέλευε παρὰ τὸ συμπόσιον. Ἡ δὲ οὐκ ἐπείθετο, καὶ πολλάκις στείλαντος, ἀνένδοτος ἦν. Ὠργίσθη οὖν ὁ βασιλεὺς διὰ τὴν ἀπείθειαν, καὶ κοινοῦται τοῖς ἑπτὰ τῶν Περσῶν συμβούλοις τῆς γυναικὸς τὴν ἀπείθειαν. Οἱ δ' ἐκβαλεῖν αὐτὴν δεῖν ἔκριναν. Καὶ ἡ μὲν ἐξεβέβλητο· ὁ δ' ἤχθετο, πρὸς αὐτὴν ἐρωτικῶς διακείμενος. Οὕτω δ' ἔχοντι συνεβούλευον οἱ φίλοι, παρθένους εὐπρεπεῖς πανταχόθεν συναγαγεῖν, καὶ τὴν προκριθεῖσαν ἕξειν γυναῖκα. Πείθεται τῇ συμβουλῇ ταύτῃ· καὶ πολλῶν παρθένων ἀθροισθεισῶν, εὑρέθη ἐν Βαβυλῶνι κόρη τις, Ἰουδαία τὸ γένος, ἐκ φυλῆς τῆς Βενιαμίτιδος, ὀρφανὴ καὶ ἀμφοῖν τῶν γονέων, παρὰ
B τῷ θείῳ Μαρδοχαίῳ τρεφομένη, τῶν πρώτων παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις· Ἐσθὴρ ἦν τῇ κόρῃ τὸ ὄνομα. Ἡσθεὶς οὖν ταύτῃ ὁ βασιλεύς, εἰς γυναῖκα ταύτην ἠγάγετο, καὶ περιτίθησιν αὐτῇ τὸ διάδημα, καὶ ὁ θεῖος αὐτῆς ἐκ Βαβυλῶνος εἰς Σοῦσα μετῴκησε, περὶ τὰ βασίλεια διατρίβων, καὶ περὶ τῆς ἀδελφιδῆς πυνθανόμενος. Οὔτε γὰρ ἐκείνη δῆλον τὸ ἔθνος, ἐξ οὗπερ ἐτύγχανεν, ἔθετο, οὔτε ὁ Μαρδοχαῖος τὴν πρὸς αὐτὴν ὡμολόγει συγγένειαν. Ἔθετο δὲ νόμον ὁ βασιλεύς, ὥστε μηδένα οἱ ἐπὶ τοῦ θρόνου καθημένῳ ἄκλητον προσιέναι, ἢ θνήσκειν τὸν οὕτω προσιόντα ὑπὸ τῶν αὐτῷ περισταμένων πελεκυφόρων, εἰ μὴ ἐκεῖνος ὃν ἐν χερσὶ κατεῖχε λύγον ἐξέτεινε πρὸς αὐτόν· ὁ γὰρ τοῦ λύγου ἁπτόμενος, ἀκίνδυνος ἦν. Ἐπιβουλευσάν-
C των δὲ τῷ βασιλεῖ Ἀρταξέρξῃ δύο εὐνούχων αὐτοῦ, Βαρνάβαζος οἰκέτης τοῦ ἑτέρου, τὸ γένος ὢν Ἰουδαῖος, συνεὶς τὴν ἐπιβουλήν, τῷ Μαρδοχαίῳ ἀπήγγειλε, καὶ ὃς διὰ τῆς Ἐσθὴρ τῷ βασιλεῖ τοὺς ἐπιβούλους ἐμήνυσεν. Ὁ δὲ τοὺς μὲν εὐνούχους ἀνεσταύρωσε, τοῦ δὲ Μαρδοχαίου τὸ ὄνομα ἐκέλευσεν ἐγγραφῆναι τοῖς ὑπομνήμασι, καὶ προσμένειν τοῖς βασιλείοις αὐτόν. Ἀμὰν δὲ φίλον ὄντα τῷ βασιλεῖ ὡς τὰ μάλιστα ἅπαντες προσεκύνουν. Μαρδοχαίου δὲ μὴ προσκυνοῦντος διὰ τὸν νόμον αὐτόν, μαθὼν ὡς Ἰουδαῖός ἐστιν, ἠγανάκτησε καὶ εἶπεν αὐτῷ, ὡς οἱ μὲν ἐλεύθεροι Πέρσαι προσκυνοῦσιν αὐτόν, ὁ δὲ δοῦλος ὤν, ἀπαξιοῖ τοῦτο ποιεῖν. Προσελθὼν οὖν τῷ βασιλεῖ κατηγόρει τοῦ ἔθνους παντός, καὶ ᾔτει κελεῦσαι πρόρριζον ἀπολέσθαι αὐτό, καὶ μή τι λείψα-
D νον αὐτοῦ καταλιπεῖν. Ἵνα μέν τοι μὴ ζημιωθῇ τοὺς φόρους αὐτῶν, αὐτὸς ἐπηγγείλατο δώσειν μυριάδας ἀργυρίου τέσσαρας. Ὁ μὲν οὖν Ἀμὰν ᾔτει ταῦτα. Ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ τὸ ἀργύριον αὐτῷ χαρίζεται καὶ τοὺς ἀνθρώπους, ὥστε χρῆσθαι τούτοις ὡς βούλεται. Αὐτίκα οὖν διάταγμα παρὰ τοῦ Ἀμὰν ἐπέμφθη εἰς πάντα τὰ ἔθνη, ὡς ἐκ τοῦ βασιλέως, περιέχον ταῦτα· *Τοὺς δηλουμένους ὑπὸ τοῦ δευτέρου μου πατρὸς Ἀμάν, κελεύω πάντας σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἀπολέσθαι, καὶ τοῦτο γενέσθαι βούλομαι τῇ τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ τοῦ δωδεκάτου μηνὸς τοῦ ἐνεστῶτος ἔτους.* Τούτου κομισθέντος τοῦ γράμματος εἰς τὰς πόλεις καὶ τὰς χώρας, ἡ τῶν Ἰουδαίων ἀπώλεια ἡτοιμάζετο. Εἶχον δὲ καὶ οἱ ἐν τοῖς Σούσοις ὁμοίως. Ὁ δὲ Μαρδοχαῖος μαθὼν τὸ γενό-

μενον, σάκκον ἐνδὺς, καὶ καταχεάμενος σποδιάν, A ἐβόα, ὅτι μηδὲν ἀδικῆσαν ἔθνος ἀναιρεῖται. Καὶ πρὸς τὰ βασίλεια ἐλθὼν, ἐκτὸς ἵστατο. Οὐ γὰρ ἠξίου μετὰ τοιούτου σχήματος εἰσελθεῖν. Γνοῦσα δὲ τοῦτο Ἐσθὴρ ἡ βασίλισσα, εὐνοῦχον πρὸς Μαρδοχαῖον ἀπέστειλε, γνωσόμενον ὅτου χάριν πενθεῖ. Ὁ δὲ τὰ συμβάντα τῷ εὐνούχῳ ἐγνώρισε, καὶ περὶ τούτων δεηθῆναι τοῦ βασιλέως τῇ Ἐσθὴρ ἐνετέλλετο. Ἡ δὲ μαθοῦσα ταῦτα, δηλοῖ αὐτῷ, ὅτι μὴ κληθεῖσα παρὰ τοῦ βασιλέως, δέδοικεν ὡς ἀποθανεῖται, εἰ ἄκλητος αὐτῷ προσέλθοι. Μαρδοχαῖος δὲ ἐδήλου αὐτῇ, μὴ τὴν ἰδίαν σωτηρίαν σκοπεῖν, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἔθνους. Εἰ δ' οὖ, ἔσεσθαι μὲν πάντως ἐκείνῳ (12) βοήθειαν ἐκ Θεοῦ, αὐτὴν δὲ καὶ τὸν πατρῷον οἶκον αὐτῆς διαφθαρήσεσθαι. Ἡ δὲ ἐνετέλλετο αὐτῷ εἰς Σοῦσα πορευθέντι, B παρασκευάσαι τοὺς ἐκεῖ Ἰουδαίους νηστεῦσαι τρεῖς ἡμέρας ὑπὲρ αὐτῆς. Καὶ Μαρδοχαῖος μὲν οὕτως ἐποίησεν. Ἡ δ' Ἐσθὴρ ῥίψασα κατὰ γῆς ἑαυτὴν μετὰ πενθίμου ἐσθῆτος, καὶ ἄτροφος ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις διαμείνασα, ἐδέετο τοῦ Θεοῦ. Μετὰ δὲ τὰς τρεῖς ἡμέρας κόσμον μεταμφιασαμένη βασίλειον, σὺν δυσὶ θεραπαινίσιν, ὧν τῇ μὲν κούφως ἦν ἐπερειδομένη, ἡ δὲ τὸ βαθὺ τοῦ χιτῶνος καὶ μέχρι τῆς γῆς κεχυμένου ἄκροις ἀπῃώρει δακτύλοις, ἧκε πρὸς τὸν κρατοῦντα, εἰσῄει δὲ μετὰ δέους. Ὡς δὲ κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ θρόνου βασιλικῶς καθεζομένου ἐγένετο, προσιδόντος αὐτὴν βλοσυρῶς, πάρεσις ὑπὸ τοῦ δέους λαμβάνει αὐτὴν, καὶ τῇ περὶ πλευρὰν ἰούσῃ ἐπέπεσεν ἀχανής. Ὁ δὲ βασιλεὺς δείσας περὶ τῇ γυναικὶ, τοῦ Θεοῦ προμηθευσαμένου C τοῦτο, ἀνεπήδησεν ἐκ τοῦ θρόνου, καὶ ταῖς ἀγκάλαις αὐτὴν ὑπολαβὼν ἀνεκτᾶτο κατασπασάμενος, καὶ θάρρεῖν ἐγκελευόμενος, καὶ τὴν ῥάβδον ἐκτείνας αὐτοῦ τὴν χρυσῆν, καὶ τὸ σκῆπτρον ἐνθέμενος ταῖς χερσὶν αὐτῆς. Ἡ δὲ ἐντεῦθεν ἀναθαρσήσασα, ἐφ' ἑστίασιν αὐτὸν μετὰ τοῦ Ἀμὰν πρὸς αὐτὴν ἠξίου ἐλθεῖν. Ὡς δὲ ἐπένευσε, καὶ παρῆσαν, ἐκέλευσεν ἐκείνῃ ὁ βασιλεὺς δηλοῦν ὅ τι βούλεται, μηδενὸς γὰρ ἀτευκτήσειν. Ἡ δὲ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν φράζειν αὐτῷ τὴν βούλησιν ἔλεγεν, εἰ πάλιν πρὸς αὐτὴν μετὰ τοῦ Ἀμὰν ἐφ' ἑστίασιν ἔλθοι. Τοῦ δὲ βασιλέως ὑποσχομένου, περιχαρὴς ὁ Ἀμὰν ἐξῄει· καὶ ἰδὼν τὸν Μαρδοχαῖον ἐν τῇ αὐλῇ, ἠγανάκτησεν, ὅτι μὴ αὐτῷ προσεκύνησε. Καὶ οἴκοι ἐλθὼν πρὸς τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς φίλους, διηγεῖτο οἵας καὶ παρὰ τῆς βασιλίσσης ἀπο- D λαύει τιμῆς, καὶ ὡς ὄχθεται τὸν Μαρδοχαῖον βλέπων ἐν τῇ αὐλῇ. Τῆς δὲ γυναικὸς αὐτοῦ φησάσης, κελεῦσαι κοπῆναι ξύλον πεντήκοντα πήχεων, καὶ πρωῒ παρὰ τοῦ βασιλέως αἰτησάμενον ἀνασταυρῶσαι τὸν Μαρδοχαῖον, τὴν γνώμην ἀποδεξάμενος, προσέταξε τοῖς οἰκέταις, ξύλον ἑτοιμάσαι, καὶ στῆσαι τοῦτο ἐν τῇ αὐλῇ πρὸς τιμωρίαν Μαρδοχαίου. Καὶ τὸ μὲν ἦν ἕτοιμον· ὁ δὲ Θεὸς τῆς νυκτὸς ἐκείνης ἀφαιρεῖται τὸν ὕπνον τοῦ βασιλέως. Ὁ δὲ ἀγρυπνῶν, τὸν γραμματέα κομίσαντα τῶν ἰδίων πράξεων τὰ ὑπομνήματα (13) ἀναγινώσκειν ἐκέλευσε. Καὶ ἀναγινωσκο-

Susa ire, et Judæis Susiis tridui jejunium pro sese indicere jubet. Paret Mardochæus: ipsa prostrata humi, veste lugubri induta, per tres dies cibo non gustato, Deum orat. Iis elapsis, ornatu regio culta, cum duabus ancillis, quarum alteri leviter innitebatur, altera promissam vestem et humi fusam summis digitis allevabat, regem adit, perculsa metu: cumque in conspectum ejus in regio throno **180** sedentis, ac torvum tuentis venisset, exanimata metu, in ancillam lateri adhærentem procumbit. Rex autem, divina providentia sic eventum moderante, solio exsilit, mulieri metuens: eamque ulnis exceptam complectens, et bono esse animo jubens, reficit, porrecta virga aurea, sceptroque in manus ei tradito. Illa resumpta fiducia, petit, ut cum Amane ad se comessatum veniat. Annuit rex: cumque venisset, jubet eam dicere quid velit? nam nihil non impetraturam. Illa se postridie dicturam ait, si denuo cum Amane ad convivium veniret. Rege assenso, Aman lætitia exsultans egreditur: visoque in aula Mardochæo, indignatur, se ab eo non adorari. Domi uxori suæ et amicis refert, quantus a regina etiam sibi sit honos habitus, quamque graviter Mardochæi conspectum in aula ferat. Cumque ab uxore esset monitus, ut lignum L cubitorum excidendum curaret, et mane a rege peteret, ut Mardochæum in crucem agere liceret: approbato consilio, servos lignum parare jubet, idque in aula erigere ad Mardochæi supplicium. Eo parato, Deus noctu regi somnum adimit; qui cum vigilaret, privatarum rerum commentarios scribam afferre et recitare jubet: in quibus cum lectum esset, Mardochæum detulisse eunuchos insidiatores regis, et scriba statim ad aliud caput properaret, rex eum inhibuit, percontans, an scriptum esset præmium quo donatus esset? Illo negante, quota hora noctis esset rogat: cum audisset diluculum esse, quemcunque amicorum ante regiam invenirent, intro vocari jubet. Inventus autem est Aman, qui aderat, ut Mardochæum posceret. Ei accersito rex: *Consule mihi*, inquit, *quo honore sit afficiendus quidam mihi dilectus?* Ille ratus quam sententiam dixisset, eam in suam rem dicturum, qui regi charior esset cæteris: *Eum*, inquit, *si illustrem reddere volueris, facito ut equo vehatur, pari tecum veste indutus, et aureo torque ornatus, et aliquis ex necessariis amicis tuis antecedens, per totam urbem proclamet: Tali honore affici eum, quem rex honore afficiat.* Consilio delectatus rex: **181** *Quære*, inquit, *Mardochæum Judæum, datoque equo et veste, et torque, illum antecede et proclama: tu enim amicus es meus maxime necessarius. Hæc autem illi a me tribuentur, ob conservatam vitam meam.* His Aman auditis, perturbatus, et animo æstuans, tamen egreditur, equum adducit, et purpuram atque torquem. Cumque Mardochæum

Variæ lectiones et notæ.

(12) *Πάντως ἐκείνῳ*. Cod. Colb. ἐκείνη.
(13) *Τῶν ἰδίων πράξεων τὰ ὑπομνήματα*. Vide Gloss. med. Græcit. in Ἀναμνήσεις.

ante regiam invenisset sacco indutum, purpuram indnere jubet. At ille, *Pessime*, inquit, *mortalium, itane nostris malis insultas?* Sed cum intellexisset ea sibi tribui munera a rege, cujus vitam, indicatis eunuchorum insidiis, conservasset: purpuram induit, collo torquem accommodat, et equo conscenso passim urbem circuit, præcedente Amane, et proclamante: *Sic honorare regem eum quem diligat.* Ita Mardochæus urbem circumvectus, ad regem redit.

A μένων, εὑρέθη μηνυτὴς Μαρδοχαῖος γενόμενος τῷ βασιλεῖ ἐπιβουλῆς εὐνούχων. Φράσαντος δὲ τοῦτο μόνον τοῦ γραμματέως, καὶ μεταβάντος ἐφ' ἑτέραν πρᾶξιν, ἐπέσχεν ὁ βασιλεύς, πυθόμενος εἰ ἔχει γέρας αὐτῷ δοθὲν ἀναγεγραμμένον. Ὡς δ' ἤκουσε μηδὲν εἶναι, τίς δὲ εἴη τῆς νυκτὸς ὥρα ἤρετο; Μαθὼν δὲ, ὡς ὄρθρος ἤδη ἐστὶν, ἐκέλευσε τῶν φίλων ὃν ἂν πρὸ τῆς αὐλῆς εὕρωσιν, εἰσκαλεῖν. Εὑρέθη δὲ ὁ Ἀμὰν ταχύνας, ἵνα τὸν Μαρδοχαῖον αἰτήσηται. Κληθέντι δὲ εἶπεν ὁ βασιλεύς· *Συμβούλευσόν μοι, πῶς ἂν τιμήσαιμί τινα στεργόμενον ὑπ' ἐμοῦ;* Ὁ δὲ λογισάμενος, ἣν ἂν δῷ γνώμην ὑπὲρ ἑαυτοῦ ταύτην δώσειν (στέργεσθαι γὰρ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ βασιλέως τῶν ἄλλων μᾶλλον), *Εἰ βούλοιο*, ἔφη, *τοῦτον δοξάσαι, ποίησον ἐφ' ἵππου βαδίζειν, τὴν αὐτήν σοι ἐσθῆτα φοροῦντα, καὶ περιαυχένιον χρυσοῦν ἔχοντα, καὶ προϊόντα τῶν ἀναγκαίων σου φίλων ἕνα κηρύσσειν δι' ὅλης τῆς πόλεως, ὅτι Ταύτης τυγχάνει τῆς τιμῆς, ὃν ἂν βασιλεὺς τιμήσῃ.* Ἡσθεὶς οὖν τῇ παραινέσει ὁ βασιλεύς· *Ἐπιζήτησον*, φησὶ, *Μαρδοχαῖον τὸν Ἰουδαῖον, καὶ δοὺς ἐκείνῳ τὸν ἵππον, καὶ τὴν στολὴν, καὶ τὸν στρεπτὸν, προάγων αὐτοῦ καὶ κήρυττε· σὺ γάρ μοι φίλος ἀναγκαιότατος. Ταῦτα δὲ αὐτῷ παρ' ἐμοῦ ἔσται, σώσαντί μου τὴν ψυχήν.* Τούτων ἀκούσας συνεχύθη, καὶ πληγεὶς ὑπὸ ἀμηχανίας, ὅμως ἔξεισιν ἄγων τὸν ἵππον, καὶ τὴν πορφύραν, καὶ τὸν στρεπτόν. Καὶ τὸν Μαρδοχαῖον πρὸ τῆς αὐλῆς εὑρὼν σάκκον ἐνδεδυμένον, ἐκέλευσεν ἐνδύσασθαι τὴν πορφύραν. Ὁ δὲ, *Κάκιστε*, εἶπεν, *ἀνθρώπων, οὕτως ἡμῶν ταῖς συμφοραῖς ἐγγελᾷς;* Γνοὺς δὲ, ὡς γέρας αὐτῷ ταῦτα ἀντὶ τῆς σωτηρίας παρέσχεν ὁ βασιλεὺς, μηνύσαντι τὴν τῶν εὐνούχων ἐπιβουλὴν, ἐνδύεται τὴν πορφύραν, καὶ περιτίθεται τὸ περιαυχένιον, καὶ ἐπιβὰς τὸν ἵππον, ἐν κύκλῳ περιῄει τὴν πόλιν, προϊόντος Ἀμὰν καὶ κηρύσσοντος, ὅτι *Οὕτως τιμᾷ βασιλεὺς ὃν ἂν στέρξῃ.* Ὁ μὲν οὖν τὴν πόλιν περιελθὼν, πρὸς τὸν βασιλέα ἐπάνεισιν.

VII. Amanus vero domum regressus, casum illum plorans uxori exponit. Interea veniunt eunuchi ab Esthera, qui Amanem propere ad cœnam ire jubent. Quorum unus cruce in ejus ædibus visa, cum e famulo didicisset, eam ab Amane ad Mardochæi supplicium, quem a rege postulaturus esset, paratam esse: tum quidem abit. Convivio vero prope finito, rex dicere jubet reginam quid velit? At illa gentis suæ interitum deplorat, seseque una cum illa exitio destinatam esse refert, eaque Amanem petiisse. Ob quæ rex perturbatus, e convivio se proripit. Aman Estheram orat, cumque in lectum prolapsus esset, reginæ supplicans, rex ingressus: *Pessime*, inquit, *etiam vim uxori meæ inferre paras?* Mox eunuchus quoque adest, et de cruce refert, quam in Amanis ædibus Mardochæo paratam viderat. Rex vero Amanem e vestigio de ea suspendi jubet: itaque ille periit, et opes ejus reginæ donat. Cognitaque cognatione Mardochæi et Estheræ, eum annulum, quem prius Aman habuerat, ei dat. Eidem et regina facultates Amanis largitur, et regem orat, ut Hebræorum gentem periculo liberet. Tum ille suo nomine eam scribere permisit, quidquid velit. Litteræ porro hæc continebant: Amanem **182** ut improbum et ingratum accusabant, quod insontis populi exitium postulasset. Mardochæum servatorem nominabant. Judæos celebrabant, ut qui optima reipublicæ forma uterentur, et Deum colerent: neque supplicio tantum ab Amane præparato eos liberabant, sed et honore afficiebant, et suis legibus pacate vivere sinebant: data potestate, ut XIII die mensis XII qui est Adar, ulciscerentur eos a quibus læsi essent. Mandabantque provinciarum satrapis, ut eis adjumento essent, ad ulciscendos inimicos. Cæterum Susiani Judæi, Mardochæi

B Ζ'. Ἀμὰν δὲ οἴκοι ὑπέστρεψε, καὶ τὰ συμβάντα κλαίων τῇ γυναικὶ διηγεῖτο. Ἐν τούτοις ἧκον ἐκ τῆς Ἐσθὴρ εὐνοῦχοι, ἐπὶ τὸ δεῖπνον τὸν Ἀμὰν ἐπισπεύδοντες. Εἷς δὲ τούτων ἰδὼν τὸν σταυρὸν ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ, καὶ μαθὼν παρά του τῶν οἰκετῶν, ὡς ἐπὶ Μαρδοχαῖον τοῦτον ἡτοίμασαν πρὸς τιμωρίαν αἰτηθησόμενον, τότε μὲν ἀπῆλθεν. Ὡς δ' ἡ εὐωχία πρὸς τέλος ἦν, ἐπέτρεπε τῇ βασιλίσσῃ λέγειν ὁ βασιλεὺς τίνα αἰτεῖ; Ἡ δὲ τὸν τοῦ λαοῦ κίνδυνον ἀπωδύρετο, καὶ μετὰ τοῦ ἔθνους ἔλεγεν ἐκδεδόσθαι καὶ αὐτὴ πρὸς ἀπώλειαν, καὶ τὸν Ἀμὰν ταῦτα ἐπῆγεν αἰτήσασθαι. Ταραχθέντος δὲ πρὸς τοῦτο τοῦ βασιλέως, καὶ ἐκπεπηδηκότος τοῦ συμποσίου, τῆς Ἐσθὴρ ὁ Ἀμὰν ἐδέετο, καὶ ἐπὶ τῆς κλίνης πεσόντος καὶ ἱκετεύοντος τὴν βασίλισσαν, ἐπεισελθὼν ὁ βασιλεὺς, C *Ὦ κάκιστε*, εἶπε, *καὶ βιάζεσθαί μου τὴν γυναῖκα ἐπιχειρεῖς;* Ἐν τούτοις παρὼν ὁ εὐνοῦχος, περὶ τοῦ σταυροῦ, εἶπεν, ὃν εἶδεν ἐπὶ Μαρδοχαῖον ἡτοιμασμένον. Καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτίκα κελεύει τὸν Ἀμὰν ἐπ' ἐκείνου τοῦ σταυροῦ κρεμασθῆναι. Καὶ ὁ μὲν οὕτως ἀπώλετο, τὴν δὲ οὐσίαν αὐτοῦ δῶρον ἔσχηκεν ἡ βασίλισσα. Γνοὺς δὲ τὴν πρὸς Ἐσθὴρ τοῦ Μαρδοχαίου συγγένειαν ὁ βασιλεὺς, δίδωσιν αὐτῷ τὸν δακτύλιον, ὃν ἔδωκε πρὶν τῷ Ἀμάν. Καὶ ἡ βασίλισσα τὴν ἐκείνου κτῆσιν τῷ Μαρδοχαίῳ παρέχετο, καὶ τοῦ κινδύνου ἀπαλλάξαι τὸ τῶν Ἑβραίων ἔθνος τοῦ βασιλέως ἐδέετο. Καὶ ὃς γράφειν ἃ βούλεται ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ ἐφῆκε περὶ τοῦ ἔθνους. Τὰ δὲ γραφέντα ἦσαν τοιαῦτα· Τοῦ μὲν D Ἀμὰν κατηγόρουν, ὡς πονηροῦ καὶ ἀγνώμονος, καὶ αἰτησαμένου ἔθνους ἀπώλειαν, μηδὲν ἀδικήσαντος. Τὸν δέ γε Μαρδοχαῖον σωτῆρα ἐκάλουν, καὶ τοὺς Ἰουδαίους τὸν ἄριστον πολιτευομένους τρόπον, καὶ τὸν Θεὸν σεβομένους· καὶ οὐ μόνον σφᾶς τῆς τιμωρίας ἀπέλυον εἰς ἣν ὁ Ἀμὰν αὐτοὺς ἐξῃτήσατο, ἀλλὰ καὶ τιμῆς ἠξίουν, καὶ τοῖς ἰδίοις νόμοις χρω-

μένους, ζῆν μετ' εἰρήνης ἐπέτρεπον· καὶ ἐδίδουν ἀμύνεσθαι τῇ τρισκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ δωδεκάτου μηνὸς, ὅς ἐστιν Ἄδαρ, τοὺς αὐτοὺς ἀδικήσαντας. Καὶ τοῖς τῶν χωρῶν σατράπαις ἐκέλευον βοηθεῖν αὐτοῖς, ἵνα τοὺς ἐχθροὺς μετελεύσωνται. Οἱ δὲ ἐν Σούσοις Ἰουδαῖοι τὰ κατὰ τὸν Μαρδοχαῖον γνόντες, κοινὴν τὴν εὐπραγίαν ἡγήσαντο, καὶ κατὰ τὴν τρισκαιδεκάτην τοῦ Ἄδαρ μηνὸς, ὃς κατὰ Μακεδόνας Δύστρος ὠνόμασται, οἵ τε ἐν Σούσοις Ἰουδαῖοι περὶ πεντακοσίους ἀπέκτειναν τῶν ἐχθρῶν, καὶ οἱ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσί τε καὶ χώραις ἑπτακισμυρίους πεντακισχιλίους ἀπώλεσαν. Οἱ δ' ἐν Σούσοις καὶ τῇ καὶ ἑξῆς ἡμέρᾳ τριακοσίους διέφθειραν, τοῦτο αἰτησαμένης Ἐσθήρ· καὶ οἱ δέκα τοῦ Ἀμὰν παῖδες ἀνεσταυρώθησαν, χαρισαμένου καὶ τοῦτο τοῦ βασιλέως αὐτῇ. Τὴν δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ μηνὸς ἑορτάσιμον τὸ ἔθνος ἅπαν ἐποίησε, καὶ ἔκτοτε τὰς ἡμέρας καὶ ἄμφω ἑορτάζουσι, Φρουραίας ταύτας προσαγορεύοντες. Ὁ δὲ Μαρδοχαῖος μέγας τε ἦν, καὶ συνδιεῖπε τῷ βασιλεῖ τὴν ἀρχήν. Τῆς δ' ἀρχιερωσύνης εἰς Ἰωάνναν μεταπεσούσης τὸν υἱὸν Ἰωδαὲ, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἰησοῦς φίλος ὢν Βαγώα τοῦ στρατηγοῦ τῆς Ἀρταξέρξου δυνάμεως, ὑπόσχεσιν ἔσχε τὴν ἀρχιερωσύνην λαβεῖν. Διὰ ταύτην γοῦν τὴν αἰτίαν ὁ Ἰωάννας παροξυνθεὶς, ἐν τῷ ναῷ ἀνεῖλε τὸν ἀδελφόν. Καὶ ὁ Βαγώας εὐθὺς ἐπιστὰς, εἰς τὸν ναόν τε εἰσῆλθεν, εἰπὼν, ὡς *Εἰ οἱ τὸν φόνον ἐν τῷ ναῷ τολμήσαντες, εἰσέρχονται ἐν αὐτῷ, κἀγὼ εἰσελεύσομαι καθαρώτερος τυγχάνων αὐτῶν*. Καὶ ἐπ' ἔτεσιν ἑπτὰ τοὺς Ἰουδαίους ἐκάκωσε. Τοῦ Ἰωάννα δὲ τὴν ζωὴν καταστρέψαντος, διαδέχεται τὴν ἀρχιερωσύνην ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἰωάδ. Ἦν δὲ καὶ τούτῳ ἀδελφὸς Μανασσῆς, ᾧ Σαναβαλέτης Δαρείου σατράπης τοῦ τελευταίου βασιλέως Περσῶν, τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα συνῴκισε, Νικασὼ καλουμένην. Οἱ δὲ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν λογάδες ἐστασίαζον, ὅτι ἀλλοφύλῳ συνῴκησεν ὁ τοῦ ἀρχιερέως ἀδελφὸς, καὶ ἢ διαζεύγνυσθαι ταύτης ἐκέλευον, ἢ τοῦ θυσιαστηρίου ἀπέχεσθαι. Ὁ δὲ πρὸς τὸν πενθερὸν ἀφικόμενος, διηγήσατο ταῦτα. Τοῦ δὲ Σαναβαλέτου, καὶ τὴν ἱερωσύνην αὐτῷ συντηρήσειν ὑπισχνουμένου, καὶ ἀρχιερέα ἀποδείξειν, καὶ ἡγεμόνα, ὧν αὐτὸς ἦρχε τόπων, εἰ τῆς αὐτοῦ θυγατρὸς μὴ ἀπόσχοιτο, καὶ ναὸν οἰκοδομήσειν ἐπὶ τοῦ Γαριζὶν ὄρους, ὃ τῶν κατὰ Σαμάρειαν ἐστὶν ὀρῶν ὑψηλότατον, τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις κρείττονα ἐπαγγελλομένου μετὰ γνώμης τοῦ βασιλέως Δαρείου· ἐπαρθεὶς τούτοις ὁ Μανασσῆς, κατέμενε παρὰ τῷ Σαναβαλέτῃ. Πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων ἱερέων καὶ Ἰσραηλιτῶν τοιούτοις γάμοις ἐμπεπλεγμένων πάντες συνῆεσαν πρὸς τὸν Μανασσῆν. Ὁ μὲν οὖν Σαναβαλέτης τῷ βασιλεῖ Δαρείῳ τὴν περὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ ἐν Γαριζὶν ἀξίωσιν προσάγειν ἡτοίμαστο. Ὁ δὲ τῷ Ἀλεξάνδρῳ συμβαλὼν ἐν Ἰσσῷ τῆς Κιλικίας, καὶ ἡττηθεὶς ἔφυγεν. Ἀπογνοὺς οὖν ὁ Σαναβαλέτης Δαρεῖον, τῷ Ἀλεξάνδρῳ πρόσεισι σὺν ὀκτακισχιλίοις τῶν ὑπ' αὐτὸν, καὶ ἑαυτὸν καὶ τοὺς τόπους ὧν ἦρχεν ἔλεγε παραδιδόναι αὐτῷ. Προσδεξαμένου δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου αὐτὸν, θαῤῥῶν ἤδη περὶ τοῦ γαμβροῦ, καὶ τῆς τοῦ ναοῦ ἀνεγέρσεως ἐν τῷ Γαριζὶν, προσῆγεν ἀξίωσιν. Καὶ ἐπιτραπεὶς τὴν οἰκοδομὴν, σὺν πάσῃ σπουδῇ τὸν ναὸν ᾠκοδόμησε, καὶ Μανασσῆν τὸν γαμβρὸν ἀρχιερέα κατέστησεν.

A eventu cognito, felicitatem eam publicam esse judicarunt, et XIII die mensis Adar, qui a Macedonibus Dystrus dicitur, circiter D ex inimicis occiderunt : qui vero in aliis urbibus et provinciis degebant, LXXV millia sustulerunt. Iidem Susiani etiam postridie CCC jussu Estheræ interfecerunt, X Amanis liberis in cruces actis : ea quoque re a rege concessa conjugi. XIV vero diem tota gens festum esse jussit : atque ab eo tempore ambos hos dies festos ducunt, et præsidiarios appellant. Mardochæus autem magnus evasit, et regis in administrando imperio socius. Cum vero sacerdotium ad Joannam Jodais filium rediisset : fratri ejus Jesu, amico Bagoæ ducis copiarum Artaxerxis B id promissum fuerat. Qua re Joannas irritatus, fratrem in æde sustulit. Bagoas igitur statim adest, ac templum ingressus : *Si ii qui cædem in templo commiserunt*, inquit, *templum ingrediuntur, et ego ingrediar, qui sum illis purior*, et Judæos per annos VII vexavit. Joannæ defuncto Joad filius in pontificatu succedit. Is fratrem habuit Manassem, cui Sanabaletes Darii postremi Persarum regis satrapes, filiam Nicasom in matrimonium dederat. Sed cum Hierosolymitani proceres tumultuarentur, quod pontificis frater peregrinam uxorem haberet, eamque vel repudiare, vel sacrario abstinere juberent : Manasses socero negotium exposuit. Cui ille pollicetur, se ei et sacerdotium conservaturum, atque etiam pontificem et ducem C eorum locorum quibus ipse imperaret, creaturum si filiam **183** suam retineret : et in Garizino, Samaritanorum montium altissimo, de sententia Darii regis Persarum, templum Hierosolymitano illustrius esse conditurum. His pollicitationibus Manasses adductus, apud Sanabaletem mansit : ad eumque se multi etiam alii sacerdotes Israelitici, talibus implicati conjugiis, contulerunt. Ac Sanabaletes quidem in eo erat, ut a Dario templi in Garizino condendi facultatem impetraret. Sed rege ad Issum ab Alexandro profligato, desperatis illius rebus, cum octo millibus, quibus præerat, ad Alexandrum profectus, seipsum et provincias ei tradit. A quo receptus, jam audacter causam generi et templi Garizinii proponit. Voti compos D factus, omnique studio structura absoluta, generum pontificem constituit.

Η'. Ἐπεὶ δὲ μνείαν τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ ὁ τῆς ἱστορίας λόγος πεποίηται, καλὸν καὶ τούτου τὰς πράξεις τε καὶ τὰ ἤθη, καὶ ὅθεν καὶ τίνων ἔφυ, κατ' ἐπιδρομὴν διηγήσασθαι, καὶ οὕτως αὖθις ἐπαναγαγεῖν τὸν λόγον πρὸς τὴν συνέχειαν. Καὶ μᾶλ-

VIII. Sed quia in Alexandri mentionem incidimus, non alienum fuerit, hujus etiam res gestas, mores et natales perstringere breviter : eoque facto, ad institutæ historiæ seriem redire : vel ea de causa, quod Hierosolyma adiit et ab eo

aliquid admiratione dignum et pontifici et populo accidit, atque ipse divinam quamdam visionem exposuit, ut Josephus refert, quæ in progressu ejus historiæ referentur. Hic Philippi regis Macedonum filius fuit, natus ex Olympiade. Cæterum fabulantur eum Hammone satum esse, qui specie draconis Olympiadem fuerit amplexus. Hammonem autem Jovem appellant : sed hoc fabulosum est. Illud autem fertur, matrem ejus ante eam noctem qua cum Philippo concubuerit, somnio putasse, fulmen in uterum suum illapsum esse, atque inde magnam exstitisse flammam : quæ cum passim vagaretur, evanesceret. Post nuptias, putabat Philippus se imprimere sigillum utero uxoris, leonis imagine. Id somnium conjectoribus aliis aliter interpretantibus, Aristander reginam ferre uterum respondit : neque enim obsignari solere inania : puerum vero qui ex eo conceptu exspectaretur, fore animosum, et leonino ingenio. Natus est eo die, quo Ephesiæ Dianæ templum conflagravit : **184** et Magi quidam illic circumcursantes, exclamarunt, magnum Asiæ malum et calamitatem eo die natum esse. Fuit colore ita candido, ut is circa faciem et pectus maxime purpurasceret. Suavis item e corpore et ore ejus fragrabat odor : cujus utique causa fuit calor et ardor corporis, quo humores, unde putere corpora queant, consumebantur. Animi gravitatem puer etiamnum præ se tulit. Nam cum celeritate pedum valeret, rogatus, an Olympiæ in stadio decursurus esset? respondit se facturum, si reges concertatores haberet. Cum vel urbs insignis capta, vel illustris victoria parta a Philippo nuntiabatur, quasi ægre ferens, ad æquales dicebat : *Pater nullius egregiæ rei vobiscum gerendæ occasionem mihi relicturus est.* Bucephala equo ad Philippum allato, qui tredecim talentis æstimabatur, nec sessorem tum admittebat, nec vocem ferebat, cum Philippo ostenderetur, ob eamque rem inutilis putaretur : *Qualem*, inquit, *equum ob tractandi imperitiam rejiciunt?* Quod dictum pater reprehendens : *Tu vero*, inquit, *eum tractare poteris?* Tum ille : *Rectius utique quovis alio;* permissuque patris, prehensis habenis, eum ad solem convertit : quod fortassis animadverterat, eum umbræ ante oculos agitatione perturbari. Cumque eum paululum demulsisset manu, insiliit atque insedit : et parumper cohortatus, ad cursum dimisit. Quod qui videbant, solliciti erant. Ut autem alacer et lætus revertebatur, Philippi comites exclamabant : ipse vero rex præ lætitia lacrymabundus, puerum deosculatus : *Quærito*, inquit, *fili, regnum tibi par :*

A λαν, ὅτι καὶ τοῖς Ἱεροσολύμοις οὗτος ὁ βασιλεὺς ἐπεδήμησε, καί τι θαύματος ἄξιον γέγονε πρὸς τὸν ἀρχιερέα καὶ τὸν λαὸν ἐξ αὐτοῦ. Καὶ αὐτός τι θεῖον ὅραμα διηγήσατο, ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ, ἃ προϊὼν ὁ λόγος μετὰ τὴν περὶ αὐτοῦ ἱστορίαν (14) διδάξει. Οὗτος Φιλίππου μὲν ἦν τοῦ Μακεδόνων βασιλέως υἱὸς, ἐξ Ὀλυμπιάδος αὐτῷ γεννηθείς. Μυθεύεται δὲ Ἄμμωνος εἶναι υἱὸς, ἐν εἴδει δράκοντος τῇ Ὀλυμπιάδι συνευνασθέντος. Ἄμμωνα δὲ τὸν Δία φασίν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν μῦθος. Λέγεται δὲ τὴν μητέρα αὐτοῦ πρὸ τῆς νυκτὸς, ᾗ τῷ Φιλίππῳ συγκατηυνάσθη, ἐν ὀνείρῳ δόξαι κεραυνὸν ἐμπεσεῖν αὐτῆς τῇ γαστρὶ, κἀκ τούτου πῦρ ἐξαφθῆναι πολὺ, καὶ τοῦτο πάντη φερόμενον διαλυθῆναι. Μετὰ δὲ τὸν γάμον ὁ Φίλιππος καθ' ὕπνους ἐδόκει, σφραγῖδα τῇ γαστρὶ τῆς γυναικὸς ἐπιβαλεῖν, ἐγγεγλύφθαι δὲ τῇ σφραγῖδι λέοντα.
B Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι μάντεις ἄλλως τὸν ὄνειρον ἔκρινον. Ἀρίστανδρος (15) δὲ κύειν ἔφη τὴν σφραγισθεῖσαν· μὴ γὰρ δὴ σφραγίζεσθαι τὰ κενὰ, θυμοειδῆ δ' ἀποβήσεσθαι καὶ λεοντώδη τὸν τεχθησόμενον. Ἐγεννήθη δὲ καθ' ἣν ἡμέραν ἐν Ἐφέσῳ ὁ ναὸς τῆς Ἀρτέμιδος ἐνεπέπρηστο· ὅτε καί τινες ἐκεῖ παρόντες τῶν μάγων, διαθέοντες ἄτην καὶ συμφορὰν βαρεῖαν τὴν ἡμέραν ἐκείνην τῇ Ἀσίᾳ τεκεῖν ἔλεγον. Ἦν δὲ τὴν χρόαν λευκὸς ὁ Ἀλέξανδρος· ἡ λευκότης δ' ἐφοινίσσετο περὶ τὸ στῆθος μάλιστα καὶ τὸ πρόσωπον· καὶ ἡδεῖά τις ἐκ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ ἀπέπνει ἀποφορὰ, κἀκ τοῦ στόματος. Τούτου δ' αἴτιον ἡ θερμότης ἂν εἴη τοῦ σώματος· πυρῶδες γὰρ ὂν, καὶ
C πολύθερμον, ἀνήλισκε τὰ ὑγρὰ, καὶ οὐδὲν ἐπιπολάζειν αὐτοῦ τῷ σώματι σηπεδονῶδες εἴα. Παρενέφαινε δὲ παιδόθεν τὴν ἐμβρίθειαν τοῦ φρονήματος. Ποδώκης γὰρ ὢν, πρὸς τοὺς ἐρομένους εἰ Ὀλυμπιάσιν ἀγωνίσεται στάδιον, εἶπεν, εἰ βασιλεῦσιν ἀνταγωνίσασθαι ἔμελλεν. Εἰ δὲ πόλις τις τῶν ἐπιφανῶν ἁλοῦσα παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῷ ἀπηγγέλη, ἢ ἐν μάχῃ νίκη γεγονυῖα περιφανὴς, ὥσπερ ἀχθόμενος τοῖς ἥλιξιν ἔλεγεν, ὡς *Οὐδὲν ἐμοὶ σὺν ὑμῖν ὁ πατὴρ ἀπολείψει λαμπρόν τι ἔργον ἐνδείξασθαι.* Τοῦ Βουκεφάλα (16) δ' ἵππου κομισθέντος Φιλίππῳ τρισκαίδεκα ταλάντων τιμῆς, καὶ μήτε ἀναβάτην προσιεμένου, ὡς τῷ Φιλίππῳ ἐδείκνυτο μή τε φωνὴν ὑπομένοντος, κἀντεῦθεν δυσχρήστου δόξαντος κομιδῇ· *Οἷον ἵππον*, ὁ Ἀλέξανδρος ἔφη, *μὴ εἰδό-*
D *τες χρήσασθαι, ἀποπέμπονται!* Καὶ ὁ πατὴρ ἐπιτιμῶν αὐτῷ, εἶπε· *Σὺ δὲ χρήσασθαι δυνήσῃ αὐτῷ;* Ὁ δ' ἀπεκρίθη· *Βέλτιον ἂν ἑτέρου τούτῳ χρησαίμην.* Καὶ χρήσασθαι τῷ ἵππῳ ἐπιτραπεὶς, παραλαβὼν τὴν ἡνίαν, ἐπέστρεψε πρὸς τὸν ἥλιον· συνεὶς ἴσως, ὅτι τῇ σκιᾷ πρὸ αὐτοῦ σαλευομένῃ διεταράττετο. Βραχὺ δὲ καταψήσας, αὐτὸν ἀνέθορε καὶ ἐπέβη αὐτοῦ. Καὶ παρακαλπάσας (17) μικρὸν,

Variæ lectiones et notæ.

(14) *Μετὰ τὴν περὶ αὐτοῦ ἱστορίαν.* Malim κατά. W.

(15) Ἀρίσταρχος. Ita codd. mss. sed legendum ex Plutarcho et aliis Ἀρίστανδρος.

(16) *Βουκεφάλα.* Quem alii Βουκέφαλον vocant. Constantinus Manasses p. 170 ex codd. Allatiano et Reg. p. 146 et 170. Καθάπερ τὸν Ἀλέξανδρον ἵππος ὁ Βουκεφάλας. Ita etiam appellatur ab Eustathio in *Iliad.* β', p. 509 et aliis.

(17) *Παρακαλπάσας.* Vide Gloss. med. Græcit. in Κάλπη.

ἀφῆκε πρὸς δρόμον. Ἠγωνίων δ' οἱ βλέποντες. Ἤδη A δ' ἐπιστραφέντος σὺν φρονήματι καὶ χαρᾷ, οἱ μὲν περὶ Φίλιππον ἀνεβόησαν, ἐκεῖνος δὲ χαρμόσυνα προήνεγκε δάκρυα, καὶ φιλήσας τὸν παῖδα, *Ζήτει, τέκνον*, ἔφη, *σοὶ βασιλείαν ἀνάλογον, Μακεδονία γάρ σε οὐ χωρεῖ.* Ἦν δὲ ἡ φύσις αὐτῷ δυσκίνητος μὲν ἐπιτασσομένῳ· εἰ δὲ λόγῳ τις αὐτὸν καὶ πειθοῖ μετῄει, πειθήνιος. Ὡμίλησε δὲ τῷ Ἀριστοτέλει, μετασχὼν οὐ μόνον τοῦ ἠθικοῦ καὶ πολιτικοῦ λόγου, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀποῤῥητοτέρων, οὓς οὐκ ἐκοινοῦντο πολλοῖς, ἐποπτικοὺς καὶ ἀκροαματικοὺς καλοῦντες αὐτούς. Φέρεται γὰρ πρὸς Ἀριστοτέλη αὐτοῦ ἐπιστόλιον, οὕτως ἔχον· *Οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας, ἐκδοὺς τοὺς ἀκροαματικοὺς τῶν λόγων. Τίνι γὰρ τῶν ἄλλων διοίσομεν, εἰ καθ' οὓς ἐπαιδεύθημεν λόγους, οὗτοι πάντων ἔσονται κοινοί;* Ὁ δὲ ἀντεπέστειλεν, ὡς *Ἐκδέδονται, καὶ οὐκ ἐκδέδονται·* B διὰ τούτων δηλῶν τὴν ἀσάφειαν, καὶ τὸ δυσκατάληπτον. Καὶ τῆς ἰατρικῆς δὲ οὐ τὸ θεωρητικὸν μετῄει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν πρᾶξιν αὐτήν. Ἑξκαιδεκέτης δὲ γεγονώς, καὶ τοῦ φρονήματος, καὶ τῆς ἀνδρείας ἀπόπειραν ἤδη διδούς, ὑπερηγαπᾶτο πρὸς τοῦ πατρός· διὰ δὲ τοὺς παρ' ἡλικίαν ἔρωτας τοῦ Φιλίππου, καὶ τὸ τῆς μητρὸς ζηλότυπον καὶ βαρύθυμον, ὁ Ἀλέξανδρος ἔσχε πρὸς τὸν πατέρα διαφοράς.

A *nam te Macedonia non capiet.* Ingenio fuit ad imperata contumaci, sed rationibus et suasionibus tractabili. Magistro usus est Aristotele : nec doctrinam de moribus duntaxat, gerendaque republica percepit, sed et arcanarum rerum scientiam : quæ quod paucis communicaretur, epoptica et acroamatica dicebatur, quarum vocum altera inspiciendi, altera auscultandi notionem habet. Ac circumfertur ejus epistolium ad Aristotelem, in hanc sententiam : *Non* **185** *recte fecisti, acroamaticis disputationibus editis. Num qua re aliis præcellemus, si ea doctrina qua eruditi sumus, communis erit omnibus?* At ille respondit : *Et editas esse, et non editas.* Quibus verbis obscuritatem illarum rerum, et intelligendi difficultatem significabat. B Medicinæ non scientiam duntaxat, sed ipsam etiam actionem tractavit. Annos natus XVI eum generosi et fortis animi jam specimina ederet, supra modum a patre amabatur. Cum quo tamen ei non optime convenit, ob amores illius ætati indecoros, et matris zelotypiam et asperitatem.

θ'. Παυσανίου δὲ τὸν Φίλιππον κτείναντος, παρέλαβε τὴν βασιλείαν εἴκοσι τυγχάνων ἐτῶν. Καὶ τεταραγμένων πάντοθεν τῇ ἀρχῇ τῶν πραγμάτων, τόλμῃ καὶ βάρει φρονήματος αὐτὰ ταχὺ κατεστήσατο, τὰς μὲν Θήβας ἑλὼν καὶ κατασκάψας, καὶ τοὺς ἁλόντας C τῶν Θηβαίων ἀποδόμενος, Ἀθηναίοις δέ γε σπεισάμενος. Ὅτε καὶ Τιμόκλειαν γυναῖκα Θηβαίαν, καὶ τῶν ἐπιφανῶν Θρᾴξ τις τῶν ἡγεμόνων κατῄσχυνε βιασάμενος, εἶτα περὶ χρημάτων ἀνέκρινεν. Ἡ δὲ μόνον αὐτὸν ἀπολαβοῦσα εἰς φρέαρ ἀπήγαγεν, ἐν τούτῳ φαμένη τῶν κειμηλίων κατακρύψαι τὰ κάλλιστα. Τοῦ δ' ἡγεμόνος ἐπικλιθέντος τῷ στομίῳ τοῦ φρέατος, ὦσεν αὐτὸν ἡ γυνὴ κατ' αὐτοῦ, καὶ λίθους ἄνωθεν βαλοῦσα ἔκτεινεν. Ἣν δέσμιον πρὸς αὐτὸν ἀχθεῖσαν ἐρώτησεν ὁ Ἀλέξανδρος, ἥτις εἴη; Ἡ δὲ ἀτρέπτως, Θεαγένους εἰμὶ ἀδελφή, ἀπεκρίνατο, ὃς πρὸς Φίλιππον ᾑρέθη στρατηγός, καὶ ὑπὲρ τῆς Ἑλλήνων ἀγωνιζόμενος ἐλευθερίας, ἔπεσεν. Ἀγάμενος οὖν τήν τε μεγαλοφροσύνην τῆς γυναικὸς ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ τὸ παράστημα τῆς ψυχῆς, ἐλευθέραν σὺν D τοῖς τέκνοις ἀπέλυσε. Πρὸς Διογένην δὲ τὸν Σινωπέα περὶ Κόρινθον διατρίβοντα ἀπελθών, καὶ ἡλίῳ θαλπόμενον εὑρηκώς, ἠσπάσατό τε τὸν ἄνδρα, καὶ εἴ τινος δέοιτο, ἤρετο. Ὁ δὲ τῆς τοῦ ἡλίου εἶπεν ἀλέας δεῖσθαι, καὶ μεταστῆναι αὐτὸν ἠξίου. Ἀπιόντος δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου, οἱ περὶ αὐτὸν κατεγέλων τοῦ Διογένους. Ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη, θαυμάζων τὸ ὑπεροπτικὸν τοῦ ἀνδρός, ὡς Εἰ μὴ Ἀλέξανδρος ἤμην, Διογένης ἂν ἤμην. Ὁρμήσας δὲ εἰς τὴν ἐν τῇ Ἀσίᾳ στρατείαν (18), οὐ πρότερον τῆς νηὸς ἐπέβη, πρὶν τῷ μὲν τῶν ἑταίρων ἀγρὸν ἀπονεῖμαι, τῷ δὲ κώμην,

IX. Philippo a Pausania interfecto, in regno successit, annos XX natus : et quamvis res imperii undique turbatæ essent, eas tamen audacia et consilii gravitate celeriter composuit : Thebis captis C et eversis, captivisque venditis, et pace cum Atheniensibus facta, in Thebarum excidio Thrax quidam dux illustrem matronam Timocleam vi constupravit : ac deinde, ubi pecunia ejus esset, percontatus est, quem illa solum ad puteum quemdam deduxit, in eoque se ornamenta sua pulcherrima abscondisse dixit : cumque dux ad orificium putei sese inclinasset, mulier eum impulit, ac dejectum saxis injectis interfecit. Eam Alexander vinctam ad se perductam interrogavit, quæ esset? Respondit illa intrepide, se Theagenis esse sororem, qui dux contra Philippum electus, pro defensione libertatis Græcorum occubuerit. Ejus igitur indolem et animi magnitudinem admiratus, liberam cum liberis suis dimisit. Cum ad Diogenem Sinopensem, D qui Corinthi degebat, venisset, eumque dicta salute rogasset : Num qua re egeret? respondit ille, sibi opus esse calore solis; utque inde discederet, petiit. Alexandro digresso, comites ejus Diogenem deridebant. Quibus ille sublimem viri animum admiratus, dixit se, nisi Alexander esset, Diogenem esse velle. Cum Asiaticam expeditionem moliretur, navem non conscendit prius, quam amicorum aliis agros, aliis pagos, aliis reditus aliquos donasset. A Perdicca rogatus, *quid sibiipsi reservaret? Spem*, inquit. Cum Hellespontum trajecisset, satrapæ Darii circa transitum Granici cum **186**

Variæ lectiones et notæ.

(18) *Εἰς τὴν ἐν τῇ Ἀσίᾳ στρατείαν.* Ita habent mss., at Wolfius legendum putabat ἐπὶ τὴν Ἀσίαν. Hæcque subdit : *Auctor noster non adeo barbarus est, sed est multis in locis depravatus*, ut me collatio codicum docuit.

gerere? Rex illa principio non iracunde audiebat. Sed Teronis immoderata et militari libertate et militum indignatione commotus, Teronem in vinculis asservari jussit. Qua occasione arrepta, Tryphon regis tonsor dixit se a Terone sæpius sollicitatum, ut regis gulam novacula abscinderet: quo facto, principem locum apud Alexandrum habiturus esset. His dictis et ipse comprehenditur: quæstiones de Terone, ejus filio, et tonsore **253** habentur. Quam necessitatem patre fortiter tolerante, filius, qui quam is misere affectus esset, cerneret, dixit se regi veritatem indicaturum, si patrem et se illis cruciatibus liberare vellet. Fide accepta, convenisse ait, ut Teron suis manibus regem occidat: His dictis, patrem ærumna liberat. Herodes vero omni dubitatione paterni animi repudiata, decretum suum exsequi statuit. Itaque Alexander et Aristobulus Sebasten perducti, illius jussu laqueo præfocantur. Sunt et ccc duces rei, et Teron cum filio et tonsore producti atque accusati, quos populus telis obiter arreptis interfecit. Antipatro, cum fratres sustulisset, difficilior facta est regni adeptio, susceptis popularium odiis, ac militum in primis: sed regni fuit interea cum patre particeps, qui ei fidem habebat. Alexandri uxorem ad patrem remisit Herodes, interfectorum liberos magno studio aluit. Susceperat enim Alexander ex Glaphyra duos mares: Aristobulus e Bernice tres filios, et duas filiolas. Natus est et regi e pontificis filia Herodes. Habuit enim IX mulieres in matrimonio: idque more gentis, apud quam receptum erat, eodem tempore plures uxores alere, inter quas fuere Antipatri mater, et filia pontificis: e qua, ut dictum est, filium sibi cognominem procreavit. Fuit ei et fratris filia nupta, et consobrina cum ea, præterea Samaritana quædam, cujus filii fuere Antipas et Archelaus et Olympias filia. Inter ejus uxores etiam Cleopatra Hierosolymitana numerabatur, cujus filii fuerunt Herodes et Philippus. Præterea Pallas, e qua Phasaelum suscepit: ac Phædra et Elpis, quæ ei Roxanem et Salomen filiam pepererunt. Susceperat et e Mariamme duas filiolas.

γῆρα καταλιπὼν ἐφ' ἑνὶ παιδὶ καὶ συγγενέσιν, ὧν αὐτὸς τοσαυτάκις κατέγνως θάνατον; Οὐκ ἐννοήσεις, ὅτι καὶ τῶν ὄχλων ἡ σιωπὴ διὰ μέγεθος τοῦ πάθους ἐστὶ, καὶ πᾶσα ἡ στρατιὰ ἔλεον μὲν τῶν ἀτυχούντων, μῖσος δὲ τῶν ταῦτα ἐργαζομένων ἐσχήκασιν; Ἤκουε ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἐν ἀρχῇ οὐκ ἀγνωμόνως. Ὁ δὲ Τήρων, ἀμέτρῳ καὶ στρατιωτικῇ χρώμενος παῤῥησίᾳ, τὸν Ἡρώδην ἐτάραξε, καὶ πρὸς τὴν τῶν στρατιωτῶν κεκίνητο ἀγανάκτησιν. Καὶ προστάττει, τὸν Τήρωνα δήσαντας, ἔχειν ἐν φυλακῇ. Ἐπιτίθεται δὲ τῷ καιρῷ καὶ Τρύφων τοῦ βασιλέως κουρεὺς, εἰπὼν ὡς ἀναπείθοιτο πολλάκις ὑπὸ τοῦ Τήρωνος ξυρῷ τὸν λαιμὸν τοῦ βασιλέως τεμεῖν· ἔσεσθαι γὰρ ἐν πρώτοις τῷ Ἀλεξάνδρῳ. Ταῦτα εἰπὼν, καὶ αὐτὸς συλλαμβάνεται· καὶ ἐν βασάνοις ἦσαν ὁ Τήρων τε καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ὁ κουρεύς. Διακαρτεροῦντος δ' ἐν ταῖς βασάνοις τοῦ Τήρωνος, ὁρῶν ὁ παῖς τὸν πατέρα χαλεπῶς διακείμενον, ἔφη μηνύσειν τῷ βασιλεῖ τὴν ἀλήθειαν, εἰ μέλλει ῥύσασθαι τῶν βασάνων τὸν πατέρα καὶ ἑαυτόν. Λαβὼν δὲ πίστεις, ἔλεγεν εἶναι συνθήκην ἐπιθέσθαι τῷ βασιλεῖ δι' αὐτοχειρίας τὸν Τήρωνα. Ταῦτα εἰπὼν, ἐξαιρεῖται τὸν πατέρα τῆς ἀνάγκης. Ὁ δ' Ἡρώδης, οὐδὲν ἔτι ἐνδοιάσιμον τῇ ψυχῇ καταλελοιπὼς περὶ τὴν τεκνογονίαν, τέλος τῇ προαιρέσει ἐπέθετο. Καὶ ἀχθέντες εἰς Σεβαστὴν Ἀλέξανδρός τε καὶ Ἀριστόβουλος, ἐπιτάξαντος τοῦ πατρὸς στραγγάλῃ ἀπηγχονήθησαν. Προαγαγὼν δ' εἰς τὸ πλῆθος τριακοσίους τῶν ἡγεμόνων τοὺς ἐν αἰτίᾳ γενομένους, καὶ τὸν Τήρωνα σὺν τῷ παιδὶ, καὶ τὸν κουρέα, κατηγόρει αὐτῶν, οὓς οἱ τοῦ πλήθους βάλλοντες τοῖς παρατυχοῦσιν ἀπέκτειναν. Ἀντιπάτρῳ δὲ κατεργασαμένῳ τοὺς ἀδελφοὺς ἐργωδεστέρα ἦν ἡ τῆς βασιλείας ἐπιτυχία, μίσους τῷ ἔθνει φύντος πρὸς αὐτὸν, καὶ μάλιστα τῷ ὁπλιτικῷ. Τέως δὲ συνῆρχε τῷ πατρὶ, καὶ ἐπιστεύετο παρ' αὐτοῦ. Τὴν δὲ Ἀλεξάνδρου γυναῖκα Ἡρώδης πρὸς τὸν πατέρα ἀνέπεμψεν, ἔθρεψε δὲ τὰ τῶν θανόντων τέκνα πάνυ ἐπιμελῶς. Ἦσαν δὲ Ἀλεξάνδρῳ μὲν ἐκ Γλαφύρας ἄρσενες δύω· Ἀριστοβούλῳ δὲ ἐκ Βερενίκης υἱοὶ τρεῖς, καὶ δύο θυγάτρια· γέγονε δὲ τῷ βασιλεῖ καὶ ἐκ τῆς ἀρχιερέως θυγατρὸς Ἡρώδης υἱός. Ἐννέα γὰρ τῷ βασιλεῖ συνῴκουν γυναῖκες, πάτριον ὂν καὶ πλείοσι κατὰ αὐτὸν συνοικεῖν. Ἦσαν δὲ ἥ τε τοῦ Ἀντιπάτρου μήτηρ, καὶ ἡ τοῦ ἀρχιερέως θυγάτηρ, ἐξ ἧς, ὡς εἴρηται, παῖς αὐτῷ ἐγεννήθη ὁμώνυμος. Ἦν δὲ καὶ ἀδελφοῦ παῖς αὐτῷ μία γεγαμημένη, καὶ ἀνεψιὰ σὺν αὐτῇ, ἐξαδέλφη δηλαδή· τὰς γὰρ ἐξαδέλφας ἀνεψιὰς ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, ὡς ἔστιν εὑρεῖν πολλαχοῦ καὶ παρὰ τῷ Πλουτάρχῳ, καὶ παρὰ ταῖς βίβλοις ταῖς νομικαῖς. Ἦν δ' ἐν ταῖς γυναιξὶν Ἡρώδου κἀκ τοῦ ἔθνους τῶν Σαμαρέων μία, ἧς ἦσαν παῖδες Ἀντίπας τε καὶ Ἀρχέλαος, καὶ θυγάτηρ Ὀλυμπιάς· καὶ Κλεοπάτρα δὲ Ἱεροσολυμῖτις ταῖς τούτου γυναιξὶ συνηρίθμητο. Καὶ ταύτης παῖδες Ἡρώδης καὶ Φίλιππος. Καὶ Παλλὰς δὲ ἦν ἐν ταῖς αὐτοῦ γαμεταῖς, Φασάηλον πεποιημένη παῖδα αὐτῷ, καὶ ἐπὶ ταῖς λοιπαῖς Φαίδρα καὶ Ἐλπίς συνῴκουν αὐτῷ. Ἦσαν δὲ Ἡρώδῃ καὶ δύο θυγάτρια ἐκ Μαριάμ· καὶ ἐκ Φαίδρας δὲ καὶ Ἐλπίδος ἔφυσαν αὐτῷ θυγατέρες Ῥωξάνη καὶ Σαλώμη.

XXIII. Atque hæc familia Herodis fuit: sed summa rerum ad solum Antipatrum spectabat, omnibus formidabilem, non tam potestate, quam morum improbitate: quem Pheroras maxime colebat, et ab eo vicissim colebatur. Salome vero eis adversabatur, quæ rebus suo nomini contrariis (id enim pacem significat) semper studebat, non pacifica,

ΚΓ'. Τοῦτο μὲν οὖν τὸ γένος Ἡρώδου. Τὰ δὲ πράγματα πρὸς μόνον τὸν Ἀντίπατρον ἀφεώρων, καὶ ἦν ἅπασι φοβερὸς, οὐ τοσοῦτον τῇ δυναστείᾳ, ὅσον τῇ τῶν τρόπων κακότητι. Μάλιστα δὲ αὐτὸν Φερώρας ἐθεράπευε, καὶ ἀντεθεραπεύετο. Ἠναντίωτο δὲ αὐτοῖς ἡ Σαλώμη, ἐναντίως ἀεὶ πρὸς τὴν τῆς κλήσεως αὐτῆς σημασίαν διακειμένη. Ἡ μὲν

γὰρ εἰρήνης σημαντικὸν, καὶ εἰρηνικὴν εἶναι τὴν A οὕτω κεκλημένην ἐδήλου. Ἡ δὲ καὶ σφόδρα μάχιμος ἦν, καὶ ἑτέρους πρὸς στάσεις καὶ μάχας καὶ συγγενείας ἀλλοτρίωσιν διεγείρουσα. Αὕτη, κατασκοποῦσα τὴν Ἀντιπάτρου καὶ Φερώρου οἰκείωσιν, ἔλεγε τῷ Ἡρώδῃ, ἐπὶ κακῷ τῷ αὐτοῦ τὴν τούτων γενέσθαι εὔνοιαν. Γνόντες οὖν ἐκεῖνοι τὴν τῆς Σαλώμης διαβολὴν, ἐν τῷ φανερῷ μὲν μῖσος κατ' ἀλλήλων καὶ λοιδορίας ἦσαν ἐπιτηδεύοντες, κεκρυμμένως δὲ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἐτήρουν ὁμόνοιαν. Τὴν Σαλώμην δ' οὐκ ἐλάνθανον, πάντα τε ἀνιχνεύουσαν καὶ τῷ βασιλεῖ ἀπαγγέλλουσαν συνόδους λαθραίας, συμπόσιά τε καὶ ἀνέκφορα βουλευτήρια. Ὁ δὲ καὶ αὐτὸς τὰ πολλὰ συνίει. Φαρισαῖοι δὲ, τὴν γυναικωνῖτιν οἰκειούμενοι, ἄνθρωποι μέγα φρονοῦντες ἐπ' ἀκριβώσει τοῦ πατρίου νόμου, καὶ βασιλεῖ ἀντιπράττοντες, οἱ πάντων ὀμωμοκότων B Καίσαρι εὐνοεῖν καὶ τῷ βασιλεῖ Ἡρώδῃ, αὐτοὶ οὐκ ἐπείσθησαν, ὄντες ὑπερεξακισχίλιοι. Τῇ δὲ γυναικὶ Φερώρου εὐνοοῦντες προὔλεγον, Ἡρώδῃ τέλος τῆς ἀρχῆς κατεψηφίσθαι παρὰ Θεοῦ, νεμηθῆναι δὲ αὐτὴν Φερώρᾳ τε καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ. Οὐδὲ ταῦτα τὴν τῆς Σαλώμης μοχθηρίαν διέδρα, καὶ αὐτίκα τῷ βασιλεῖ ἀπηγγέλλοντο. Τῶν μὲν οὖν Φαρισαίων οἱ ἐπὶ τούτοις ἐληλεγμένοι ἀνῄρηντο, καὶ ὁ εὐνοῦχος Βαγώας, Κάρος τέ τις ἐπὶ σώματος κάλλει διαπρεπὴς, καὶ Ἡρώδου ὢν παιδικὰ, καὶ ἕτεροι τῶν περὶ τὸν βασιλέα, ὡς συνίστορες. Εἶτα συνέδριον καθίσας ὁ βασιλεὺς, τῆς Φερώρου γυναικὸς κατηγόρει, καὶ ἀπηρίθμει πολλὰ αἰτιάματα, καὶ τέλος πρὸς τὸν Φερώραν τὸν λόγον τρέψας, C *Δεῖν*, ἔλεγε, *καὶ πρὶν αὐτοκέλευστόν σε διὰ ταῦτα τὸ γύναιον ἀποπέμψασθαι. Νῦν γοῦν, εἰ τῆς ἐμῆς συγγενείας ἀντιποιῇ, τὴν μετ' αὐτῆς συμβίωσιν παραιτοῦ.* Ὁ δὲ πρότερον θανεῖν αἱρεῖσθαι ἀνταπεκρίνατο, ἢ ζῶν ἀπεστερῆσθαι τῆς γυναικός. Ἐντεῦθεν Ἡρώδης Ἀντιπάτρῳ καὶ τῇ ἐκείνου μητρὶ Φερώρᾳ συνομιλεῖν ἀπηγόρευσεν, ἢ ταῖς γυναιξὶ συνιέναι. Οἱ δὲ κατετίθεντο, συνῄεσαν δὲ ἀλλήλοις καὶ συνεκώμαζον ᾗ καιρός. Ἀντίπατρος δὲ, τὴν ὀργὴν τοῦ πατρὸς ὑφορώμενος, γράφει τοῖς ἐν Ῥώμῃ φίλοις, ἐπιστέλλειν Ἡρώδῃ, στέλλειν πρὸς Καίσαρα τὸν Ἀντίπατρον. Πέμπεται γοῦν εἰς Ῥώμην μετὰ δώρων Ἀντίπατρος φέρων καὶ διαθήκην Ἡρώδου αὐτῷ τὴν ἀρχὴν διδοῦσαν. Εἰ δὲ φθάσει θανὼν, Ἡρώδῃ τῷ ἐκ τῆς ἀρ- D χιερέως γενομένῳ θυγατρός. Φερώραν δὲ μὴ ἀφιέντα τὴν γυναῖκα, ἀναχωρεῖν ἐπέταττεν ὁ Ἡρώδης. Καὶ ὃς ἐπὶ τὴν τετραρχίαν ἀπῆρεν, ὀμόσας οὐ πρότερον ἥξειν, ἢ πύθοιτο τελευτῆσαι τὸν ἀδελφόν. Ὥστε καὶ νοσήσαντος τοῦ βασιλέως κληθεὶς, οὐχ ὑπήκουσεν, ἵνα μὴ παραβαίη τὸν ὅρκον. Ἡρώδης δ' ὕστερον, Φερώρα νοσήσαντος, ἧκε πρὸς ἐκεῖνον αὐτόκλητος, καὶ θανόντα ἐτίμησεν. Ἡ δὲ Φερώρου τελευτὴ ἀρχὴ κακῶν τῷ Ἀντιπάτρῳ ἐγένετο, τιννυμένου τοῦ Θείου τῆς ἀδελφοκτονίας αὐτόν. Ἀπελεύθεροι γὰρ δύο τῶν Φερώρᾳ τιμίων ἠξίουν Ἡρώδην μὴ ἐάσαι τὸν ἀδελφὸν ἀνεκδίκητον, φαρμάκῳ διαφθαρέντα. Ταῦτα, πιστὰ δοκοῦντα, εἰς ἐξέτασιν τὸν βασιλέα ἐκίνησαν· καὶ ἐβασανίζοντο γυναῖκες δοῦλαι τε καὶ ἐλεύθεραι.

A sed pugnax admodum, et alios ad seditiones, **254** ad pugnas, ad jura cognationis et necessitudinis dirimenda incitare solita. Ea explorata Antipatri et Pheroræ conjunctione, Herodi ait, eorum benevolentiam in ipsius fraudem tendere. Cujus illi calumnia intellecta, quamvis clam concordiam colerent, publice autem mutuis odiis et conviciis certarent: Salomen tamen non fefellerunt, indagantem omnia, et regi nuntiantem, occulta conciliabula, compotationes et concilia arcana: quæ ipse etiam pleraque intelligebat. Pharisæi vero gynæconitide sibi conciliata, homines accurata patriæ legis observatione tumidi, regi adversabantur. Nam cum cæteri omnes in fidem Cæsaris et regis Herodis jurassent, illi soli refragati sunt, sex B millium numero: et quia Pheroræ conjugi bene cupiebant, prædixerunt regnum Herodi divinitus abrogatum, Pheroræ ejusque posteris attributum esse. Ne hæc quidem Salomes improbitatem latuerunt, quin statim regi renuntiarentur. Pharisæi autem orationis illius convicti, eunuchus Bagoas, Cerus quidam excellenti forma Herodis amasius, atque alii regii, tanquam arcanorum conscii, interfecti sunt. Deinde rex indicto concilio Pheroræ conjugem, multis criminibus in medium adductis, accusavit, ac denique oratione ad Pheroram conversa: *His de causis*, inquit, *muliercula pridem ultro tibi repudianda fuit. At nunc saltem, si fratrem meum perhiberi cupis, illius consuetudinem vitato.* C Ille vero se mortem præoptare potius respondit, quam ut vivens uxorem desereat. Ex eo Herodes Antipatro et matri ejus Pheroræ consuetudinem, et mulieribus ne inter se convenirent, interdixit. Qui etsi id pollicerentur, tamen per tempus comessatum conveniebant. Antipater vero patris iram metuens, ab amicis petit ut Herodi scribant, ut se Romam mittat. Ita pater eum cum muneribus in Urbem mittit, testamentum ferentem, quo ei regnum legabatur; sin ipsi aliquid accidisset, Herodi ex filia pontificis genito. Pheroram, cum uxorem non repudiaret, discedere jussit. Is vero cum in tetrarchiam suam abiret, juravit se ante auditum fratris obitum reverti nolle. Unde factum, ut nec **255** rege ægrotante accersitus venerit, ne jusju- D randum violaret. Herodes vero post, Pheroram ægrotantem ultro invisit, et mortuo honorem habuit. Cæterum Pheroræ exitium Antipatro malorum fuit initium, Numine fratricidium ejus ulciscente. Nam duo honorati Pheroræ liberti rogarunt Herodem, ne fratris necem veneno sublati inultam esse pateretur. Quod cum probabile videretur, regem ad rem certius indagandam permovit: habitæ sunt quæstiones de mulieribus, una quædam nihil aliud dixit, nisi quod Deum precata est ut Antipatri mater, malorum auctor, tali necessitate urgeretur. Ea oratio regem ad diligentiorem inquisitionem pepulit: ac mulieres cruciatibus auctis, arcana omnia detexerunt, comessationes, occultos congressus, sermones Antipatri cum Pheroræ mulieribus.

habitos, odium patris, lamentationes apud matrem, quod pater diutissime viveret, itaque se suavitatis imperii sensu cariturum, si quando id adipisceretur, ob urgentem jam senectutem. Hæc atque alia plura, quæ patrem quoque tangerent, mulieres referebant. Ob quæ rex, Antipatro jam apud animum suum condemnato, matrem ejus Doridem repudiat, et omnem ei mundum eripit, pretii multorum talentum. In primis tamen Herodem contra filium inflammavit Antipater procurator illius : cum alia in quæstionibus confessus, tum illud, eum Pheroræ venenum dedisse, ac mandasse ut id patri per absentiam suam, quominus suspectus esset, offerret. Pheroram autem id uxori asservandum dedisse. Mulier id fatebatur, atque ad venenum afferendum egressa, de tecto se præcipitem dedit, nec tamen illo casu mortua est. Recreata igitur, et denuo a rege interrogata, juravit, se rem omnem, ut gesta esset, expolituram. Dixit autem, *se venenum a marito accepisse, ab Antipatro contra ipsum patrem præparatum : sed cum ægrotante Pherora, ipse rex fratrem coram coluisset, Pheroram, ejus benevolentia perspecta, sibi dixisse, ut venenum afferret, atque in conspectu suo cremaret. Se statim dicto audientem, maxima parte in ignem conjecta,* **256** *parum sibi reservasse, quo uteretur, si post mariti obitum a rege male tractaretur.* Ipsam quoque pyxidem cum veneno in medium protulit. Accusata est et regis uxor, pontificis filia, quam statim ejecit ejusque filium ex testamento delevit, in quo ut regis, ejus mentio fiebat : et socero Simoni Boethi filio, pontificatu abrogato, Matthiam Theophili filium successorem dedit.

A Αἱ μὲν οὖν ἄλλαι ἐνεκαρτέρουν ἐχεμυθοῦσαι, μία δέ τις ἄλλο μὲν ἔφη οὐδὲν, Θεὸν δ' ἐπεκαλεῖτο, τοιαύταις ἀνάγκαις τὴν Ἀντιπάτρου μητέρα περιπεσεῖν, ὡς κακῶν αἰτίαν. Τοῦτο εἰς πλείονα τὸν Ἡρώδην ἐκίνησεν ἔρευναν· καὶ πάντα, σφοδροτέραις βασάνοις αἱ γυναῖκες περιβληθεῖσαι, πεποιήκασιν ἔκπυστα, τοὺς κώμους καὶ τὰς κρυπτὰς συνόδους, καὶ λόγους Ἀντιπάτρου πρὸς τὰς γυναῖκας γενομένους Φερώρου, μῖσος πρὸς τὸν πατέρα, ὀλοφύρσεις πρὸς τὴν μητέρα ὅτι ἐπιμήκιστον ἡ ζωὴ παρατέταται τῷ πατρὶ, ὡς μηδ' αἰσθέσθαι τῶν τῆς βασιλείας ἡδέων, εἴποτε αὐτῷ γένηται, διὰ γῆρας ἤδη αὐτῷ ἐπικείμενον· καὶ ἄλλα δὲ πλείω, καὶ τοῦ πατρὸς καθαπτόμενα, αἱ γυναῖκες ἔλεγον. Τούτοις ἤδη καταγνοὺς Ἀντιπάτρου ὁ βασιλεὺς, ἀφαιρεῖται μὲν τὴν ἐκείνου B μητέρα τὴν Δωρίδα τὸν περὶ αὐτὴν πάντα κόσμον ταλάντων ὄντα πολλῶν, αὐτὴν δὲ ἀποπέμπεται. Μάλιστα δ' ἐξώτρυνε κατὰ τοῦ υἱοῦ τὸν Ἡρώδην ἐπίτροπος ἐκείνου Ἀντίπατρος, ἄλλα τε κατειπὼν ἐν τῷ βασανίζεσθαι, καὶ ὅτι φάρμακον δοίη Φερώρᾳ, ἐντειλάμενος δοῦναι αὐτὸ τῷ πατρὶ παρὰ τὴν ἀποδημίαν αὐτοῦ, ἵν' εἴη ἀνύποπτος μὴ παρὼν, καὶ τοῦτο τὸν Φερώραν φυλάσσειν δοῦναι τῇ γυναικί. Καὶ ἡ γυνὴ δὲ ὡμολόγει, καὶ ἀπιοῦσα κομίσαι τὸ φάρμακον, ἐκ τοῦ τέγους ἔρριψεν ἑαυτὴν, οὐ μὴν ἐτελεύτησε. Καὶ ἀνακτηθεῖσαν πάλιν ἠρώτα ὁ βασιλεύς· ἡ δὲ ὤμοσε πάντα ἐρεῖν, ὡς ἐπέπρακτο. *Καὶ λαβεῖν ἔφη τὸ φάρμακον παρὰ τοῦ ἀνδρὸς, ἡτοιμασμένον ἐπ' αὐτὸν τὸν πατέρα ὑπ' Ἀντιπάτρου. Νοσήσαντος δὲ Φερώρα, ἐπεὶ ἐλθὼν αὐτὸς ἐθεράπευε τὸν ἀδελφὸν, ὁρῶν σου τὴν εὔνοιαν ἐκεῖνος, Πρὸς ἐμὲ, ἔφη, κόμισον, ὦ γύναι,* C *τὸ φάρμακον, καὶ κατάκαυσον ἐπ' ὄψει ἐμῇ. Κἀγὼ αὐτίκα ὡς ἐκεῖνος ἐνετέλλετο ἔπραττον, τὸ μὲν πλεῖστον πυρὶ παραδοῦσα, ἑαυτῇ δ' ὑπολειπομένη ὀλίγον, ἵν' αὐτῷ χρησαίμην, εἰ μεταστάντος Φερώρου κακά μοι παρὰ σοῦ ἀπαντῷ.* Παρῆγε δὲ εἰς τὸ μέσον τὴν πυξίδα τε καὶ τὸ φάρμακον. Κατηγορεῖτο δὲ καὶ ἡ τοῦ βασιλέως γυνὴ, ἡ τοῦ ἀρχιερέως θυγάτηρ, ὡς συνίστωρ ἁπάντων· ἣν αὐτίκα ἐξέβαλε, καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς ἀπήλειψε τῶν διαθηκῶν, εἰς τὸ βασιλεῦσαι μεμνημένων ἐκείνου. Καὶ τὸν πενθερὸν Σίμωνα τῶν τοῦ Βοηθοῦ τὴν ἀρχιερωσύνην ἀφείλετο, ἕτερον δὲ καθιστᾷ τὸν τοῦ Θεοφίλου Ματθίαν.

XXIV. Interea Bathylus Antipatri libertus Roma adest, patroni matri et Pheroræ venenum ferens : qui in tormentis dixit, id missum esse, ut si prius patrem non attigisset, vel hoc eum conficeret. Afferebat etiam litteras Roma ab amicis Herodis, quibus Archelaus et Philippus, Romæ studiorum gratia degentes, accusabantur, quasi patrem fraternarum cædium reum agerent, ac sibi ipsis timerent. Eæ litteræ magnis largitionibus Antipatro constiterunt. Herodes vero ira occultata, eum maturare jussit, et de matre ejus quædam conquestus, eum se arbitrum sumpturum dixit, ubi redisset. Eas litteras in Cilicia accepit : sed Pheroræ obitum Tarenti cognitum ægerrime tulit, non ex benevolentia, sed quod ille Herodem non, ut receperat, ante suum obitum sustulisset. Cum in portu Augusto, cui id nomen a Cæsare est inditum, appulisset, mala sua in conspectu habuit, nemine obviam eunte, nemine alloquente. Venit autem Hierosolyma, Varo Syriæ prætore, in concilio assidente, quem Hero-

ΚΔ'. Ἐν τούτῳ δὲ ἀπελεύθερος Ἀντιπάτρου Βάθυλος ἀπὸ Ῥώμης παρῆν φάρμακον κομίζων τῇ τοῦ Ἀντιπάτρου μητρὶ καὶ Φερώρᾳ· ὃς ἐταζόμενος ἔλεγε πεμφθῆναι αὐτὸ, ἵν' εἰ μὴ τὸ πρότερον ἅπτοιτο τοῦ πατρὸς, τούτῳ γοῦν κατεργασθείη. Ἐπεφέρετο δὲ καὶ γράμματα παρὰ τῶν ἐν Ῥώμῃ τῷ Ἡρώδῃ D φίλων, κατηγορίαν ποιούμενα Ἀρχελάου καὶ Φιλίππου, ἐν Ῥώμῃ διαγόντων ἐπὶ μαθήμασιν, ὡς τάχα τὸν πατέρα κατηγορούντων ἐπὶ τῷ φόνῳ τῶν ἀδελφῶν, καὶ δεδοικότων καὶ περὶ ἑαυτοῖς. Ταῦτα ἐκ μεγάλων μισθῶν τῷ Ἀντιπάτρῳ ἐγένετο. Ἡρώδης δ' ἐπικρυψάμενος τὴν ὀργὴν, ἐκέλευε μὴ βραδύνειν, καὶ τῇ μητρὶ αὐτοῦ μέμψεις ἐπάγων, ἐπηγγέλλετο ἀναθήσεσθαι ταύτας αὐτῷ, ὁπότε ἀφίκοιτο. Τούτοις τοῖς γράμμασι περὶ Κιλικίαν ἐνέτυχεν. Ἐν Τάραντι δὲ τοῦ Φερώρου μαθὼν τελευτὴν, δεινῶς ἤνεγκεν, οὐ δι' εὔνοιαν, ἀλλ' ὅτι μὴ φθάσας, ὡς ὑπέσχετο, τὸν Ἡρώδην ἀναιρῆσαι ἀπέθανε. Καταχθεὶς δὲ εἰς τὸν λεγόμενον Σεβαστὸν λιμένα, ἐπ' ὀνόματι τοῦ Καίσαρος οὕτω καλούμενον, ἐν προὔπτοις ἦν ἤδη τοῖς

κακῶς, μή τινος αὐτῷ προσιόντος, μήτε προσαγορεύοντος. Παρῆν δ' ἐν Ἱεροσολύμοις, Οὐάρου τοῦ τῆς Συρίας ἡγεμονεύοντος συνεδρεύοντος Ἡρώδῃ, κληθέντος ἐπὶ συμβουλῇ περὶ τῶν ἐνεστηκότων. Καὶ εἰσῄει τὰ βασίλεια πορφυρίδα ἔτι φορῶν. Οἱ γοῦν ἐπὶ ταῖς θύραις δέχονται μὲν τὸν Ἀντίπατρον, τοὺς δὲ φίλους ἀνείργουσιν. Ἐθορυβεῖτο δὲ, ἤδη κατανοῶν οἷ ἐληλύθει, ἐπεὶ καὶ ὁ πατὴρ αὐτὸν ἀσπάσασθαι προσιόντα ἀπώσατο, ἀδελφοκτόνον τε καλῶν καὶ ἐπίβουλον αὐτοῦ τῇ ζωῇ, ἀκροατήν τε τούτων καὶ δικαστὴν ἔσεσθαι τὴν αὔριον τὸν Οὔαρον ἔλεγε. Καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τοιούτοις κακοῖς ᾤχετο. Ὑπαντῶσι δ' αὐτῷ ἥ τε μήτηρ καὶ ἡ γυνὴ (αὕτη δὲ ἦν παῖς Ἀντιγόνου, τοῦ πρὸ Ἡρώδου βασιλεύσαντος) παρ' ὧν ἅπαντα ἐκμαθὼν, πρὸς τὸν ἀγῶνα παρεσκευάζετο. B Τῇ δ' ἑξῆς συνήδρευον Ἡρώδης καὶ Οὔαρος. Συνῆλθον δὲ καὶ οἱ ἀμφοῖν φίλοι, καὶ οἱ συγγενεῖς Ἡρώδου, καὶ οἱ μηνυταὶ τῶν Ἀντιπάτρῳ μελετωμένων, καὶ δοῦλοι μητρῷοι τοῦ Ἀντιπάτρου, ἐπιστολὴν φέροντες αὐτῆς, μὴ ἐπανήκειν ὡς πάντων τῷ πατρὶ πιστῶν ἡγουμένων (49), μόνην τε ἂν καταφυγὴν αὐτῷ λείπεσθαι Καίσαρα, καὶ τὸ μὴ γενέσθαι τῷ πατρὶ ὑποχείριον. Ἀντιπάτρου δὲ προσπεσόντος τῷ πατρὶ, καὶ δεομένου ἀκροάσασθαι αὐτοῦ, καὶ οὕτω ψηφίσασθαι, τοῦτον μὲν εἰς μέσον ἀπάγειν ἐκέλευεν· αὐτὸς δὲ ὠλοφύρατο τὴν τῶν παίδων διάθεσιν, καὶ ὅτι τὸ γῆρας αὐτοῦ περιέστηκεν εἰς Ἀντίπατρον. Τεθηπέναι τε ἔλεγεν, ὅπως Ἀντίπατρος ἐπὶ τοιαῦτα χωρήσειε, διάδοχος μὲν τῆς ἀρχῆς γεγραμμένος, ζῶντος δ' αὐτοῦ τὰ πάντα δυνάμενος, C καὶ ἀντὶ τούτων πρὸς τὸν αὐτοῦ φόνον ἐρεθίζων τοὺς συγγενεῖς. Ταῦθ' ἅμα λέγων εἰς δάκρυα τρέπεται. Καὶ Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς, τοῦ βασιλέως ἐπιτρέψαντος, κατηγόρει τοῦ Ἀντιπάτρου, πάντα ἑξῆς διηγούμενος. Πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι κατ' Ἀντιπάτρου αὐτεπάγγελτοι ἔλεγον. Οὔαρος δὲ, Νικολάου παυσαμένου τῶν λόγων, ἐκέλευε τὸν Ἀντίπατρον ἀπολογεῖσθαι. Ὁ δ' ἐπὶ στόμα ἔκειτο ἀνατετραμμένος, τὸν Θεὸν ἐπικαλούμενος ἐπιμαρτυρῆσαι αὐτῷ μηδὲν ἀδικεῖν. Ὡς δ' οὐδὲν παρ' Ἀντιπάτρου ἐλέγετο πλὴν τῆς ἀνακλήσεως τοῦ Θεοῦ, τὸ φάρμακον εἰς τὸ μέσον ἐνεχθῆναι ἐκέλευσε. Καὶ κομισθέντος, τῶν ἐπὶ θανάτῳ τις ἑαλωκότων πίνειν κεκέλευστο, καὶ πιὼν εὐθὺς ἔθανε. Καὶ Οὔαρος ἐξαναστὰς ἀπῄει τοῦ συνεδρίου. Ἡρώδης δὲ αὐτίκα ἔδησε τὸν Ἀντίπατρον, καὶ εἰς Ῥώμην ὡς Καίσαρα γράμματα πέμπει περὶ αὐτοῦ.

A des accersierat, ut de rebus præsentibus eum consultaret. Regiam ingreditur purpuratus adhuc: a janitoribus admittitur, amicis ejus exclusis. Et quo redactus esset, cogitans turbatur: præsertim cum a patre, ad quem salutandum accedebat, repelleretur, et fratricida atque insidiator vocaretur, quarum rerum auditorem et judicem postridie Varum fore. Cum in totis malis abiret, occurrunt ei mater et uxor, filia Antigoni, ejus qui ante Herodem regnavit; e quibus tanto negotio cognito, se ad judicium parabat. Postridie Herodes et Varus consederunt, convenerunt utriusque amici, et cognati Herodis, et consiliorum Antipatri indices, et materni servi Antipatri, **257** epistolam mulieris ferentes, qua filium monebat, ne rediret, patrem enim rescisse omnia, et unum ei confugium superesse Cæsarem: caveret, ne in patris manus incideret. Cum autem Antipater supplex ante patrem procubuisset, obtestans, ut se audito demum sententiam ferret: Herodes eum in medium produci jubet, ipse filiorum in se scelus et senectutem suam deplorat, quæ in Antipatrum impegisset. Ac se mirari dixit, quo consilio talia facinora suscepisset Antipater, qui et successor in testamento scriptus esset, et se vivente posset omnia: ac tanta beneficia sic remuneraretur, ut cognatos ad cædem suam instigaret. Hæc dicenti lacrymæ eruperunt. Nicolaus vero Damascenus jussu regis Antipatrum accusavit, cunctis ordine commemoratis: sed et alii multi ultro in illum orationes habuerunt. Varus, postquam Nicolaus peroraverat, Antipatrum se defendere jussit. Ille vero pronus humi jacens, Deum invocabat, ut suam innocentiam testaretur. Cum autem nihil præter Dei obtestationem afferret, venenum in medium afferri, et cuidam capitis condemnato dari jussit; qui eo epoto, statim exanimis concidit. Quo facto, Varus surrexit, et e concilio abiit. Herodes vero statim vinxit Antipatrum, et Romam ad Cæsarem de eo scripsit.

ΚΕ'. Ἑάλω δὲ τότε καὶ ἐπιστόλιον, ὑπ' Ἀντιφίλου D σταλὲν πρὸς Ἀντίπατρον, φράζον· *Ἔπεμψά σοι τὴν παρὰ Ἀκμῆς ἐπιστολὴν, μὴ φεισάμενος τῆς ἐμῆς ψυχῆς. Οἶσθα γὰρ ὅτι αὖθις* (50) *κινδυνεύω ὑπὸ δύο οἰκιῶν, εἰ γνωσθείην. Σὺ δ' εὐτυχοίης περὶ τὸ πρᾶγμα.* Ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ τὴν ἑτέραν ἐζήτει ἐπιστολὴν, καὶ ὁ τοῦ Ἀντιφίλου δοῦλος μὴ λαβεῖν ἑτέραν ἀπισχυρίζετο. Ἰδὼν δέ τις τὸν ἐντὸς τοῦ δούλου χιτῶνα ὑπεῤῥαμμένον, εἴκασεν ἐκεῖ κεκρύφθαι τὸ γραμμάτιον, καὶ εἶχεν οὕτως. Λαμβά-

XXV. Interceptum est eodem tempore epistolium, ab Antiphilo ad Antipatrum missum, in hanc sententiam: *Misi tibi Acmes epistolam, vitæ meæ nulla ratione habita. Nosti enim, mihi, si deprehensus fuero, a duabus familiis imminere periculum. Tibi, quod agis, velim bene vertat.* Rege alteram Antiphili epistolam requirente, servus illius negabat se alteram accepisse. Sed quidam conspicatus servi tunicam subsutam, illic latere epistolium recte conjectavit, quod ita habebat: *Acme*

Variæ lectiones et notæ.

(49) *Ὡς πάντων τῷ πατρὶ πιστῶν ἡγουμένων.* Josephus: ὡς πάντων τῷ πατρὶ ἡκόντων εἰς πίστιν. Sed apud Josephum puto legendum πύστιν per υ, a πυνθάνομαι, in Zonara ἐκπύστων γενομένων. W.

(50) *Οἶσθα γὰρ ὅτι αὖθις*, etc. Abest hoc comma a cod. Colb. Sequitur σὺ δ' εὐτυχοίης.

Antipatro. Scripsi patri tuo litteras quales voluisti : et exemplum litterarum, quas Salome ad dominam meam scripserit, misi : qua lecta, scio ei Salomen pœnas daturam. Epistola vero ad Herodem hujusmodi fuit : *Cum in eo elaborem, ne quid earum rerum quæ contra te parantur, ignores : Salomes epistolæ ad dominam meam contra te scriptæ* 258 *exemplum tibi misi, cum periculo meo, fructuque tuo.* Erat autem Acme Judæa genere, sed Liviæ Cæsaris uxori serviebat : et illa agebat, magna pecunia ab Antipatro conducta. Herodes etsi concitatus erat ad Antipatrum statim tollendum, ut magnarum rerum perturbatorem, et a Salome irritabatur, quæ pectus tunderet, seque occidi juberet, si quod argumentum fide dignum contra se deprehenderetur : tamen se repressit, et filium accersitum, nihil metuentem respondere jussit. Qui cum omnem culpam in Antiphilum conferret, ab Herode denuo per litteras apud Cæsarem accusatur, etiam Acmes fraudibus detectis, et exemplis litterarum illius adjectis. Interea rex morbo oppressus, testamentum scripsit, in quo filio natu minimo regnum reliquit, Archelao et Philippo ex Antipatri calumniis infensus. Et longiore vita desperata, cum annum septuagesimum ageret, seque contemni, ac suis infortuniis lætari omnes putaret, efferatus est hujusmodi occasione. Herodes cum multa contra legem fecisset, inter alia in magno templi vestibulo auream aquilam dedicarat, lege imagines hominum aut animantium dedicari vetante. Eam aquilam Judas et Matthias Judæorum doctissimi, et plebi ob adolescentum institutionem charissimi, revelli jusserunt. Nam etsi periculum ex eo alicui crearetur, tamen beatum esse, qui pro defensione legum interiret. Cum hujusmodi sermones adolescentum auribus insusurrarent, rumor oritur de regis obitu : aquila sub meridiem revellitur, securibus conciditur. Comprehenduntur multi adolescentes, et Judas ac Matthias facinoris auctores, et quasi lanistæ : ac ad Herodem perducti rogantur, an ausi fuerint suum donarium revellere ? Illi respondent, *factum esse : neque vero mirandum, si Mosis leges, divinitus edocti, ipsius decretis anteferrent.* Eos igitur vinctos Hierichuntem misit : et primoribus Judæorum accersitis, in lectulo recubans, suorum beneficiorum et templi ædificati memoriam refricuit, exclamans, sibi adhuc viventi contumeliam fieri detractis suis donariis, ac populum, dum sibi insultare studeat, sacrilegio se obstringere. At illi crudelitatem 259 ejus veriti, eos qui id ausi essent, supplicium esse meritos dixerunt. Rex cæteris clementius tractatis, pontificatum Matthiæ ademptum Jozato suæ conjugis fratri dedit, Matthiam seditionis auctorem et quosdam ex seditiosis viventes cremavit.

A νουσιν οὖν τὴν ἐπιστολὴν, δηλοῦσαν ὡς Ἀκμὴ Ἀντιπάτρῳ (51). *Ἔγραψα τῷ πατρί σου οἵαν ἤθελες ἐπιστολήν. Καὶ ἀντίγραφον ποιήσασα τῆς πρὸς τὴν ἐμὴν κυρίαν, ὡς παρὰ Σαλώμης ἐσταλμένης, ἔπεμψα· ὃ ἐπελθὼν οἶδα ὡς τιμωρήσεται Σαλώμην.* Ἡ δὲ πρὸς Ἡρώδην ἐπιστολὴ τοιάδε ἦν· *Ἔργον ἐγὼ ποιουμένη μηδέν σε λανθάνειν τῶν κατὰ σοῦ γενομένων, εὑροῦσα ἐπιστολὴν Σαλώμης πρὸς τὴν ἐμὴν κυρίαν κατὰ σοῦ, τὸ ἀντίγραφόν σοι αὐτῆς ἔστειλα ἐπικινδύνως ἐμοὶ, ὠφελίμως δὲ σοί.* Ἦν δὲ ἡ Ἀκμὴ Ἰουδαία τὸ γένος, ἐδούλευε δὲ Λιβίᾳ (52) τῇ Καίσαρος γυναικί· καὶ ἔπρασσε ταῦτα, χρήμασι πολλοῖς ὠνηθεῖσα ὑπ' Ἀντιπάτρου. Ἡρώδης δὲ ὥρμησε μὲν εὐθὺς ἀνελεῖν τὸν Ἀντίπατρον, ὡς κύκηθρον μεγάλων πραγμάτων· ἐξώτρυνε δὲ αὐτὸν B ἡ Σαλώμη στερνοτυπουμένη, καὶ κτείνειν αὐτὴν ἀξιοῦσα, εἰ εὕροι πίστιν τινὰ ἐπὶ τοῖς κατ' αὐτῆς ἀξιόχρεων. Κατασχὼν δ' ἑαυτὸν, μετεπέμψατο τὸν υἱὸν, κελεύων ἀντειπεῖν μηδὲν ὑπιδόμενον. Ὁ δὲ Ἀντιφίλῳ τὴν πάντων αἰτίαν ἀνετίθει. Ἡρώδης δ' αὖθις γράμματα πρὸς Καίσαρα ἔστειλεν ἐπὶ κατηγορίᾳ τοῦ Ἀντιπάτρου, δηλοῦντα καὶ ὅσα ἡ Ἀκμὴ συγκακουργήσασα εὕρητο· ἔστειλε δὲ καὶ τῶν ἐκείνης ἐπιστολῶν τὰ ἀντίγραφα. Εἰς νόσον δὲ μεταξὺ ὁ βασιλεὺς ἐμπεσὼν, διαθήκας γράφει, τῷ νεωτάτῳ τῶν υἱῶν τὴν βασιλείαν διδοὺς, μίσει τῷ πρὸς Ἀρχέλαον καὶ Φίλιππον ἐκ τῶν Ἀντιπάτρου διαβολῶν. Ἀπεγνωκὼς δὲ βιῶναι, ἔτι περὶ ἔτος ὢν ἑβδομηκοστὸν, ἐξηγρίωτο· αἴτιον δ' ἦν ὅτι καταφρονεῖσθαι ἐδόκει, καὶ ἥδεσθαι πάντας ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ δυστυχήμασιν. C Εἰς τοῦτο δ' ἐκ τοιοῦδε παρώρμητο. Πολλὰ παρὰ τὸν νόμον Ἡρώδῃ πεποίηντο, ὧν ἓν ἦν καὶ ὁ παρὰ τὸν μέγαν τοῦ ναοῦ πυλῶνα ἀνατεθεὶς χρυσοῦς ἀετός. Κωλύει δὲ ὁ νόμος εἰκόνων ἀναθέσεις ἢ ζώων ἐπιτηδεύεσθαι. Τοῦτον τὸν ἀετὸν Ἰούδας καὶ Ματθίας Ἰουδαίων λογιώτατοι, καὶ δήμῳ προσφιλεῖς διὰ παιδείαν τῶν νεωτέρων, ἐκέλευον κατασπᾶν. Κἂν γάρ τινι κίνδυνος διὰ τοῦτο γένηται, ἔλεγον· Μακάριός ἐστιν ἐκεῖνος ὑπὲρ τῶν νόμων θανούμενος. Τοιούτοις οὖν λόγοις ἐπαλειφόντων τὴν νεότητα, γίνεται λόγος τεθνάναι τὸν βασιλέα. Καὶ αὐτίκα μεσούσης ἡμέρας κατέσπων τὸν ἀετὸν, καὶ συνέκοπτον τοῖς πελέκεσι. Συλλαμβάνονται τοίνυν καὶ τῶν νέων πολλοὶ, καὶ Ἰούδας καὶ Ματθίας οἱ D τοῦ τολμήματος εἰσηγηταὶ, καὶ ἀλεῖπται τῶν τοῦτο ἐργασαμένων, καὶ ἀνήχθησαν πρὸς Ἡρώδην. Ὁ δὲ ἤρετο, εἰ ἐτόλμησαν καθελεῖν αὐτοῦ τὸ ἀνάθημα. Καὶ οἱ ἄνδρες, *Πέπρακται*, εἶπον, *καὶ θαυμάζειν οὐ χρὴ, εἰ τῶν σῶν δογμάτων τοὺς νόμους, οὓς Μωσῆς ἡμῖν καταλέλοιπεν ἐκ Θεοῦ διδαχθεὶς, προτιμώμεθα.* Τοὺς μὲν οὖν δεδεμένους ἔπεμψεν εἰς Ἱεριχώ· καλέσας δὲ τοὺς ἐν τέλει τῶν Ἰουδαίων κατακεκλιμένος ἐν κλινιδίῳ, τῶν εἰς αὐτοὺς εὐποιιῶν ἀνεμίμνησκε, καὶ τῆς δομήσεως τοῦ ναοῦ, καὶ κατεβόα, ὅτι καὶ ἔτι ζῶντα ἐξυβρίζοιεν, καθαιροῦντες

Variæ lectiones et notæ.

(51) Ἀκμὴ Ἀντιπάτρῳ. Desunt hæc verba in cod. Colb.

(52) *Λιβίᾳ.* Ita restituit Wolfius : perperam enim ms. omnes Ἰουλίᾳ.

τὰ αὐτοῦ ἀναθήματα, ὡς δοκεῖν μὲν αὐτὸν ὑβρίζειν, κατὰ δέ γε τὸ ἀληθὲς ἱεροσυλεῖν. Οἱ δὲ, δεδιότες τὴν ἐκείνου ὠμότητα, τοὺς τοῦτο τολμήσαντας ἀξίους εἶναι κολάσεως ἔφασκον. Καὶ ὁ βασιλεὺς τοῖς μὲν ἄλλοις πρᾳότερον προσεφέρετο, Ματθίαν δὲ τὸν ἀρχιερέα τὴν τιμὴν ἀφελόμενος, ἕτερον εἰς τὸ ἱερᾶσθαι κατέστησεν, Ἰώζαρον ἀδελφὸν (53) τῆς αὐτοῦ γυναικός. Ματθίαν δὲ τὸν τὴν στάσιν ἐγείραντα, καί τινας τῶν στασιαζόντων κατέκαυσε ζῶντας.

ΚϚʹ. Ἡ μέν τοι νόσος ἐπὶ μᾶλλον ἐκείνῳ ἐνεπικραίνετο, δίκην ὧν παρηνόμησε τίνοντι. Πῦρ γὰρ μαλθακὸν τὰ ἐντὸς ἐκάκου αὐτοῦ, καὶ τῶν ἐντέρων ἦσαν ἑλκώσεις, καὶ μάλιστα τοῦ κώλου ἀλγήματα, καὶ φλέγμα περὶ τοὺς πόδας ὑγρόν τε καὶ διαυγὲς, τοῦ ἤτρου τε κάκωσις, καὶ τοῦ αἰδοίου σῆψις γεννῶσα σκώληκας, καὶ ἐπὶ τούτοις ὀρθόπνοια, τῇ τε ἀποφορᾷ ἀηδὴς καὶ τῷ τοῦ ἄσθματος συνεχεῖ, καὶ σπασμοὶ περὶ πᾶν αὐτοῦ μέλος ἐγίνοντο. Ὁ δὲ, καὶ οὕτω κακῶς διακείμενος, ἐν ἐλπίδι ζωῆς ἦν, οὐδὲ ἀποτετραμμένοις κεχρῆσθαι ἀπαναινόμενος (54). Περάσας δὲ καὶ τὸν Ἰορδάνην, τοῖς κατὰ Καλλιρρόην ἐχρῆτο θερμοῖς, ἃ σὺν τῇ λοιπῇ ἀρετῇ τυγχάνει καὶ πότιμα. Ἔνθα εἰς πύελον ἐλαίου πλέων παρὰ τῶν ἰατρῶν ἐμβληθεὶς, ἔδοξεν ἐκλιπεῖν. Ἀνενεχθεὶς δὲ εἰς Ἱεριχοῦντα κεκόμιστο, ἔνθα μέλαινα αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν ᾕρει χολή. Τελευτῶν δὲ ἀνοσίαν πρᾶξιν ἐπινοεῖ. Προστάγματι γὰρ αὐτοῦ ἐκ παντὸς τοῦ ἔθνους τῶν ἐντιμοτέρων ἀφικομένων ἐκεῖ, συγκλείσας πάντας ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ, τῇ ἀδελφῇ Σαλώμῃ καὶ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς Ἀλεξᾷ ἐνετέλλετο, ἐπὰν αὐτὸς ἀφῇ τὴν ψυχὴν, τοὺς καθειργμένους ἅπαντας ἀνελεῖν, *Ἵνα μὴ ἐφήδοιντό μου*, λέγων, *οἱ δῆμοι τῇ τελευτῇ, μηδ' ἐπικροτοῖεν, ἀλλ' ἑκάστων θρηνούντων τοὺς ἑαυτῶν οὕτως καὶ αὐτὸς δόξω θρηνεῖσθαι* (55), *καὶ πολλοῖς ἡ ἔξοδός μου τιμηθείη τοῖς δάκρυσι*. Καὶ ὁ μὲν ἐπέσκηπτε ταῦτα δακρύων καὶ ποτνιώμενος, οἱ δὲ μὴ παραβήσεσθαι τὴν ἐντολὴν ἐπηγγέλλοντο. Ἐν τούτοις γράμματα ὑπὸ τῶν ἐν Ῥώμῃ ἀπεσταλμένα κεκόμιστο, τήν τε Ἀχμὴν ἀνῃρημένην δηλοῦντα, καὶ τὰ περὶ τὸν Ἀντίπατρον τῇ τοῦ πατρὸς γνώμῃ ἀνατιθέμενα. Τούτων ἀκούσας Ἡρώδης ἥσθη, καὶ βραχύ τι ἀνήνεγκε. Τῶν δ' ἀλγηδόνων εἰς μέγα ἠρμένων, ἀπείχετο μὲν σιτίων· μῆλον δ' αἰτήσας, καὶ μάχαιραν, γνώμης ἦν ἑαυτὸν ἀναιρήσων, καὶ πέπραχεν ἂν τὸ ἐνθύμημα, εἰ μή τις αὐτοῦ προγνοὺς κατέσχε τὴν δεξιάν· καὶ μέγα ἀνακραγόντος, οἰμωγή τε ἦν καὶ θόρυβος μέγας, ὡς οἰχομένου τοῦ βασιλέως. Καὶ ὁ Ἀντίπατρος, ὡς ἤδη θανόντος, ἀνεθάρσησε, καὶ τῷ δεσμοφύλακι ἀφεῖναι αὐτὸν ἠξίου, μεγάλα ὑπισχνούμενος. Ὁ δὲ τῷ βασιλεῖ γνωρίζει τὴν ἐκείνου διάνοιαν· καὶ ὃς ἀνεβόησέ τε καὶ πέμπει τινὰς, τοὺς αὐτίκα κτενοῦντας αὐτόν. Μεταποιεῖ δὲ αὖθις τὰς διαθήκας, Ἀντίπᾳ μὲν τετραρχίαν διδοὺς, Γαλιλαίαν τε καὶ Περαίαν· Ἀρχελάῳ δ' ἀπονέμων τὴν βασιλείαν· τὴν δὲ Γαυλανῖτιν

XXVI. Enimvero morbus exasperabatur, ut pœnas scelerum daret; ignis enim lentus ejus viscera torrebat : intestina exulcerata erant; in primis coli doloribus cruciabatur, et pituita mollis ac pellucida pedes vexabat. Accedebat imi ventris dolor, et pudendorum putredo vermibus scatens : necnon orthopnœa, et fœtor teter, et crebrum anhelitum convulsiones omnium membrorum comitabantur. Etsi autem in tantis malis versabatur, tamen vitæ spem alebat, nec ab ullo medicamenti genere abhorrebat. Itaque Jordane trajecto, calidis aquis Callirrhoes usus est, quæ præter cæteras virtutes etiam potui sunt. Ibi a medicis in alveum oleo plenum injectus, animam agere visus est. Sed recepto spiritu Hierichuntem perlatum, ad cætera mala atra bilis accessit. Moriturus nefarium consilium capit. Nam cum totius gentis primores edicto convocasset, omnes in Hippodromo conclusit : et sorori Salomæ, ac ejus marito Alexæ mandavit, ubi animam exhalarit, ut eos omnes tollerent : *Ne*, inquit, *populi meam mortem sibi gratulentur, neve applaudant : sed singulis suos deplorantibus, ipse quoque deplorari videar, et obitus meus multis lacrymis honoretur*. Quæ cum flens et Deum obtestans diceret, illi se mandatum non neglecturos pollicentur. Interea litteræ Roma afferuntur, quibus certior reddebatur, Acmen esse interfectam, et negotium Antipatri patris arbitrio permitti. Quibus Herodes lætatus est, et nonnihil recreatus. Sed doloribus in immensum auctis, cibo abstinuit : ac malo et cultello petito, in animo habuit semetipsum occidere. Ac fecisset, nisi quidam animadverso consilio, dexteram ejus inhibuisset : qui cum exclamasset, gemitus et tumultus magnus fuit, quasi rege mortuo. Eaque spe Antipater animis receptis, a carceris custode, magnis muneribus promissis, petiit se dimitti. Quo indicato, rex exclamavit, ac **260** statim spiculatoribus missis qui illum interficerent, testamentum denuo mutavit, Antipæ tetrarchia Galilææ et Perææ legata, Archelao regno assignato; Philippo filio Archelai fratri tetrarchia Gaulanitidis, Trachonitidis, Batanææ, et Paneadis concessa; Jamniam vero, Azotum et Phasaelidem Salomæ sorori donavit. His actis, ac Cæsari et uxoris ejus Liviæ muneribus multorum talentum relictis, quinto post occisum Antipatrum

Variæ lectiones et notæ.

(53) *Ἰώζαρον ἀδελφὸν τῆς αὐτοῦ γυναικός.* Josephus ἀδελφὸν γυναικὸς τῆς αὐτοῦ. Ambiguum est utrum Jozari sororem in matrimonio habuerit Herodes an Matthias. W.

(54) *Οὐδὲ ἀποτετραμμένοις κεχρῆσθαι ἀπαναινόμενος.* Josephus habet : Ὁπόσα ἀρωγὰ ὑπαγορεύσειαν χρῆσθαι ἀποτετραμμένος, *quæ medici profutura dicerent, ab eorum usu non abhorrebat*. Verba Zonaræ Wolfio mendosa videntur, tametsi ita etiam præferant tres mss. Regii et Colberteus : Ἀποτετραμμένος et ἀπαναινόμενος, idem fere significant: sed si lectio non fallit, inquit ille, ἀποτετραμμένοις posuit Zonaras pro ἀπειρημένοις, *remediis interdictis*.

(55) *Δόξω θρηνεῖσθαι*. Ms. Δόξῃ.

die obiit. Regnavit post sublatum Antigonum annos IV et XXX, postquam a Romanis rex appellatus fuerat, XXXVII. Salome vero et Alexas, priusquam ejus mors vulgo innotesceret, eos qui in Hippodromo conclusi erant, emittunt, dicentes: regem jubere, ut in agros egressi, rebus suis fruantur, idque summum eorum in gentem beneficium exstitit. Deinde regis obitu publicato, lectum est testamentum, quod Archelao regnum assignabat. Ptolemæus vero, cui sigillum regis erat creditum, negavit id nisi Cæsaris auctoritate ratum fore. Tum statim sublato clamore Archelaus rex est salutatus, post regi funus magnifice factum. Atque ita Herodes naturæ debitum exsolvit.

καὶ Τραχωνῖτιν καὶ Βαταναίαν καὶ Πανιάδα· Φιλίππῳ παιδὶ μὲν αὐτοῦ, Ἀρχελάου δὲ ἀδελφῷ, τετραρχίαν ἀποκληρῶν· Ἰάμνειαν δὲ καὶ Ἄζωτον καὶ Φασαηλίδα Σαλώμῃ τῇ ἀδελφῇ χαριζόμενος. Ταῦτα πράξας, καὶ Καίσαρι καὶ τῇ ἐκείνου γαμετῇ Λιουίᾳ δωρεὰς πολυταλάντους καταλιπών, ἡμέρᾳ πέμπτῃ μεθ' Ἀντίπατρον κτεῖναι, τελευτᾷ, βασιλεύσας μεθ' ὃν ἀνεῖλεν Ἀντίγονον ἔτη τέσσαρα καὶ τριάκοντα, μεθ' ὃ δ' ὑπὸ Ῥωμαίων ἀποδέδεικτο βασιλεὺς ἑπτὰ καὶ τριάκοντα. Σαλώμη δὲ καὶ Ἀλεξᾶς, πρὶν ἔκπυστον γενέσθαι τὸν αὐτοῦ θάνατον, τοὺς ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ κατακεκλεισμένους ἐκπέμπουσι, λέγοντες τὸν βασιλέα κελεύειν ἀπιοῦσιν αὐτοῖς ἐπὶ τοὺς ἀγροὺς νέμεσθαι τὰ οἰκεῖα. Καὶ μεγίστη αὕτη εὐεργεσία παρ' αὐτῶν εἰς τὸ ἔθνος ἐγένετο. Εἶτα ὁ θάνατος τοῦ βασιλέως ἐδημοσιεύετο, καὶ αἱ διαθῆκαι ἀνεγινώσκοντο τὴν βασιλείαν ἀποκληροῦσαι τῷ υἱῷ Ἀρχελάῳ. Πτολεμαῖος δὲ, τὸν σημαντῆρα τοῦ βασιλέως πεπιστευμένος δακτύλιον, οὐκ ἄλλως ἔλεγε κυροῦσθαι τὰς διαθήκας ἢ διὰ Καίσαρος. Βοὴ δ' εὐθὺς ἦν εὐφημούντων Ἀρχέλαον βασιλέα καὶ ἐπὶ τούτοις ἡ τοῦ βασιλέως ἐκφορὰ ἐτελεῖτο πολυτελής. Καὶ ὁ Ἡρώδης μὲν οὕτως ἀπέτισε τὸ χρεών.

LIBER SEXTUS.

I. Archelaus vero cum lætis acclamationibus in templum ascendit, et in solio aureo considens, populum humaniter est allocutus; sed coronam regiam a militibus accipere recusavit, ni Cæsar prius testamentum patris confirmasset, factaque re divina convivium celebravit. Cæterum Judæi quidam congressi, Matthiam et cæteros ob revulsam auream aquilam ab Herode suppliciis affectos lamentati sunt cum magno ejulatu, et, conciliabulo indicto, ab Archelao postularunt, ut punitis iis qui apud Herodem auctoritate valuissent, necem illorum ulcisceretur, ac in primis pontifici sacerdotium abrogaret, et alium secundum leges crearet, eo honore digniorem. Annuit Archelaus, ad impetum eorum reprimendum, quanquam moleste ferens: ac per præfectum militum populo dici jussit ea nunc intempestiva esse, 261 ac tum rectius actum iri, cum sibi regnum Cæsaris auctoritate confirmatum esset. Sed illi vociferantes et tumultuantes, neque ducem neque alium quemquam dicere quidquam passi sunt, quod ad castigationem et seditionis repressionem pertineret; atque in festo Azymorum magna multitudo in templum confluxit, seditionis amplificandæ studiosa. Qua territus Archelaus, tribunum cum cohorte misit, ad populi motum sedandum. Verum seditiosi, impetu in milites facto, plerosque lapidibus obruerunt, pauci admodum et tribunus vulnerati effugerunt. Cum igitur perspiceret, nisi populus concitatus reprimeretur, magnum e seditione malum oriturum, misit omnem exercitum, a quo tribus circiter millibus cæsis, cæteri dissipati in montes confugerunt, et ex regis edicto festivitate omissa, ad sua quique redierunt. Archelaus vero cum matre et Herodis sorore Salome Romam abiit, summa rerum interea Philippi

Α'. Ἀρχέλαος δὲ, εἰς τὸ ἱερὸν ἀνελθὼν, καὶ εὐφημηθεὶς, ἐπὶ θρόνου τε καθίσας χρυσοῦ, ἐδεξιοῦτο τὸ πλῆθος. Τοῦ μέντοι στρατεύματος καὶ τὸ διάδημα περιτιθέντος αὐτῷ, οὐκ ἐδέξατο, εἰ μὴ πρότερον Καῖσαρ τὰς πατρικὰς διαθήκας ἐπικυρώσει, καὶ θύσας ἐπ' εὐωχίαν ἐτράπετο. Συνελθόντες οὖν τῶν Ἰουδαίων τινὲς, Ματθίαν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ κολασθέντας ὑπὸ Ἡρώδου διὰ τὴν τοῦ χρυσοῦ ἀετοῦ κατάσπασιν, ὠλοφύροντο, ἐπὶ μέγα τὴν οἰμωγὴν αἴροντες· συνόδου τε αὐτοῖς γενομένης, ἠξίουν τοὺς ὑφ' Ἡρώδου τιμωμένους κολάσαντα τὸν Ἀρχέλαον, ἐκδικῆσαι τοὺς τεθνεῶτας, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων τὸν Ἀρχιερέα παῦσαι, ἕτερόν τε καταστήσασθαι νομιμώτερον. Τούτοις Ἀρχέλαος καίπερ ἀχθόμενος, τὴν ὁρμὴν αὐτῶν ἐπέχων, ἐπένευε· καὶ τὸν στρατηγὸν τῷ πλήθει διαλεξόμενον ἔστειλεν, ὡς οὐ νῦν τούτων καιρὸς, ἀλλ' ὅτε αὐτῷ ἡ ἀρχὴ βεβαιωθῇ ἐπινεύσει τοῦ Καίσαρος. Οἱ δὲ, βοῶντες καὶ θορυβοῦντες, οὐκ εἴων λέγειν τὸν στρατηγὸν, οὐδέ τινα ἄλλον ἠνείχοντο, ἐπὶ σωφρονισμῷ καὶ ἀποτροπῇ τῶν στάσιν ὡρμημένων λέγειν αὐτοῖς. Ἀρτι δὲ τῆς τῶν Ἀζύμων ἑορτῆς ἐνεστηκυίας, καὶ πλήθους πάντοθεν συῤῥεύσαντος εἰς τὸ ἱερὸν, ἐπὶ μέγα τὴν στάσιν ἐξᾶραι προεθυμοῦντο. Ὃ δείσας Ἀρχέλαος, χιλίαρχον μετὰ σπείρας ἐξέπεμψε, τὴν ὁρμὴν καταστελοῦντα τοῦ δήμου τοῦ στασιάζοντος. Καὶ οἱ στασιασταὶ παραχρῆμα ἐπὶ τοὺς στρατιώτας ὡρμήκασι, καὶ κατέλευσαν τοὺς πλείστους αὐτῶν, ὀλίγοι δέ τινες καὶ ὁ χιλίαρχος τραυματίαι διέφυγον. Ἀρχέλαος δὲ, συνιδὼν ὡς, εἰ μὴ τὸ τῆς πληθύος ὅρμημα κωλυθῇ, εἰς μέγα κακὸν τὰ τῆς στάσεως ἀποβήσεται, ἐκπέμπει πᾶν τὸ στρατόπεδον καὶ εἰς μὲν τρισχιλίους ἀνῃρέθησαν, οἱ δέ γε λοιποὶ ἐπὶ τὰ ὄρη διεσκεδάσθησαν, καὶ κήρυγμα γέγονε πάντας ἀναχωρεῖν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα· οἱ δὲ, τὴν ἑορτὴν λιπόντες, ἀπῄεσαν.

Ἀρχέλαος δὲ ἐπὶ Ῥώμην ἐξέπλει σὺν τῇ μητρί, A Φιλίππῳ τῷ ἀδελφῷ πιστεύσας τὰ πράγματα· συνεξῄει δὲ αὐτῷ καὶ Σαλώμη ἡ ἀδελφὴ Ἡρώδου. Καὶ Ἀντίπας δὲ ὁ Ἡρώδου υἱὸς ἑτέρωθεν ἐπὶ Ῥώμην ὥρμητο, καὶ αὐτὸς τῆς βασιλείας ἀντιληψόμενος, ὡς ἐν προτέραις διαθήκαις καταγεγραμμένης αὐτῷ· ἐπτέρου δὲ τοῦτον πρὸς τὰς ἐλπίδας Σαλώμη. Ἐπεὶ δὲ εἰς Ῥώμην ἀφίκοντο, καὶ παρέστησαν Καίσαρι, οἱ μὲν ὑπὲρ Ἀρχελάου τοὺς λόγους πεποίηντο, οἱ δὲ ὑπὲρ Ἀντίπα, τοῦ Ἀρχελάου κατηγοροῦντες. Καῖσαρ δὲ μᾶλλον ὑπὲρ Ἀρχελάου ῥοπὴν ἐδείκνυ. Ἐν τούτοις δὲ ἀγγέλλεται Καίσαρι τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος στασιάσαν, καὶ τοὺς ἐκεῖ Ῥωμαίους πολιορκοῦν. Κατὰ γὰρ τὴν τῆς Πεντηκοστῆς ἑορτὴν μυριάδων πολλῶν συναθροισθεισῶν πανταχόθεν, ὑπ' αὐτῶν οἱ Ῥωμαῖοι συγκατεκλείσθησαν, καὶ αὐτὸς Σαβῖνος (στρατηγὸς B δὲ ἦν οὗτος Ῥωμαίων) καὶ μάχη ἦν καρτερά, καὶ οἱ Ῥωμαῖοι ἐκράτουν. Περιοδεύσαντες οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, ἐπὶ τὰς στοὰς ἀνῆλθον τὰς ἔξω τοῦ ἱεροῦ, κἀντεῦθεν ἐξ ὑπερδεξίων βάλλοντες, μεγάλα ἔβλαπτον τοὺς Ῥωμαίους. Οἱ δὲ πῦρ ταῖς στοαῖς ἐνιᾶσι, καὶ τοῦτο ὑπέτρεφον ὕλαις, ἐγείρειν φλόγα πεφυκυίαις· καὶ ταχὺ ἥπτετο τοῦ ὀρόφου· καὶ οἱ ἐπὶ τῶν στοῶν οἱ μὲν τῷ ὀρόφῳ καταῤῥηγνυμένῳ συγκατεφέροντο, τοὺς δὲ περισταδὸν ἔβαλλον οἱ πολέμιοι, οἱ δὲ εἰς τὸ πῦρ ἐνίεσαν ἑαυτούς, οἱ δὲ τοῖς ἑαυτῶν ἐκτείνοντο ξίφεσιν, ἐσώθη τε τῶν ἐν ταῖς στοαῖς ἀνελθόντων οὐδ' ὁστισοῦν. Καὶ οἱ Ῥωμαῖοι ἐκράτουν τοῦ ἱεροῦ θησαυροῦ· καὶ πολλὰ μὲν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν διήρπαστο, Σαβῖνος δὲ εἰς τὸ φανερὸν τριακόσια C περιέσωσε τάλαντα. Οἵ γε μὴν περιλελειμμένοι τῶν μαχομένων, τὸ βασίλειον περισχόντες, πῦρ ἐμβαλεῖν αὐτῷ ἠπείλουν, καὶ ἅπαντας κτεῖναι· εἰ δ' ἀπίοιεν, ἄδειαν τοῖς Ῥωμαίοις ἐπηγγέλλοντο, καὶ Σαβίνῳ, καὶ πολλοὶ τῶν βασιλικῶν πρὸς αὐτοὺς ηὐτομόλησαν. Ῥοῦφος δὲ καὶ Γράτος, τρισχιλίους τοῦ Ἡρώδου στρατεύματος ἔχοντες ἄνδρας ἐῤῥωμένους τοῖς σώμασι, Ῥωμαίοις προστίθενται. Ἰουδαῖοι δὲ οὐ μεθίεντο τῆς πολιορκίας, καὶ Σαβῖνος ἐκαρτέρει πολιορκούμενος. Ἐπὶ τούτοις καὶ ἕτεροι θόρυβοι τὴν Ἰουδαίαν κατέλαβον. Ἰούδας γὰρ Ἐζεκίου τοῦ ἀρχιληστοῦ υἱός, τοῦ ὑφ' Ἡρώδου μεγάλοις ληφθέντος πόνοις, συστησάμενος πλῆθος, τῷ περὶ Σέπφωριν τῆς Γαλιλαίας ἐπέδραμε βασιλείῳ, καὶ τῶν ἐκεῖ κρατήσας ὅπλων, ὥπλισε τοὺς περὶ αὐτόν, φοβερός D τε ἅπασιν ἦν. Ἀλλὰ καὶ Σίμων δοῦλος μὲν Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, ἀνὴρ δ' εὐπρεπής, καὶ μεγέθει σώματος καὶ ῥώμῃ προὔχων, ἀρθεὶς τῇ ταραχῇ τῶν πραγμάτων, ἐτόλμησε περιθέσθαι διάδημα. Καὶ πλήθους συστάντος περὶ αὐτόν, βασιλεὺς καὶ αὐτὸς ἀναῤῥηθείς, τὸ ἐν Ἱεριχοῦντι βασίλειον πίμπρησι, καὶ ἄλλους δὲ τῶν βασιλικῶν οἴκων, διαρπάσας τὰ ἐν αὐτοῖς. Ἀλλὰ τούτῳ Γράτος μάχην συνάψας, τό τε πολὺ τοῦ μετ' αὐτοῦ πλήθους διέφθειρε, καὶ αὐτοῦ τοῦ Σίμωνος τὴν κεφαλὴν κρατήσας ἀπέτεμε. Καὶ ἄλλοι δὲ στασιασταὶ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἐγένοντο, κακοῦντες καὶ Ῥωμαίους καὶ τοὺς βασιλικούς.

A fratris fidei commissa. Alia ex parte Antipas Herodis filius eodem contendebat, regnum et ipse vindicaturus, ut quod sibi ex priore testamento deberetur: eam spem ejus Salome incitante. Cum in urbem venissent, aliis Archelao, aliis Antipæ patrocinantibus, Cæsar suffragium pro Archelao tulit. Dum hæc geruntur, Judæorum seditio nuntiatur. Nam in festo Pentecostes multis millibus undique congregatis, Romani cum prætore Sabino sunt obsessi; et acri pugna commissa vicerunt. Judæi vero porticibus, quæ extra templum sunt, occupatis, et inde telis ex superiore loco conjectis, multum Romanis nocuerunt. At illi ignem porticibus injecerunt, eumque materia aluerunt, quæ flammam excitare posset. Ea celeriter in B altum elata, alii una cum tectis corruerunt, alios hostes circumfusi jaculis confecerunt, alii se in ignem conjecerunt, alii in suos enses incubuerunt: nemo denique ex iis qui porticus conscenderant, evasit. Romani autem sacro thesauro sunt potiti: et quanquam magna pecunia direpta a militibus, Sabinus tamen ccc talenta conservata in apertum protulit. Sed qui ex pugnantibus superfuere, regiam circumdederunt, **262** eam se crematuros esse minati, atque omnes occisuros: sin abirent, impunitatem Romanis et Sabino pollicebantur, ac multi regii satellites ad illos defecerunt. Rufus autem et Gratus, qui tria millia ex Herodis exercitu virorum robustorum habebant, ad Romanos C se contulere: nec tamen obsidionem Judæi solverunt, quam Sabinus fortiter toleravit. Præter hæc alii quoque tumultus orti sunt. Nam Judas Ezechiæ latronum ducis filius, quem Herodes ægre ceperat, in Galilææ regiam juxta Sephorim facto impetu, armis quæ ibi erant suos instruxit, et omnibus fuit formidabilis. Sed et Simon Herodis regis servus, cæterum vir pulcher, et magnitudine et robore corporis præcellens, rerum turbis impulsus, diadema sumere ausus, multitudinis concursu et ipse rex appellatus, Hierichuntiam et alias multas domos regias incendit atque diripuit. Verum Gratus prælio commisso, plerosque cecidit, ipsiusque Simonis caput amputavit. Atque alii quoque illo tempore seditionibus motis, et regios et Romanos D infestarunt.

Β'. Οὔαρος δέ, ἐν Συρίᾳ μαθὼν τὰ κατὰ τὸν Σαβῖνον, ἠπείγετο τοῖς ἐν Ἰουδαίᾳ πολιορκουμένοις ἀλέξασθαι. Ἀθροισθείσης δὲ ἐν Πτολεμαΐδι τῆς αὐτοῦ δυνάμεως πάσης, μέρος τι ταύτης τῷ υἱῷ παραδούς, Γαλιλαίοις ἐξέπεμψε πολεμεῖν· ὃς συμβαλὼν ἐκείνοις, ἐκράτησεν. Οὔαρος δέ, τῷ λοιπῷ τοῦ στρατεύματος προσιὼν εἰς Ἱεροσόλυμα, εἰς δειλίαν τοὺς

II. Varus autem cum in Syria audivisset, quo loco res Sabini essent, opem obsessis in Judæa ferre maturabat, et omnibus legionibus suis Ptolemaide coactis, filium cum parte ad bellum in Galilæa gerendum ablegavit, eoque victoriam adepto cum reliquo exercitu Hierosolyma profectus, Judæis terrorem incussit, ut omissa obsi-

dione abirent. Hierosolymitani vero a Varo ob bellum factum accusati, responderunt, populi conventum ob festivitatem esse factum, bellum vero ab advenis esse excitatum. Itaque Varus militibus in agros missis, auctores seditionis inquisivit: et nonnullis repertis, ad II millia in cruces egit. Sed et alii circiter decies mille Varo contra eos ducenti se dediderunt, quorum principibus Romam missis, Herodis duntaxat cognati qui cum seditiosis militarant, suppliciis affecti sunt. Post hæc Judæorum legati Romam profecti sunt, qui indicto a Cæsare concilio, Judæorum circiter VIII millibus qui Romæ degebant, suffragantibus libertatem postularunt: et ad iniquitatis Herodianæ accusationem conversi, **263** eum non regem, sed tyrannum vocabant: nam cum Judaica gens sæpe graviter afflicta esset, nullas tamen ærumnas cum iis esse conferendas, quas sub illo tolerassent. Cum autem Archelaum, quem rerum potitum Herode moderatiorem fore putassent, cupide regem appellassent: eum veritum, ne non germanus Herodis filius haberetur, si mitiorem Judæis se præberet, trium millium virorum cædem in templo edidisse, idque regno a Cæsare nondum confirmato. His dictis petierunt, ut regno et id genus imperiis liberati, et Syriæ attributi, Romanorum prætoribus eo mitti solitis, parere juberentur. Quæ cum Judæi postularent, Archelai patroni, utriusque regis, tam patris quam filii, defensione suscepta, et objectis criminibus refutatis, Judæis seditiones novarumque rerum studium objecerunt. Cæsar autem Archelaum non declaravit regem, sed paterni principatus semisse concesso, pollicitus est, si bene imperaret, se eum etiam regem appellaturum esse. Fuit autem proventus ditionis illi attributæ DC talentum: alterum semissem, in duas partes divisum, Antipæ et Philippo, aliis Herodis liberis, distribuit, unde hic C, ille CC talentum reditus percipiebat. Salomæ legata Herodis reliquit, et Ascalonem regiam attribuit, ex quibus omnibus LX talenta ad eam redibant. His ita ordinatis, Judæus quidam adolescens, quia Alexandro Herodis interfecto filio facie similis erat, ascito quodam populari suo, viro improbo et turbulento, Alexandrum Herodis filium se professus est. Nam cum quidam ad utrumque fratrem tollendum missi essent, alios esse interfectos, ipsos vero conservatos, et clam subductos asserebat. Qua oratione imponebat hominibus, et maxima pecunia sic coacta, Romam properavit. Cæsar vero, qui non temere deceptum esse Herodem crederet, Alexandro fictitio in conspectum adducto, non deceptus est: nam facie quidem similis erat Herodis Alexandro sed opere manuum factus asperior, et corpore rigidiore, non, ut ille, delicato et molli. Cæsare

A πολιορκοῦντας τῶν Ἰουδαίων ἐνέβαλε, καὶ λιπόντες τὴν πολιορκίαν ἡμίεργον, ᾤχοντο. Οὐάρου δὲ τοῖς Ἱεροσολυμίταις ἐγκαλοῦντος διὰ τὸν πόλεμον, ἐκεῖνοι τὴν τοῦ πλήθους σύνοδον διὰ τὴν ἑορτὴν ἔλεγον γεγονέναι, τὸν δὲ πόλεμον παρὰ τῶν ἐπηλύδων. Καὶ ὁ Οὔαρος, πέμψας κατὰ τὴν χώραν, ἐπεζήτει τοὺς αἰτίους τῆς στάσεως, καὶ εὑρὼν ἐνίους ἐκόλασε· δισχίλιοι γὰρ ἐσταυρώθησαν· καὶ ἕτεροι δὲ περὶ μυρίους Οὐάρῳ κατ' αὐτῶν ὡρμηκότι παρέδωκαν ἑαυτούς· ὁ δὲ πρὸς Καίσαρα πέμπει τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν· Καῖσαρ δὲ μόνους ἐκόλασεν, ὅσοι συγγενεῖς ὄντες Ἡρώδου συνεστράτευον τοῖς στασιασταῖς. Εἰς δὲ Ῥώμην ἐξ Ἰουδαίας πρέσβεις ἀφίκοντο, καὶ τοῦ Καίσαρος συστησαμένου συνέδριον, οἱ πρέσβεις συνισταμένους ἔχοντες τῶν ἐπὶ Ῥώμης Ἰουδαίων περὶ B ὀκτακισχιλίους, αὐτονομίαν ᾔτουν, καὶ ἐπὶ κατηγορίαν τῶν Ἡρώδη τρέπονται παρανομηθέντων· οὐ γὰρ βασιλέα, τύραννον δ' ἐκεῖνον ἐκάλουν. Πολλῶν γὰρ πολλάκις κακώσεων τῷ ἔθνει ἔφησαν συμβεβηκυιῶν, οὐδὲ μίαν ἐξισοῦσθαι ταῖς αὐτῷ ἐπενηνεγμέναις παρ' ἐκείνου κακώσεσιν. Οἰόμενοι οὖν πάντα τῆς βασιλείας κρατήσαντα Ἡρώδου ἔσεσθαι μετριώτερον, ἀσμένως τὸν Ἀρχέλαον προσειπεῖν βασιλέα. Ὁ δὲ, δείσας, ὥσπερ μὴ οὐχ Ἡρώδου νομίζοιτο παῖς, εἰ τοῖς Ἰουδαίοις ἠπιώτερος φαίνοιτο, τρισχιλίων ἀνδρῶν σφαγὴν κατὰ τὸ τέμενος ἐποιήσατο, καὶ ταῦτα μηδέπω σοῦ, Καῖσαρ, αὐτῷ τὴν ἀρχὴν βεβαιώσαντος. Καὶ ταῦτα λέγοντες, ἠξίουν βασιλείας καὶ τοιῶνδε ἀρχῶν ἀπηλλάχθαι, προσθήκην δὲ γεγονέναι Συρίας, καὶ τοῖς ἐκεῖ στελλομένοις C Ῥωμαίων στρατηγοῖς ὑποκεῖσθαι. Οἱ μὲν οὖν ταῦτα ᾐτοῦντο, οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀρχέλαον, ἀπολογούμενοι, τούς τε βασιλεῖς, τὸν πατέρα λέγω καὶ τὸν υἱὸν, τῶν ἐγκλημάτων ἀπέλυον, καὶ Ἰουδαίοις ἐπενεκάλουν στάσεις καὶ νεωτερισμούς. Ὁ μέντοι Καῖσαρ βασιλέα μὲν οὐκ ἀποδείκνυσι τὸν Ἀρχέλαον, τὸ δ' ἥμισυ δίδωσι τῆς πατρικῆς ἀρχῆς, ἐπαγγελλόμενος ὀνομάσειν καὶ βασιλέα, εἰ καλῶς ἄρχοι. Ἦν δὲ ὁ τῆς αὐτῷ νεμηθείσης χώρας δασμὸς ἐτήσιος ἑξακόσια τάλαντα. Τὴν δ' ἑτέραν ἡμίσειαν μοῖραν διχῇ διελὼν Ἀντίπᾳ καὶ Φιλίππῳ παισὶν ἑτέροις Ἡρώδου διένειμε· καὶ τῷ μὲν Ἀντίπᾳ ἡ νεμηθεῖσα χώρα εἰσφορὰν ἐποιεῖτο διακόσια τάλαντα, Φιλίππῳ δὲ ἡ παραδοθεῖσα μερὶς ἑκατὸν εἰσέφερε τάλαντα. Τῇ δὲ D Σαλώμῃ ἐφ' οἷς ὁ Ἡρώδης κατέλιπε, καὶ τὸ ἐν Ἀσκάλωνι βασίλειον δίδωσιν· ἐκ πάντων δ' εἰσήγετο ταύτῃ δασμὸς ἑξήκοντα τάλαντα. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως διῴκητο· νεανίας δέ τις Ἰουδαῖος εἰσῴκισεν ἑαυτὸν εἰς τὴν Ἡρώδου συγγένειαν, ἐπεὶ τὴν μορφὴν ὡμοίωτο Ἀλεξάνδρῳ τῷ ἀνῃρημένῳ υἱῷ Ἡρώδου. Καί τινα παραλαβὼν ὁμόφυλον, ἄνδρα πονηρόν τε καὶ συγχέαι (56) δυνάμενον πράγματα, Ἀλέξανδρον ὠνόμαζεν ἑαυτὸν τὸν Ἡρώδου υἱὸν, ὡς ὑπό τινων τῶν ἀνελεῖν ἄμφω τοὺς ἀδελφοὺς ἐσταλμένων, ἄλλων ἀνῃρημένων, αὐτῶν δὲ περισωθέν-

Variæ lectiones et notæ.

(56) *Συγχέαι δυνάμενον. Turbulentum* verti. Quod si quis τὸ συγχέαι pro ἀπατῆσαι intelligere mavult, reponat *vafrum*, vel *callidum*. W.

τὸν πατέρα ὡς τύραννον καὶ παράσπονδον ἐλοιδόρησεν. Ὁ δὲ τὸν υἱὸν ἐμαστίγωσέ τε καὶ ἀντημύνατο, εἶτα κατὰ συνθήκας πρὸς Γαουΐνους ἐψευδαυτομόλησε, χρήματά τε καὶ ἑταίρους παρειληφώς. Οἱ δὲ πιστεύσαντες τῇ σκηνῇ διά τε τὴν τοῦ Ταρκυνίου ὠμότητα, καὶ ὅτι τότε πολλὰ καὶ ἀληθῆ τὸν πατέρα ἐκατηγόρει, κἀντεῦθεν ἐκπεπολεμῶσθαι αὐτῷ ἐδόκει, ἐδέξαντό τε αὐτὸν ἀσμενέστατα, καί τινας ἐπελεύσεις κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς χώρας σὺν αὐτῷ ἐποιήσαντο, καὶ οὐ μετρίως αὐτῇ ἐλυμήναντο. Διὰ ταῦτα γοῦν καὶ ὅτι καὶ χρήματα ἰδίᾳ τέ τισι παρεῖχε, καὶ ἐς τὸ κοινὸν ἀνήλισκε δαψιλῶς, ᾑρέθη παρ' αὐτῶν στρατηγὸς, καὶ τὴν τῶν πολιτικῶν ἐν αὐτοῖς πραγμάτων ἐπετράπη διοίκησιν. Ἐπὶ τούτοις λάθρα πέμψας τινὰ, τὰ συμβάντα τε ἐγνώρισε τῷ πατρὶ, καὶ πρὸς τὸ μέλλον γνώμην ᾔτησεν ἐξ αὐτοῦ. Ὁ δὲ εἶπε μὲν τῷ πεμφθέντι οὐδὲν, ἵνα μὴ ἴσως γνωσθεὶς, ἑκὼν τι ἢ ἄκων ἐξείποι. Εἰς δὲ κῆπον εἰσαγαγὼν αὐτὸν, ἐν ᾧ μήκωνες ἦσαν, τὰς κωδύας (87*) αὐτῶν τὰς ὑπερεχούσας ῥάβδῳ κατέκλασε, καὶ εἰς γῆν κατεστόρησε, καὶ οὕτω τὸν ἀγγελιαφόρον ἀπέπεμψε. Καὶ ὁ μὲν τὸ πραχθὲν τῷ Σέξτῳ ἀπήγγειλεν, ἀσυνέτως ἔχων τῆς πράξεως. Ὁ δὲ τὸν νοῦν συνῆκε τῆς ὑποθέσεως, καὶ τοὺς ἀξιολογωτέρους τῶν Γαουΐνων τοὺς μὲν λάθρα φαρμάκοις διέφθειρε, τοὺς δὲ διά τινων δῆθεν λῃστῶν, ἄλλους δὲ ἐκ δικαστηρίων ἀπέκτεινε, συκοφαντίας κατ' αὐτῶν πρὸς τὸν πατέρα προδοσίας πλαττόμενος. Ὅμοιον δέ τι τούτῳ καὶ ὁ Ἡρόδοτος (88) ἱστορεῖ. Περίανδρον γὰρ τὸν Κυψέλου τύραννον Κορίνθου γενόμενον φησὶ πρὸς Θρασύβουλον τὸν Μιλήτου τύραννον διαπέμψασθαι πυνθανόμενον, ὅπως αὐτῷ τὰ τῆς ἀρχῆς ἀσφαλῶς ἕξει. Τὸν δὲ Θρασύβουλον τῷ ἀπαγγείλαντι ταῦτα μηδὲν ἀποκρίνασθαι· ἀπαγαγόντα δ' εἰς λήϊον, τῶν ἀσταχύων τοὺς ὑπερέχοντας ἐκτέμνειν τε καὶ ῥιπτεῖν, καὶ οὕτως ἀποπέμψαι τὸν ἐσταλμένον. Τὸν δὲ ἐπανελθόντα, καὶ τὴν τοῦ Θρασυβούλου συμβουλὴν ἐρωτώμενον, εἰπεῖν, εἰς παραπλῆγα πεμφθῆναι, καὶ διηγεῖσθαι ὅσα ἐκεῖνος ἐποίησε, μή τι πρὸς ὃ ἠρωτήθη φθεγξάμενος· τὸν δέ γε Περίανδρον συνειχέναι τὸν τοῦ Θρασυβούλου λογισμὸν, καὶ τοὺς ὑπερέχοντας τῶν Κορινθίων ἅπαντας ἀπολέσαι. Καὶ ὁ Σέξτος οὖν οὕτω τοὺς Γαουΐνους μετῆλθε, καὶ τοὺς μὲν κρείττους ἀπώλλυε, τῷ πλήθει δὲ τὰ σφῶν διένεμε χρήματα. Καὶ μετὰ τοῦτο τῶν μὲν διαφθαρέντων ἤδη, τῶν δὲ λοιπῶν ἠπατημένων, καὶ πάντα πιστευόντων αὐτῷ, μετὰ τῶν αἰχμαλώτων Ῥωμαίων, καὶ τῶν αὐτομόλων, οὓς πολλοὺς διὰ τοῦτο συνήθροισε, κατέσχε τὴν πόλιν, καὶ τῷ πατρὶ παραδέδωκε. Καὶ ὃς ἐκείνης τῷ υἱῷ παρεχώρησεν, αὐτὸς δὲ πρὸς ἄλλα ἐπολέμησεν ἔθνη.

in patrem maledictis adducebantur: a quo cum eum hostili odio dissidere crederent, hominem benignissime susceperunt, et aliquot cum eo in Romanum agrum impressiones magna clade illata fecerunt. His igitur de causis, et quod pecuniam aliquibus privatim dabat, et in publicum liberaliter conferebat, dux ab eis creatus est, urbanarum etiam rerum administratione commissa. Posthæc, per quemdam patri statum rerum suarum nuntiat, quid se facere velit, sciscitatur. Ille vero nihil respondet nuntio, ne cognitus vel volens vel invitus arcanum prodat: sed in hortum ædium transit, sequente illo, et summa papaverum capita baculo decutit, itaque nuntium dimitit: qui re non intellecta, quid actum esset, Sexto renuntiat. Is vero animadverso patris consilio, Gabinorum primores partim clam veneno sustulit, partim per sicarios interfecit: alios in judicio calumniis oppressos, quasi urbem patri suo prodere vellent, amovit. Simile quiddam Herodotus de Periandro Cypseli filio, Corinthi tyranno, scribit: qui cum a Thrasibulo Mileti tyranno consilium firmandi imperii petiisset, Thrasybulum nuntio voce nihil respondisse: sed eo in segetem deducto, culmis eminentioribus resectis et abjectis, hominem dimisisse. Qui reversus, deque illius consilio rogatus, dixerit, se ad hominem emotæ mentis esse missum, neque enim ad interrogata quidquam **331** respondisse, ac quid ille fecisset, narrarit: at Periandrum, intellecta Thrasybuli ratione, omnes Corinthiorum principes sustulisse. Ad eumdem modum Sextus etiam cum Gabinis egit: et melioribus occisis, eorum pecunias vulgo distribuit. Deinde illis deletis, reliquis deceptis, et omnia credentibus, cum Romanis captivis et transfugis, quos ea de causa multos coegerat, urbem occupavit, patrique tradidit. Sed is, ea filio concessa, cum aliis populis bellum gessit.

ΙΑ'. Τοὺς δὲ τῆς Σιβύλλης χρησμοὺς Ῥωμαίοις καὶ ἄκων προσεποιήσατο. Γυνὴ γάρ τις θεόμαντις, ἣν Σίβυλλαν ὠνόμαζον, ἐς τὴν Ῥώμην ἐλήλυθε, βιβλία τρία ἢ ἐννέα φέρουσα, καὶ ταῦτα πρίασθαι τῷ Ταρκυνίῳ ἐδίδου, καὶ τὴν τιμὴν τῶν βιβλίων ὡρίσατο. Ἐκείνου δὲ μὴ προσεσχηκότος αὐτῇ, τὸ ἓν ἢ τὰ τρία τῶν βιβλίων κατέκαυσεν. Ὡς δ' αὖθις κατωλιγώρει αὐτῆς ὁ Ταρκύνιος, κακὰ τῶν λοιπῶν ὁμοίως διέφθειρε. Μελλούσης δὲ καὶ τὰ ἔτι λοιπὰ καταφλέξειν, ἠνάγκασαν αὐτὸν οἱ οἰωνισταὶ, τὰ γοῦν σωζόμενα πρίασθαι. Καὶ ὠνήσατο ταῦτα, ὅσου τὰ

XI. Cæterum oracula Sibyllina vel invitus populo Romano comparavit. Mulier enim quædam fatidica, quam Sibyllam nominabat, Romam III aut IX libros allatos, Tarquinio certo pretio venales, proposuit. Illo vero eam negligente, vel unum vel tres libros exussit. Ut iterum a rege despecta est, ex reliquis totidem abolevit. Cum autem eos etiam qui restabant crematura esset, augures eum reliquos emere coegerunt: idque tanti, quanti universos parare potuisset. Eos libros duobus senatoribus asservandos tradidit: quique scripta

Variæ lectiones et notæ.

(87*) *Κωδύας*. Vide Henric. Valesium ad Harpocrationem, pag. 301, ubi de hac voce.
(88) *Ἡρόδοτος*. Lib. I, p. 9.

illa non satis assequerentur, duos viros e Græcia mercede accersiverunt, qui eos legerent, atque interpretarentur. Finitimi autem cognoscendi avidi, quid iis libris contineretur, altero custodum M. Aquilio largitionibus corrupto, quædam transcripserunt. Quo facinore cognito, Marcus culeo insutus, atque submersus est. Id supplicii genus post in parricidis observatum : ut neque terra, neque aqua, neque sol eorum morte inquinaretur. Templum in monte Tarpeio ex patris voto ædificavit. Cum vero terra ad fundamenta jacienda effoderetur, viri recens mortui capite invento, quod sanguis nondum destituerat, Romani Tyrrhenum vatem percontati sunt, quid portenderet ? At ille id signum in Tyrrheniam translaturus, certum in terra spatium designavit : in eoque Romæ situ et Tarpeio monte incluso, legatos rogavit, *An ea Roma esset ? an is mons esset ? an caput ibi inventum esset?* ut illis nihil suspicantibus, et ita esse affirmantibus, illius portenti vis in eum locum, in quo descriptio facta esset, transferretur. Sed **332** legati ab illius filio fraudem prius edocti, cum rogarentur : *Non hic*, inquiunt, *Roma colitur, sed in Palatio : et mons Romæ est, et caput in monte illo inventum est.* Vatis calliditate hac ratione elusa, omnem veritatem didicerunt, et civibus suis renuntiarunt, eos fore potentissimos, et plurimis imperaturos. Igitur hæc quoque res fiduciam illorum auxit, et mons ex eo Capitolium est appellatus. Quia vero Tarquinius ad templi exædificationem pecunia agebat, Ardeatibus illato bello, neque pecuniam acquisivit, et regno excidit. Quæ calamitas ex prodigiis est præsignificata. Nam et vultures ex hortis ejus pullos aquilarum expulerunt : et anguis ingens e conclavi, in quo cum amicis convivabatur, et ipsum et convivas fugavit. Iis de causis Titum et Aruntem filios, Delphos misit. Quibus cum Apollo respondisset, tum eum imperium amissurum, cum canis humana voce loqueretur, spe bona sibi blanditus est, nunquam id oraculum eventurum ratus. Erat autem L. Junius, sororis Tarquinii filius, cujus patrem et fratrem tyrannus sustulerat. Is vitæ suæ timens, stultitiam simulavit, cujus numine tutior esset : unde Bruti nomen est adeptus, quod fatuum significat. Ob eam stultitiæ simulationem a Tarquiniis Delphos ductus, ludibrium verius quam comes ; etsi profitebatur se deo baculum dono laturum, in quo cum nihil appareret boni, ea quoque de causa ridebatur. Verum ea re per ambages effigiem quamdam ingenii sui repræsentabat. Nam eo excavato, clam aurum infuderat : ut ostenderet, ingenium quoque suum integrum et honorabile sub ignominioso stultitiæ velamento delitescere. Adolescentibus porro interrogantibus, quis patri successurus esset ? Respondit deus, eum qui matrem prius oscularetur, rerum potiturum. Quo Brutus intellecto, terram, quasi fortuito prolapsus, deosculatus est. quam communem omnium matrem esse recte judicavit. Idem Brutus Tarqui-

πάντα κτήσασθαι ἔμελλε, καὶ δύω βουλευταῖς ἀνδράσι φυλάσσειν παρέδωκεν. Ὡς δ' οὐ πάνυ τῶν γεγραμμένων συνίεσαν, εἰς τὴν Ἑλλάδα στείλαντες, δύω ἄνδρας ἐκεῖθεν μισθοῦ ἤγαγον, τοὺς ἀναγνωσομένους ταῦτα καὶ ἑρμηνεύσοντας. Οἱ δὲ περίοικοι μαθεῖν ἐθελήσαντες, ὅ τι ποτὲ τὸ διὰ τῶν βιβλίων εἴη δηλούμενον, τὸν ἕτερον τῶν φυλασσόντων αὐτὰ Μάρκον Ἀκίλλιον χρήμασιν ἀναπείσαντες, μετεγράψαντό τινα. Γνωσθέντος δὲ τοῦ ἔργου, ὁ Μάρκος δύω βύρσαις συῤῥαφείσαις ἐμβληθεὶς, κατεποντώθη, ὃ ἐξ ἐκείνου μετέπειτα κατὰ τῶν πατροκτόνων ἐπεκράτησε γίνεσθαι, ἵνα μήτε ἡ γῆ, μήτε τὸ ὕδωρ, μήτε ὁ ἥλιος μιανθῇ αὐτοῦ θνήσκοντος. Τὸν δὲ νεὼν τὸν ἐν τῷ Ταρπείῳ ὄρει κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς εὐχὴν ᾠκοδόμει. Τῆς δὲ γῆς εἰς τὴν τῶν θεμελίων καταβολὴν ἀναῤῥηγνυμένης, ἀνδρὸς νεοθνῆτος κεφαλὴ ἀνεφάνη ἔναιμος ἔτι. Ἔπεμψαν οὖν Ῥωμαῖοι πρὸς ἄνδρα Τυρσηνὸν τερατοσκόπον, ἐρωτῶντες τὸ διὰ τοῦ φανέντος δηλούμενον. Ὁ δὲ τὸ σημεῖον εἰς τὴν Τυρσηνίδα μεταθεῖναι μηχανησάμενος, διάγραμμα ἐπὶ τῆς γῆς ἐποιήσατο, καὶ εἰς αὐτὸ τήν τε τῆς Ῥώμης θέσιν ἐντείνας, καὶ τὸ Ταρπεῖον ὄρος, ἔμελλε τοὺς πρέσβεις ἀνερέσθαι, *Ἡ Ῥώμη αὕτη ἐστί ; τὸ ὄρος τοῦτό ἐστι ; ἡ κεφαλὴ ἐνταῦθα εὑρέθη ;* ἵν' ἐκείνων μηδὲν ὑποτοπησάντων καὶ συμφησάντων ἡ δύναμις τοῦ σημείου εἰς τὸ χωρίον, ἐν ᾧ διεγέγραπτο, μετασταίη. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἐτεχνήσατο· οἱ δὲ πρέσβεις παρὰ τοῦ υἱέος ἐκείνου μαθόντες τὸ τέχνασμα, ἐρωτώμενοι· *Οὐκ ἐνταῦθα οἰκεῖται ἡ Ῥώμη, ἀλλ' ἐν τῷ Παλατίῳ, καὶ τὸ ὄρος ἐν τῇ Ῥωμαίων ἐστὶ, καὶ ἡ κεφαλὴ ἐν τῷ ὄρει ἐκείνῳ εὑρέθη.* Οὕτω δὲ τῷ τερατοσκόπῳ διακρουσθέντος τοῦ μηχανήματος, πᾶσαν ἐκεῖνοι τὴν ἀλήθειαν ἔμαθον, καὶ τοῖς πολίταις ἀνήγγειλαν, ὅτι κράτιστοι ἔσονται, καὶ πλείστων ἄρξουσιν. Ἐλπὶς οὖν κἀκ τούτου αὐτοῖς προσεγένετο, κἀντεῦθεν τὸ ὄρος μετωνομάσθη παρ' αὐτῶν Καπιτώλιον· Καπίτα γὰρ τῇ Ῥωμαίων διαλέκτῳ ἡ κεφαλὴ ὀνομάζεται. Δεηθεὶς δὲ χρημάτων εἰς τὴν οἰκοδομὴν ναοῦ ὁ Ταρκύνιος, Ἀρδεάταις ἐπήνεγκε πόλεμον, ὅθεν οὔτε χρήματα προσεκτήσατο, καὶ τῆς βασιλείας ἐξέπεσε. Γεγόνασι δ' αὐτῷ καὶ σημεῖά τινα δηλωτικὰ τῆς ἐκπτώσεως. Ἔκ τε γὰρ τοῦ κήπου αὐτοῦ γῦπες νεοσσοὺς ἐξήλασαν ἀετῶν· καὶ ἐξ ἀνδρῶνος, ἐν ᾧ συνειστιᾶτο φίλοις, ὄφις μέγας ἐπιφανεὶς αὐτόν τε καὶ τοὺς συσσίτους ἐξέβαλε. Διά τοι ταῦτα ἐς Δελφοὺς Τῖτόν τε καὶ Ἀῤῥοῦντα τοὺς υἱοὺς ἔπεμψε. Τοῦ δὲ Ἀπόλλωνος χρήσαντος τότε τῆς ἀρχῆς ἐκπεσεῖσθαι αὐτὸν, ὅτε κύων ἀνθρωπίνῃ φωνῇ χρήσαιτο, ἀγαθαῖς ἐλπίσιν ᾐώρητο, μὴ οἰηθεὶς ποτε γενέσθαι τὸ μάντευμα. Ἦν δὲ Λούκιος Ἰούνιος ἀδελφῆς τοῦ Ταρκυνίου υἱὸς, οὗ τὸν πατέρα καὶ τὸν ἀδελφὸν ὁ Ταρκύνιος ἔκτεινεν. Οὗτος οὖν, καὶ περὶ ἑαυτῷ δεδοικὼς, μωρίαν προσεποιήσατο, ταύτην ἑαυτοῦ προστησάμενος σώτειραν. Διὸ καὶ Βροῦτος ἐπεκλήθη· τοὺς γὰρ εὐήθεις οὕτω τοῖς Λατίνοις ἔθος καλεῖν. Παιζόμενος οὖν τὸν μωραίνοντα, τοῖς τοῦ Ταρκυνίου παισὶν εἰς Δελφοὺς ἀπιοῦσι συμπαρελήφθη ὡς ἄθυρμα. Ὁ δὲ καὶ ἀνάθημα φέρειν ἔλεγε τῷ Θεῷ· τὸ δ'

ἣν βάκτρον τι μηδὲν ἐκ τοῦ φαινομένου ἔχον χρηστὸν, ὅθεν καὶ ἐπὶ τούτῳ ὠφλίσκανε γέλωτα· τὸ δ' ἦν οἷον εἰκών τις τῆς κατ' αὐτὸν προσποιήσεως. Κοιλάνας γὰρ αὐτὸ, λάθρα χρυσίον ἐνέχεεν· ἐνδεικνύμενος δι' αὐτοῦ, ὡς καὶ τὸ φρόνημα αὐτῷ τῷ τῆς μωρίας ἀτίμῳ σῶον καὶ ἔντιμον κατακρύπτεται. Ἐρομένων δὲ τοῦ Ταρκυνίου υἱῶν, τίς τὴν βασιλείαν τοῦ πατρὸς διαδέξεται, ἔχρησεν ὁ Θεὸς, τὸν πρῶτον τὴν μητέρα φιλήσαντα τὸ κράτος ἕξειν. Ὁ συνεὶς ὁ Βροῦτος, ὡς τυχαίως καταπεσὼν, τὴν γῆν κατεφίλησεν, αὐτὴν μητέρα πάντων ὑπάρχειν κρίνας ὀρθῶς. Οὗτος γὰρ ὁ Βροῦτος τοὺς Ταρκυνίους κατέλυσεν, αἰτίαν τὸ περὶ τὴν Λουκρητίαν συμβεβηκὸς προστησάμενος, καὶ ἄλλως μισουμένους παρὰ πάντων διὰ τὸ τυραννικόν τε καὶ βίαιον. Ἡ δὲ Λουκριτία θυγάτηρ μὲν ἦν Λουκριτίου Σπουρίου, ἀνδρὸς τῶν τῆς συγκλήτου ἑνὸς (89), γαμετὴ δὲ Κολλατίνου Ταρκυνίου τῶν ἐπιφανῶν, ἐπί τε κάλλει καὶ σωφροσύνῃ τυγχάνουσα περιβόητος. Ταύτην Σέξτος ὁ τοῦ Ταρκυνίου υἱὸς αἰσχῦναι σπούδασμα ἔθετο, οὐχ οὕτω τοῦ κάλλους αὐτῆς ἐρασθεὶς, ὡς ἐπὶ τῷ σώφρονι ἐπιβουλεύων αὐτῆς. Τηρήσας οὖν τὸν Κολλατῖνον τῆς οἰκίας ἀποδημοῦντα, νυκτὸς ἐλθὼν πρὸς αὐτὴν, ὡς πρὸς γαμετὴν συγγενοῦς, κατέλυσε παρ' αὐτῇ. Καὶ πρῶτον μὲν (90) λόγοις ἐπείρα συγγενέσθαι αὐτῇ, εἶτα καὶ βίαν προσῆγεν· ὡς δ' οὐδὲν ἐπέραινεν, ἀποσφάξειν ἠπείλησεν· ὡς δὲ καὶ τοῦ θανάτου κατωλιγώρει, δοῦλον παρακατακλινεῖν αὐτῇ ἐπηπείλησε, καὶ ἄμφω κτανεῖν, καὶ λόγον διαδώσειν, ὡς εὑρὼν αὐτοὺς συγκαθεύδοντας ἔκτεινε. Τοῦτο τὴν Λουκριτίαν ἐτάραξε, καὶ φοβηθεῖσα μὴ πιστευθείη ταῦθ' οὕτω γενέσθαι, ἐνέδωκε, καὶ μοιχευθεῖσα ξιφίδιον ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον ἔθετο, καὶ μεταπεμψαμένη τόν τε ἄνδρα καὶ τὸν πατέρα, συνεπομένων αὐτοῖς τοῦ τε Βρούτου καὶ Ποπλίου Οὐαλλερίου, κατεδάκρυσε, καὶ στενάξασα τὸ δρᾶμα πᾶν διηγήσατο· εἶτα ἐπήγαγε· *Καὶ ἐγὼ μὲν τὰ πρέποντα ἐμαυτῇ ποιήσω· ὑμεῖς δὲ, εἴπερ ἄνδρες ἐστὲ, τιμωρήσατε μὲν ἐμοὶ, ἐλευθερώθητε δὲ αὐτοὶ, καὶ δείξατε τοῖς τυράννοις οἵων ὑμῶν ὄντων, οἵαν γυναῖκα ὕβρισαν*. Τοιαῦτα εἰποῦσα εὐθὺς τὸ ξιφίδιον ὑφελκύσασα κατέκτεινεν ἑαυτήν. Ἀκούσαντες δ' ἐκεῖνοι ταῦτα, καὶ θεασάμενοι, ὑπερήλγησαν, καὶ τῷ Ποπλίῳ συμβούλῳ καὶ προθύμῳ πρὸς τοὖργον ὁ Βροῦτος χρησάμενος, τήν τε γυναῖκα πολλοῖς τῶν τοῦ δήμου κειμένην ὑπέδειξε· καὶ πρὸς τοὺς λοιποὺς δημηγορήσας, τὸ πρὸς τοὺς τυράννους μῖσος ἐκφῆναι πεποίηκε, καὶ μηκέτι δέξασθαι συνέθεντο τὸν Ταρκύνιον. Ταῦτα δὲ πράξας, καὶ τὴν πόλιν ἐπιτρέψας τοῖς ἄλλοις, αὐτὸς πρὸς τὸ στρατόπεδον ἐξιππάσατο, καὶ τὰ αὐτὰ τῷ δήμῳ συνέπεισε, καὶ τοὺς στρατιώτας ψηφίσασθαι. Ὁ δέ γε Ταρκύνιος τὰ συμβεβηκότα μαθὼν, καὶ πρὸς τὴν πόλιν ἐπειχθεὶς (91), ἀπεώσθη, καὶ πρὸς τοὺς Ταρκυνησίους μετὰ τῶν παίδων καὶ τῶν ἄλλων ὁμοφρόνων κατέφυγε, μόνης τῆς Τουλλίας, ὡς λόγος, ἑαυτὴν ἀνελούσης. Ὁ μὲν οὖν Ταρκύνιος πέντε καὶ εἴκοσι τυραννήσας ἐνιαυτοὺς, οὕτως ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς.

nios, ob stuprum Lucretiæ oblatum, urbe ejecit, ante ob tyrannidem et violentiam omnibus invisos. Lucretia vero filia fuit Spurii Lucretii senatoris, uxor 333 Tarquinii Collatini viri illustris, elegantia formæ et castitate celebris. Hujus stuprandæ libido Sexto Tarquinio incessit, non tam ob pulchritudinem, quam ut ejus famæ ac pudicitiæ labem aspergeret. Itaque captata Collatini absentia, noctu apud eam, ut cognati uxorem, divertit. Ac primum verbis eam tentat, deinde vi, cum nihil proficeret, mortem minatur: quam illa contemnente, dixit se servum cum ea positurum, et ambos occisurum: eamque causam cædis editurum, quod eos in concubitu deprehensos peremisset. Hoc Lucretiam commovit; ac verita, ne res ita esse acta crederetur, adultero obsecuta, pugionem sub cervicali posuit: accersitoque marito et patre, Bruto et P. Valerio comitantibus, quid accidisset, cum fletu et suspiriis exposuit. Deinde subjecit: *Ego quæ me decent, faciam: vos si viri estis, et necem meam ulciscemini, et vosmetipsos in libertatem vindicabitis: ac tyrannis ostendetis, quales viros qualemque matronam violarint.* Hæc elocuta, statim pugione clam arrepto seipsam interemit. Quibus illi auditis et visis, ingentem dolorem ceperunt. Brutus vero Publii consilio et alacri opera usus, matronam multis e populo jacentem ostendit: et apud cæteros habita concione fecit, ut occultum tyrannorum odium erumperet, seque Tarquinium non amplius recepturos affirmarent. His actis Brutus, urbe aliis commissa, in castra equitavit, eademque militibus quæ populo persuasit. Tarquinius re cognita, ad urbem properans, excluditur, et cum liberis cæterisque aminis Tarquinios confugit. Nam sola Tullia sibi ipsi manus attulisse fertur. Sic Tarquinius regno pulsus est, quod per annos XXV violenter administrarat.

ΙΒ'. Οἱ Ῥωμαῖοι δὲ πρὸς τὸν Βροῦτον ἀπέκλιναν, καὶ αὐτὸν εἵλοντο ἄρχοντα. Ἵνα δὲ μὴ ἡ μοναρχία βασιλεία δοκῇ, καὶ συνάρχοντα αὐτῷ ἐψηφίσαντο τὸν τῆς Λουκριτίας ἐκείνης ἄνδρα, τὸν Κολλατῖνον Ταρκύνιον, ὡς ἀπεχθῶς πρὸς τοὺς τυράννους πιστευόμενον ἔχειν διὰ τὴν βίαν τῆς γυναικός. Ἐκ δέ γε

XII. Romani vero Brutum, inclinatis in eum studiis, magistratum elegerunt. Verum ne monarchia regia redacta videretur, Lucretiæ maritum Tarquinium Collatinum, ei collegam dederunt: qui ob vim uxori suæ factam, tyrannis infestus esse crederetur. A Tarquinio legati reditum flagitantes

Variæ lectiones et notæ.

(89) *Ἑνός*. Deest in Reg.

(90) *Καὶ πρῶτον μέν*. Dionis excerpta Valesiana, lib. I, p. 574.

(91) *Τὴν πόλιν ἐπεχυθείς*. Alter e Reg. codd. et Colb. ἐπειχθείς. Alter Reg. ἐπιχθείς.

missi, tam re infecta discesserunt. Post reversi retulerunt, si bona sua ipsi, amicis et necessariis redderentur, unde exsilium tolerarent, eum regno 334 cessurum, et bellum depositurum esse. Qua petitione cum multi flecterentur, atque ipse adeo Collatinus, Bruti collega: Brutus e curia in forum excurrit, Collatinum proditorem appellat, qui belli et tyrannidis instrumenta largiretur. Legati per speciem repetendæ pecuniæ Romæ commorati, nobiles aliquot adolescentes corrumpere, atque inter alios, etiam Bruti filios duos ad proditionem impellere studuerunt. A quibus benigne accepta oratione, visum est pacta jurejurando sancire: eaque de causa in ædes pene desertas et obscuras ingressi, non animadverterunt ibi esse Vindicium servum, qui non de industria, sed forte fortuna ibi delitescens, spectator actorum, et auditor sermonum fuit: quæ omnia ad cædem consulum et proditionem urbis spectabant, additis etiam ad Tarquinium litteris. Conjuratis digressis, servus omnia defert. Illi capiuntur, litteræ afferuntur. Deducuntur in forum: astante Vindicio, litteræ recitantur. Aliis mœstum silentium tenentibus, Brutus nominatim utrumque filium allocutus: *Non depellitis*, inquit, *crimen?* Illis tacentibus, ad lictores conversus: *Quod restat*, ait, *vestri muneris est.* Ii adolescentes arreptos flagris ceciderunt: quorum misericordia cum alii moverentur, pater neque oculos alio avertit, neque ullum misericordiæ signum dedit, quoad securi percussi sunt. Hoc factum neque laudare neque vituperare promptum est. Aut enim virtutis altitudo perturbationes omnes in ejus animo oppressit, aut calamitatis magnitudo ei stuporem attulit. Neutrum vero exiguum est, aut humanum: sed aut divinitatis, aut belluinæ immanitatis. His interfectis, a Bruto postulatum est, ut de cæteris quoque pronuntiaret. Ad quæ ille: *Liberis*, inquit, *meis idoneus fui judex; de cæteris vero civibus jam liberis suffragia ferenda permitto.* Sententiis latis, omnes securi sunt percussi, atque inter alios cognati aliquot Collatini: ob quos cum irasceretur, populi a Bruto concitati manibus pene discerptus esset. Magistratus tamen ei est abrogatus, P. Valerio successore dato: cui a cultu et observantia populi, Publicolæ cognomentum fuit. Tarquinius desperata per 335 proditionem regni recuperatione, ad Tyrrhenos se contulit. A quibus cum magnis copiis reduceretur, consules in aciem Romanos eduxerunt. Ac pugnæ principio Aruns Tarquinii filius, et Brutus consul Romanus, adeo infestis animis inter se concurrerunt, ut neuter, dum hostem vulneraret, sui protegendi corporis memor, uterque ictu contrario transfigeretur. Acri orto prælio, et multis utrinque cæsis, incerta victoria fuit. Sub noctem

A Ταρκυνιου πρέσβεις εἰς Ῥώμην ἧκον, περὶ καθόδου διαλεγόμενοι· ὡς δ' οὐδὲν ἤνυον, ἕτεροι αὖθις ἐπέστησαν, ἀφίστασθαι τῆς βασιλείας, καὶ παύειν τὸν πόλεμον λέγοντες τὸν Ταρκύνιον, εἰ τὰ χρήματα δοθεῖεν αὐτῷ, καὶ τοῖς φίλοις, καὶ τοῖς οἰκείοις, ἀφ' ὧν διαβιώσονται φεύγοντες. Ἐπικλωμένων δὲ πολλῶν, καὶ αὐτοῦ Κολλατίνου τοῦ τῷ Βρούτῳ συνάρχοντος, εἰς ἀγορὰν ὁ Βροῦτος ἐκ τοῦ βουλευτηρίου ἐξέδραμε, προδότην τὸν Κολλατῖνον ἀποκαλῶν, πολέμου καὶ τυραννίδος ἀφορμὰς χαριζόμενον. Οἱ πρέσβεις δὲ ἐπὶ τῇ τῶν χρημάτων προφάσει τῇ Ῥώμῃ ἐνδιατρίβοντες, ἴσχυσαν διαφθεῖραι τῶν ἐπισήμων τινὰς, μεθ' ὧν καὶ δύω τοῦ Βρούτου παῖδας ἔπεισαν ἐν τῇ προδοσίᾳ γενέσθαι. Ὡς οὖν συνέπεισαν τὰ μειράκια, ἔδοξε καὶ ὅρκον προθεῖναι καὶ B ἐπὶ τούτοις εἰς οἰκίαν συνῆλθον. Ἦν δὲ ὁ οἶκος ὑπέρημος καὶ σκοτώδης. Ἔλαθεν οὖν ἔνδον ὢν οὐκ ἐκ προνοίας, ἀλλὰ τυχαίως, οἰκέτης ὄνομα Οὐινδίκιος (92), καὶ κατακρυφθεὶς ἐκεῖ, θεατής τε τῶν δρωμένων ἦν, καὶ τῶν βεβουλευμένων ἐπήκοος· ἅπερ ἦσαν, τοὺς ὑπάτους ἀνελεῖν, καὶ τὴν πόλιν προδοῦναι, καὶ ταῦτα τῷ Ταρκυνίῳ διὰ τῶν πρέσβεων ἐπεστάλκασιν. Ἀπελθόντων δὲ τοῦ οἰκήματος τῶν συνωμοτῶν, ἐξελθὼν ὁ οἰκέτης ἅπαντα κατεμήνυσε, καὶ οἵ τε τὴν προδοσίαν μελετήσαντες συνελήφθησαν, καὶ τὰ γράμματα ἐκομίσθησαν, καὶ εἰς τὴν ἀγορὰν προαχθέντων αὐτῶν, καὶ τὸν Οὐίνδικα παρεστήσαντο, τά τε γράμματα ἀνεγνώσθησαν. Καὶ οἱ μὲν ἄλλοι ἐν κατηφείᾳ ἦσαν, καὶ σιωπῇ· ὁ δὲ C Βροῦτος ὀνομαστὶ τῶν υἱέων ἑκάτερον προσειπὼν, *Οὐκ ἀπολογεῖσθε*, ἔφη, *πρὸς τὴν κατηγορίαν;* τῶν δὲ σιωπώντων, στραφεὶς πρὸς τοὺς ὑπηρέτας, *Ὑμέτερον*, εἶπεν, *ἤδη τὸ λοιπὸν ἔργον.* Οἱ δὲ συλλαβόντες τοὺς νεανίσκους, ῥάβδοις κατέξαινον· καὶ τῶν ἄλλων ἐπικλωμένων τοῖς πάσχουσιν, ὁ πατὴρ οὔτ' ἀλλαχόσε τὰς ὄψεις ἀπήγαγεν, οὔτε μὴν οἴκτου τι ἐνεδείξατο, μέχρι πελέκει τὰς κεφαλὰς τῶν παίδων ἀπέκοψαν. Τοῦτο δὲ οὔτ' ἐπαινεῖν, οὔτε ψέγειν ἐστὶ ῥᾴδιον. Ἢ γὰρ ἀρετῆς ὕψος εἰς ἀπάθειαν ἐξέστησεν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, ἢ πάθους μέγεθος εἰς ἀναλγησίαν. Οὐδέτερον δὲ μικρὸν οὐδ' ἀνθρώπινον, ἀλλ' ἢ θεῖον, ἢ θηριῶδες. Οὕτω δὲ τούτων θανόντων, καὶ περὶ τῶν ἄλλων συνωμοτῶν ψῆφον ἐνεγκεῖν ὁ Βροῦτος ἀπῄτητο. Ὁ δὲ, *Τοῖς μὲν υἱέσιν*, εἶπεν, *αὐτὸς* D *ἀποχρῶν εἰμι δικαστής· περὶ δὲ τῶν ἄλλων, τοῖς πολίταις ἐλευθέροις οὖσι τῆς ψήφου παραφωρῶ.* Ψήφου τοίνυν δοθείσης, πάντες ἐπελεκίσθησαν. Ἦσαν δὲ τούτων τινὲς τῷ Κολλατίνῳ προσήκοντες, δι' οὓς καὶ ὠργίζετο. Ὅθεν ὁ Βροῦτος οὕτω κατ' αὐτοῦ τὸν δῆμον παρώξυνεν, ὡς μικροῦ δεῖν καὶ αὐτοχειρίᾳ αὐτὸν ἀνελεῖν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησαν, τὴν δ' ἀρχὴν ἠνάγκασαν αὐτὸν ἀπειπεῖν. Εἵλοντο δὲ ἀντ' ἐκείνου συνάρχοντα Πόπλιον Οὐαλέριον, ὃς Ποπλικόλας προσωνομάσθη, δηλοῖ δ' ἡ κλῆσις ἐξελληνιζομένη Δημοκηδῆ, ἢ Δημοτικώτα-

Variæ lectiones et notæ.

(92) *Οὐίνδικιος*. Ita unus e Reg. At alter et Colb. Ἰουνδίκιος præferunt.

τον. Ταρκύνιος δὲ, ἀπογνοὺς τὴν ἐκ προδοσίας τῆς βασιλείας ἀνάληψιν, προσῆκε τοῖς Τυρσηνοῖς. Οἱ δὲ δυνάμει βαρείᾳ κατῆγον αὐτόν. Ἀντεξῆγον δὲ καὶ τοὺς Ῥωμαίους οἱ ὕπατοι. Ἀρχομένης δὲ τῆς μάχης, Ἄῤῥων ὁ Ταρκυνίου παῖς, καὶ Βροῦτος ὁ Ῥωμαίων ὕπατος, ἀλλήλοις περιπεσόντες ἐμάχοντο· καὶ ἀφειδήσαντες ὑπὸ θυμοῦ ἑαυτῶν συναπώλοντο. Μεγάλης δὲ τῆς μάχης γενομένης, καὶ πολλῶν ἑκατέρωθεν πεσόντων, ἄκριτος ἦν ἡ νίκη. Νυκτὸς δ' ἐπελθούσης λέγεται σεισθῆναι τὸ ἄλσος παρ' ᾧ ἐστρατοπεδεύοντο, καὶ φωνὴν ἐκπεσεῖν ἐκεῖθεν μεγάλην, φράζουσαν, ἑνὶ πλείους τεθνάναι Τυῤῥηνῶν ἢ Ῥωμαίων. Ἅμα δὲ τῇ φωνῇ Ῥωμαῖοι μὲν μέγα καὶ θαρσαλέον ἠλάλαξαν. Πτοία δ' ἐνέπεσε Τυῤῥηνοῖς, καὶ θορυβηθέντες τοῦ στρατοπέδου ἐξέπεσον. Εἷλον δ' οἱ Ῥωμαῖοι τοῦτο, καὶ διηρπάκασιν. Ἀριθμηθέντες δὲ οἱ νεκροὶ τῶν ἐν τῇ μάχῃ θανόντων, εὑρέθησαν οἱ μὲν τῶν Τυῤῥηνῶν ἐπὶ μυρίοις χίλιοι καὶ τριακόσιοι, οἱ δὲ Ῥωμαίων παρ' ἕνα τοσοῦτοι. Ἐθριάμβευσε δὲ Οὐαλέριος Ποπλικόλας πρῶτος ὑπατεύων. Ὁ δὲ Ταρκύνιος μετὰ τὴν μεγάλην μάχην, ἐν ᾗ καὶ τὸν υἱὸν ἀπέβαλε μαχεσάμενον Βρούτῳ, καταφυγὼν εἰς τὸ Κλούσιον, ἱκέτευε Λάρτην Πορσίναν, ἄνδρα μεγίστην ἔχοντα δύναμιν τῶν Ἰταλικῶν βασιλέων. Καὶ ὃς αὐτῷ βοηθήσειν ὑπέσχετο. Καὶ πρῶτον μὲν ἔπεμψεν εἰς Ῥώμην, κελεύων δέχεσθαι τὸν Ταρκύνιον. Ὡς δὲ οὐχ ὑπήκουσαν, ἀφίκετο μετὰ βαρείας δυνάμεως. Ποπλικόλας δὲ Οὐαλέριος εἰς ἀρχὴν τὸ δεύτερον αἱρεθεὶς, καὶ μάχην συνάψας, καὶ τραυματισθεὶς, φοράδην τῆς μάχης ἐξεκομίσθη. Ἐπικειμένου δὲ τοῦ Πορσίνα τῇ πόλει, λιμὸς ἥπτετο τῶν Ῥωμαίων. Ἔκ τινος δὲ συμβεβηκότος, ἢ μᾶλλον ἐκ προνοίας γενομένου, ὁ Πορσίνας τὸν πρὸς Ῥωμαίους κατέλυσε πόλεμον. Ἀνὴρ γάρ τις Μούκιος Κόρδος, εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἀγαθὸς, ἐν δὲ τοῖς πολεμικοῖς ἄριστος, Σκαιόλας τὴν ἐπίκλησιν, ὃ δηλοῖ τὸν μονόχειρα, ἢ μὴ ἀρτιόχειρα, τὸν Πορσίναν ἀνελεῖν βουλευσάμενος, παρῆλθεν εἰς τὸ ἐκείνου στρατόπεδον, Τυρσηνίδα φορῶν ἐσθῆτα, καὶ ὁμοίᾳ κεχρημένος φωνῇ. Καὶ σαφῶς μὲν τὸν Πορσίναν οὐκ εἰδὼς, ἔρεσθαι δὲ δεδιὼς, τὸν γραμματέα αὐτοῦ συγκαθήμενον αὐτῷ, καὶ ὁμοίως ἔχοντα τῆς στολῆς, σπασάμενος τὸ ξίφος ἀπέκτεινε, καὶ συλληφθεὶς ἀνεκρίνετο. Ἐσχαρίδος δέ τινος τῷ Πορσίνᾳ μέλλοντι θύειν τότε κεκοσμημένης, ὑποσχὼν τὴν χεῖρα καιομένης τῆς σαρκὸς εἱστήκει, πρὸς τὸν Πορσίναν ἀποβλέπων ἀτρέπτῳ προσώπῳ, ὅθεν αὐτῷ τῆς χειρὸς φθαρείσης ἐγένετο ἡ ἐπίκλησις, μέχρι θαυμάσας ἐκεῖνος ἀφῆκεν αὐτόν. Ὁ δὲ Σκαιόλας ἕτερον τρόπον ἐσοφίσατο τὸν ἐχθρὸν, καὶ εἶπε· *Τὸν φόβον σου, Πορσίνα, νενικηκὼς, ἥττημαί σου τῆς ἀρετῆς, καὶ χάριτι μηνύω, ἃ πρὸς ἀνάγκην οὐκ ἂν ἐξηγόρευσα. Τριακόσιοι Ῥωμαίων τὴν αὐτὴν ἐμοὶ γνώμην ἔχοντες ἐν τῷ στρατοπέδῳ σου διατρίβουσιν, ὧν ἐγὼ προεπιχειρήσας κλήρῳ λαχὼν, οὐκ ἄχθομαι τῇ τύχῃ, διαμαρτὼν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ φίλου μᾶλλον ἢ πολεμίου Ῥωμαίοις εἶναι προσήκοντος.* Ἐντεῦθεν ὁ Πορσίνας πρὸς τὰς συμβάσεις ἐγένετο προθυμότερος. Ὁ δὲ Ποπλικόλας τὸ τρίτον ὑπατεύων τότε, προὐκαλεῖτο συνεχῶς τὸν Ταρκύνιον ἐπὶ δίκῃ, ὡς ἐξελέγξων κάκιστον, καὶ ἐκπεπτωκότα τῆς ἀρχῆς ἐνδικώτατα, τοῦ Πορσίνου δικάζοντος. Ἀποκριναμένου δὲ Ταρκυνίου, μὴ αἱρεῖσθαι Πορσίναν διαιτητὴν, εἰ σύμμαχος ὢν μεταβάλλεται. Καταγνοὺς ὁ Πορσίνας, τὸν πόλεμον κατελύσατο. Καὶ μετὰ ταῦτα δὲ πολλάκις μὲν ἐπιχείρη-

A concusso luco, juxta quem castra erant posita, ingens vox edita est, quæ diceret uno plus Etruscorum cecidisse in acie, vincere bello Romanum. Unaque cum ea voce Romani magno et confidenti clamore sublato, terrorem incusserunt Tyrrhenis, ut per tumultum castra desererent, quæ a Romanis capta et direpta sunt. Numeratis interfectorum cadaveribus, Tyrrhenorum XI millia CCC sunt reperta, Romanorum uno minus totidem. Valerius Publicola primus in consulatu triumphavit. Tarquinius post magnam illam pugnam, in qua filium quoque amiserat, a Bruto interfectum, Clusium supplex confugit ad Lartem Persenam, Italicorum regum potentissimum: qui, auxiliis promissis, cum primum per legatos a Romanis, ut Tarquinium
B reciperent, non impetrasset, cum magno venit exercitu. Valerius Publicola denuo consul creatus, vulneribus acceptis, lectica ex pugna elatus est. Persena urbem premente, Romanos annonæ penuria afflixit: sed casu quodam, ac potius divino consilio factum est, ut Porsena bellum omitteret. Nam quidam Mutius Cordus, cum omni virtute præstans, tum militari fortitudine præstantissimus, cognomento Scævola, Tyrrheno habitu, sermonem etiam Tyrrhenorum imitans, hostium castra ingressus, cum Porsenam non satis nosset, nec rogare auderet, scribam cum rege sedentem pari ornatu, stricto ense interfecit. Comprehensus, cum interrogaretur, dextra accenso ad sacrificium foculo
C injecta, interim dum caro uritur, intrepido vultu Porsenam intuens astitit (unde a clade manus, id ei cognomentum est inditum), donec eum rex, prope attonitus miraculo, dimisit. 336 Tum vero hostem alio modo fefellit, his verbis: *Victo tui metu, virtuti tuæ succubui, ac beneficio a me feres, quod minis nequivisses; CCC Romani, iisdem præditi animis, in castris tuis versantur: mea prima sors fuit. Neque fortunæ succenseo, quod a bono viro aberrarim, digniore qui Romanorum sit amicus, quam hostis.* Ex eo Porsena propensior ad pacis conditiones evasit. Publicola vero tum tertium consul Tarquinium subinde ad jus vocavit: ut ejus improbitate declarata, vel Porsena judice, justissimo exsilio multatus existimaretur. Sed cum
D Tarquinius respondisset, se Porsenam non admittere arbitrum, si belli socius esse desineret, Porsena causa ejus improbata, bellum deposuit. Tarquinii vero post etiam auxiliis finitimarum gentium, regnum sæpe recuperare conati, omnes in præliis occubuerunt: præter senem, qui Superbus dicebatur. Sed et ille tandem Cumis apud Opicos periit.

σαν οἱ Ταρκύνιοι τὴν βασιλείαν ἀναλαβεῖν, τοῖς ὁμοροῦσι Ῥωμαίοις ἔθνεσι συμμαχούμενοι· πάντες δὲ ἐν ταῖς μάχαις διεφθάρησαν, πλὴν τοῦ γέροντος, ὃς καὶ Σούπερβος ἐκαλεῖτο, εἴποι ἄν τις Ἕλλην ἀνὴρ Ὑπερήφανος. Κἀκεῖνος δὲ μετέπειτα εἰς Κύμην τὴν ἐν ὀπικίᾳ γενόμενος, ἐτελεύτησεν.

XIII. Tarquiniorum res eo denique redierunt. Illis autem pulsis, Romani consules, ut dictum est, creaverunt; ex quorum numero P. Valerius quartum fuit consul, cognomento Publicola. Qui cum sine collega magistratum gereret, Romani offensi, eum non Bruti consulatus hæredem, sed tyrannidis Tarquinii successorem exstitisse, qui cum omnibus fascibus et securibus, ex ædibus tantis tamque splendidis prodiret, dixerunt. Etenim domum sumptuosiorem habebat, foro propinquam. Quo Publicola cognito, plurimis opificibus accersitis, ædes noctu destruxit atque evertit: ut Romani mane id videntes, simul et magnitudinem animi ejus mirarentur, et tantam tamque præclaram domum eversam esse dolerent. Secures quoque a fascibus removit: et fasces ipsos cum in concionem prodibat, populo submisit. Pecuniæ item tractationem aliis mandavit, ne consulum per eam potentia augeretur, tum primum quæstoribus designatis. Ii principio causarum capitalium cognitioni præfuere, ab inquisitione veritatis quæsitores appellati: post etiam ærario sunt præfecti, judiciis aliorum curæ commissis. Collegam sibi ascivit, Lucretiæ patrem Lucretium. Quo brevi mortuo, M. Horatius in illius **337** locum suffectus, reliquum temporis consul fuit. Publicola rursus consul factus, collegam habuit T. Lucretium. Deinde cum Sabini in agrum Romanum duxissent exercitum, consul designatus est M. Valerius, Publicolæ frater, et Posthumius Tubertus. Sed cum res bellicæ consilio et præsentia Publicolæ administrarentur, Marcus duobus præliis victor, in posteriore XIII millibus hostium cæsis, nullum civem amisit. Sequente anno, denuo consule Publicola, consors Sabinorum et Latinorum adversus Romam expeditio exspectabatur. Erat autem in Sabinis Appius Claudius, vir et opibus et robore corporis præstans, sed opinione virtutis et eloquentia in primis clarus. Quas ob res invidia popularium suscepta, cum ob dissuasum bellum insidiis appeteretur, magna amicorum et clientium comitatus manu Romam transfugit. Quibus a Publicola benigne susceptis, Appius inter patres lectus, haud ita multo post prudentia gerendæ reipublicæ ad primam dignitatem pervenit, ac gentem Claudiam reliquit, quæ tempore longissimo floruit, summam adepta auctoritatem. Sabini vero eam quoque belli causam nacti, cum magno exercitu Romam invaserunt: quos Publicola, optimi ducis officiis functus, pene omnes interfecit, populoque spoliis hostium et captivis locupletato, triumphum duxit; traditaque reipublicæ administratione consulum successoribus, statim

A ΙΓ'. Οὕτω μὲν οὖν τοῖς Ταρκυνίοις τὰ πράγματα ἐπεράνθησαν. Ἐκείνων δ' ἐξωσθέντων τῆς βασιλείας, ὕπατοι, ὡς εἴρηται, παρὰ τῶν Ῥωμαίων ᾑρέθησαν, ὧν εἷς ἦν καὶ Πόπλιος Οὐαλέριος, ὃς τετράκις ὑπάτευσεν, ὁ καὶ Ποπλικόλας ἐπικληθείς. Οὗτος οὖν μόνος ἄρχων, καὶ μὴ συνάρχοντα εἰληφὼς, Ῥωμαίοις προσέκρουσε, λέγουσι μὴ τῆς τοῦ Βρούτου κληρονόμον ὑπατείας εἶναι, τῆς δὲ τοῦ Ταρκυνίου τυραννίδος διάδοχον, ὑπὸ ῥάβδοις ὁμοῦ πάσαις καὶ πελέκεσι προϊόντα ἐξ οἰκίας τοσαύτης τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος. Καὶ γὰρ πολυτελεστέραν εἶχεν οἰκίαν, ἐπικειμένην τῇ ἀγορᾷ. Ταῦτα ὁ Ποπλικόλας μαθὼν, τεχνίτας πλείστους συναγαγὼν, νυκτὸς κατέβαλε τὴν οἰκίαν, καὶ ταύτην κατέσκαψεν· ὥστε μεθ' ἡμέραν τοὺς Ῥωμαίους βλέποντας τὸ γενόμενον, τὴν B μὲν τοῦ ἀνδρὸς μεγαλοφροσύνην θαυμάζειν, ἄχθεσθαι δ' ὑπὲρ τῆς οἰκίας, διὰ τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος· Καὶ τοὺς πελέκεις δὲ τῶν ῥάβδων ἀπέλυσεν, αὐτάς τε τὰς ῥάβδους εἰς ἐκκλησίαν παριὼν ἀφῆκε τῷ δήμῳ· καὶ τὴν τῶν χρημάτων διοίκησιν ἄλλοις ἀπένειμεν, ἵνα μὴ τούτων ἐγκρατεῖς ὄντες οἱ ὑπατεύοντες μέγα δύνωνται, ὅτε πρῶτον οἱ ταμίαι γίνεσθαι ἤρξαντο, κοιαίστορας δ' ἐκάλουν αὐτούς. Οἳ πρῶτον μὲν τὰς θανασίμους δίκας ἐδίκαζον, ὅθεν καὶ τὴν προσηγορίαν ταύτην διὰ τὰς ἀνακρίσεις ἐσχήκασι, καὶ διὰ τὴν τῆς ἀληθείας τῆς ἐκ τῶν ἀνακρίσεων ζήτησιν. Ὕστερον δὲ καὶ τὴν τῶν κοινῶν χρημάτων διοίκησιν ἔλαχον, καὶ ταμίαι προσωνομάσθησαν. Μετὰ ταῦτα δ' ἑτέροις μὲν ἐπετράπη τὰ δικαστήρια· C ἐκεῖνοι δὲ τῶν χρημάτων ἦσαν διοικηταί. Ἀπέδειξε δὲ ἑαυτῷ συνάρχοντα τὸν τῆς Λουκρητίας πατέρα Λουκρίτιον. Ταχὺ δὲ τούτου θανόντος, ᾑρέθη Μάρκος Ὁράτιος συνάρχειν αὐτῷ τὸν ὑπόλοιπον καιρὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ. Αἱρεθεὶς δὲ καὶ αὖθις ὕπατος ὁ Ποπλικόλας, ἔσχε συνυπατεύοντα Τίτον Λουκρίτιον. Μετὰ δὲ ταῦτα Σαβίνων ἐμβαλόντων εἰς τὴν χώραν, ὕπατος ἀνεδείχθη Μάρκος Οὐαλέριος, ἀδελφὸς Ποπλικόλα, καὶ Ποστούμιος Τούβερτος (93). Πραττομένων δὲ τῶν πολέμων γνώμῃ καὶ παρουσίᾳ τοῦ Ποπλικόλα, δυσὶ μάχαις ὁ Μάρκος ἐνίκησεν, ὧν ἐν τῇ δευτέρᾳ μηδένα Ῥωμαίων ἀποβαλὼν, τρισχιλίους ἐπὶ μυρίοις τῶν πολεμίων ἀνεῖλε. Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει πάλιν ὑπάτευε Ποπλικόλας, καὶ προσεδοκᾶτο Σαβίνων τε καὶ Λατίνων ὁμονοησάντων κατὰ τῆς Ῥώμης προσέλασις. D Ἦν δ' ἐν Σαβίνοις ἀνὴρ Ἄππιος Κλαύδιος, ἔν τε χρήμασι καὶ σώματος ῥώμῃ πρωτεύων, ἐν ἀρετῆς δὲ μάλιστα δόξῃ ἐπιφανὴς, καὶ λόγου δεινότητι. Καὶ διὰ ταῦτα φθονούμενος ἐπεβουλεύετο παρὰ τῶν ὁμογενῶν, ὅτι συνεβούλευε καταπαύειν τὸν πόλεμον. Διὸ αὐτός τε τῇ Ῥώμῃ προσεληλύθει, καὶ πολλοὺς τῶν φίλων τε καὶ οἰκείων συνέπεσθαί οἱ συνέπεισεν. Οὓς Ποπλικόλας φιλοφρόνως ἐδέξατο, τῇ βουλῇ τὸν

Variæ lectiones et notæ.

(93) *Ποστούμιος Τούβερτος*. Ita duo codd. Reg. et Colb. Livius, lib. II, M. Valerio P. Postumium adjungit. W.

Κλαύδιον προσγραψάμενος. Ὅθεν ἐμφρόνως πολι- A τευόμενος ἀνέδραμεν εἰς τὸ πρῶτον ἀξίωμα, καὶ γένος μέγα τὸ Κλαυδίων κατέλιπεν ἐπὶ πλεῖστον ἀνθῆσαν, καὶ προεληλυθὼς εἰς δόξης ἀκρότητα. Οἱ δὲ Σαβῖνοι, καὶ τοῦτο τοῦ πολέμου ποιησάμενοι πρόφασιν, στρατῷ μεγάλῳ κατὰ τῆς Ῥώμης ἐπήλασαν· οἷς τοὺς Ῥωμαίους ὁ Ποπλικόλας ἀντεπαγαγὼν, καὶ στρατηγήσας ὡς ἄριστα, μικροῦ πάντας ἀπώλεσε, καὶ τὸν δῆμον ἐκ τῶν λαφύρων καὶ τῶν αἰχμαλώτων ὠφέλησεν. Ἀγαγὼν δ' ἐπὶ τῇ νίκῃ θρίαμβον, καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν ὑπάτοις παραδοὺς τὴν πόλιν, εὐθὺς ἐτελεύτησε, δημοσίᾳ ταφεὶς, καὶ θρηνηθεὶς ἐφ' ὅλον ἐνιαυτόν. Οἱ μέντοι Σαβῖνοι δι' ὀργὴν ὧν ἔπαθον, οὐδὲ τὸν χειμῶνα ἠρέμησαν, ἀλλὰ τὴν Ῥωμαΐδα χώραν κατέδραμον, καὶ τὸν Ποστούμιον ἐκάκωσαν τὸ δεύτερον ὑπατεύοντα· καὶ εἷλον ἂν αὐτὸν πανσυ- B δὶ, εἰ μὴ Μενήνιος Ἀγρίππας ὁ συνάρχων αὐτῷ ἐπεκούρησε. Προσπεσόντες δὲ αὐτοῖς, πολλοὺς ἔφθειραν, ὥστε τοὺς λοιποὺς ἀναχωρῆσαι. Μετὰ δὲ ταῦτα Σπούριός τε Κάσσιος καὶ Ὀπιτώριος Οὐεργίνιος ὑπατεύοντες τοῖς Σαβίνοις ἐσπείσαντο. Καμερῖνον δὲ τὸ ἄστυ ἑλόντες, τοὺς μὲν πλείους ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ λοιποὺς ζωγρήσαντες ἀπέδοντο, καὶ τὴν πόλιν κατέσκαψαν. Ποστούμιος δὲ Κομίνιος καὶ Τίτος Λάρκιος δούλους τινὰς ἐπὶ καταλήψει τοῦ Καπιτωλίου συνωμοσίαν θεμένους συλλαβόντες, ἔφθειραν. Σερούϊός τε Σουλπίκιος καὶ Μάρκος Τούλλιος ἑτέραν αὖθις συνωμοσίαν δούλων, καὶ ἄλλων δή τινων συστάντων αὐτοῖς προκατέλαβον, ἀγγελθεῖσαν αὐτοῖς πρός τινων τῶν τῆς ἐπιβουλῆς μετεχόντων, οὓς καὶ συσχόντες περισταδὸν κατέκοψαν, τοῖς δὲ μηνυ- C ταῖς ἄλλα τε καὶ πολιτεία ἐδόθη. Αὖθις δὲ πολέμου παρὰ Λατίνων κατὰ Ῥώμης κεκινημένου, οὐκ ἤθελον οἱ πολλοὶ τὰ ὅπλα λαβεῖν, ἀποκοπὴν τῶν χρεῶν ἀξιοῦντες γενέσθαι καὶ διὰ τοῦτο καινήν τινα ἀρχὴν ἐπ' ἀμφοτέροις αὐτοῖς τότε πρῶτον οἱ δυνατοὶ κατεστήσαντο· δικτάτωρ ὁ ταύτης ἠξιωμένος ὠνόμαστο· ἠδύνατο δὲ ἐξ ἴσου πάντα τοῖς βασιλεῦσι. Τὴν μὲν γὰρ τοῦ βασιλέως ἐπωνυμίαν διὰ τοὺς Ταρκυνίους, ἐμίσησαν· τὴν δ' ἐκ τῆς μοναρχίας ὠφέλειαν θέλοντες, ὡς πολὺ ἰσχυούσης ἐς τὰς τῶν πολέμων καὶ τῶν στάσεων περιστάσεις, ἐν ἄλλῳ ταύτην ὀνόματι εἵλοντο. Ἦν μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, ἡ δικτατωρία κατά γε τὴν ἐξουσίαν τῇ βασιλείᾳ ἰσόῤῥοπος, πλὴν ὅτι μὴ, ἐφ' ἵππον ἀναβῆναι ὁ δικτάτωρ ἠδύνατο, εἰ μὴ ἐκστρατεύεσθαι ἔμελλεν, οὔτε ἐκ τῶν δημοσίων χρημάτων ἀναλῶσαί τι ἐξῆν αὐτῷ, εἰ μὴ ἐψηφίσθη. Δικάζειν δὲ καὶ ἀποκτείνειν καὶ οἴκοι καὶ ἐν στρατείαις ἠδύνατο, καὶ οὐ τοὺς τοῦ δήμου μόνους, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἱππέων, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς βουλῆς. Καὶ οὔτ' ἐγκαλέσαι τις αὐτῷ, οὔτ' ἐναντίον τι διαπράξασθαι ἴσχυεν, οὐδὲ οἱ δήμαρχοι, οὔτε δίκη ἐφέσιμος ἐγένετο ἀπ' αὐτοῦ. Οὐκ ἐπὶ πλέον δὲ τῶν ἓξ μηνῶν ἡ τῆς δικτατωρίας ἀρχὴ παρετείνατο, ἵνα μή τις αὐτῶν ἐν τοσούτῳ κράτει καὶ ἐξουσίᾳ ἀκράτῳ χρονίσας, ὑπερφρονήσῃ, καὶ πρὸς ἔρωτα μοναρχίας ἐκκυλισθῇ· ὅπερ ἐς ὕστερον καὶ ὁ Καῖσαρ Ἰούλιος ἔπαθεν, ἐπεὶ παρὰ τὰ νενομισμένα τῆς δικτατωρίας ἠξίωτο.

A obiit, publicis sumptibus elatus, annuo matronarum luctu. Cæterum Sabini ex dolore acceptæ cladis, ne hiberno quidem tempore quieverunt, sed incursione in Romanum agrum facta, Posthumium, iterum consulem, afflixerunt; eumque cum exercitu cepissent, nisi Menenius Agrippa collega ei auxilio venisset. Tum vero uterque consul, facto in hostes impetu, multos occidit, reliquos profligavit. Post hæc Spurius Cassius et Opitor Virginius consules, pacem cum Sabinis fecerunt: et Camerino capto, plerosque occiderunt: reliqui, oppido everso, venierunt. Posthumius Cominius et T. Largius aliquot servos, qui de occupando Capitolio conjurarant, occiderunt: quemadmodum Servius **338** Sulpicius et M. Tullius post, aliam quoque B conjurationem servorum oppresserunt, a consciis quibusdam indicatam, et conjuratos corona circumdatos trucidarunt. Indicibus cum alia præmia, tum civitas data. A Latinis iterum bello moto, plebs arma capere noluit, novas tabulas flagitans. Quapropter locupletiores novum magistratus genus crearunt, pari in omnes auctoritate, potentia regia præditum, quem dictatorem vocarunt. Nam cum regis cognomentum propter Tarquinios odissent, ac monarchiæ utilitates magna vi ad bella et seditionum tumultus præditæ expeterent: verbo rejecto, rem ipsam sub alio nomine sunt amplexi. Fuit igitur, ut dixi, dictatura potestate regno par: præterquam quod ei equum conscendere non licebat, nisi ad bellum ituro, neque ullos ex ærario C sumptus facere sine decreto, sed jus dicere, et capite plectere domi et militiæ, non plebeios duntaxat, sed et equestris et senatorii ordinis licuit, nemine eum vel accusare, vel intercedere audente, ac ne ipsis quidem tribunis plebis: neque ab eo provocatio fuit. Dictatura tamen ultra vi menses non extendebatur, ut ne quis in tanta potestate et auctoritate maxima diutius immoratus, per superbiam in monarchiæ cupiditatem delaberetur: id quod post Julio Cæsari accidit, dictaturam contra morem majorum consecuto.

ΙΔ'. Τότε μὲν οὖν δικτάτορος γενομένου Λαρκίου, D οὐδὲν ὁ δῆμος ἐνεωτέρισεν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις ἐγένοντο· τῶν δὲ Λατίνων ἡσυχίαν ἀγόντων ἐπὶ συνθήκαις, οἱ δανεισταὶ τοὺς ὀφειλέτας μετεχειρίζοντο βιαιότερον, καὶ ὁ δῆμος αὖθις ἐστασίαζε διὰ τοῦτο, ὥστε καὶ εἰς τὸ Συνέδριον συνδραμεῖν, καὶ πάντες ἂν ὑπὸ τῶν εἰσπεσόντων ἐν αὐτῷ διεφθάρησαν, εἰ μή τινες τοὺς Οὐολούσκους εἰς τὴν χώραν ἐμβαλεῖν ἤδη κατήγγειλαν. Πρὸς δὲ τὴν τοιαύτην ἀγγελίαν ὁ

XIV. Tunc igitur Largio dictatore creato, populus novarum rerum studio repudiato, in armis fuit. Sed Latino bello pactionibus sopito, cum creditores nomina sua violentius tractarent, tanta plebis orta est indignatio, ut in curiam concursus fieret, ac in eo tumultu patres occisi essent, nisi quidam nuntiassent Volscos infesto exercitu ad urbem oppugnandam venire. Ad eum nuntium plebs quievit, non reverentia senatus, sed exspe-

ctatione, ut is statim ab hostibus interiret. Quare neque mœnia custodierunt, neque opis quidquam attulerunt, donec Servilius ob æs alienum nexos solvit, et ne debitor quisquam expeditionis tempore appellaretur, edixit, seque levaturum æs alienum promisit. Tum igitur his promissis excitati **339** hostes vicerunt. Sed, cum deinde nec ære alieno levarentur, nec ulla æquitate tractarentur, rursus ab iratis tumultuatum, et contra senatum et consules mota seditio. Verum denuo exorto bello, consules novas tabulas decreverunt: sed aliis adversantibus, M. Valerius, Publicolæ gentilis, homo apud plebem gratiosus, dictator est creatus. Ac tantus ad eum et tam alacer, stipendio promisso concursus factus, ut et Sabinos vinceret, et Volscos Æquosque illorum fœderatos. Ob id ei cum alios honores, tum Maximi cognomentum decreverunt. Qui cum multa in senatu in populi gratiam disseruisset, neque quidquam impetrasset, iratus e curia se proripuit: et cum apud plebem in concione senatum nonnihil perstrinxisset, dictatura se abdicavit. Plebs vero magis ad seditionem irritata est. Nam creditores in alieno repetendo summum jus urgentes, neque ulla æquitate contra debitores utentes, nec id quod debebatur exegerunt, et in alia plura incommoda inciderunt. Inopia enim, atque inde orta desperatio, malum est admodum violentum, et si multitudinem sibi asciverit, pene inexpugnabile. Tum igitur locupletum erga pauperes severitas, plurimorum malorum Romanis causa fuit. Ut enim milites expeditionibus premebantur, et in multis sæpius evidenter decepti fuerant, et debitores a fœneratoribus et contumelias et flagra perpetiebantur: tanta iracundia exarserunt, ut inopum multi urbe excederent et castra desererent, et ex agro Romano hostium instar commeatus peterent. Quo facto, cum multi ad eos qui secessionem fecerant, confluerent, senatores veriti, ne et hi magis exasperarentur, et civitatem factionibus distractam finitimi invaderent, per oratores plebi polliciti sunt se facturos quidquid ipsa vellet. Ea vero maxime fremente, et nullas rationes admittente, Menenius Agrippa unus ex oratoribus petiit, ut fabulam audirent, et audientia impetrata, dixit: *Orta aliquando contra ventrem cæterorum membrorum seditione, dixisse oculos, manus et pedes sua opera in officio esse; linguam et labia, per se animorum sensus annuntiari; aures* **340** *suo ministerio aliorum sermones ad mentem pervenire; manus, suo labore parari res necessarias; pedes, totum corpus a se sustentari, seque sive iter, sive opus fiat, sive stetur, fatigari. Ventrem vero solum omnis muneris et laboris expertem, ministeriis omnium tanquam regem uti, et sudoribus illorum partis frui facultatibus. Ventrem hæc ita se habere confessum, si videretur, nihil sibi tribui, nihil ministrari jussisse. Membra communiter decrevisse, ne quid deinceps ventri suppeditaretur. Qui cum nullum cibum acci-*

A δῆμος ἠρέμησεν, οὐχὶ φεισάμενος τῆς βουλῆς, ἀλλ' ὡς παρὰ τῶν πολεμίων ὅσον οὔπω φθαρησομένης. Διὸ οὔτε τοῦ τείχους ἔθεντο φυλακὴν, οὔτε τινὰ παρεῖχον βοήθειαν, μέχρις ὁ Σερουΐλιος τούς τε ἐξ ὑπαρημερίας κρατουμένους ἀφῆκε, καὶ ἄδειαν τῶν εἰσπράξεων καθόσον στρατεύοιντο, ἐψηφίσατο, καὶ κουφίσαι τὰ χρέα ὑπέσχετο. Τότε μὲν οὖν διὰ ταῦτα τοῖς πολεμίοις ἐπεξελθόντες, ἐνίκησαν. Μήτε δὲ τῶν χρεῶν κουφισθέντες, μήτ' ἄλλου μηδενὸς τυχόντες ἐπιεικοῦς, καὶ πάλιν ἐθορύβουν τε καὶ ὠργίζοντο, καὶ κατὰ τῆς βουλῆς καὶ κατὰ τῶν στρατηγῶν ἐστασίαζον. Πολέμου δὲ αὖθις ἐπενεχθέντος, οἱ μὲν στρατηγοὶ χρεῶν ἀποκοπὰς ἐψηφίζοντο, ἠναντιώθησαν δ' ἕτεροι· διὸ καὶ δικτάτωρ ἐῤῥήθη Οὐαλλέριος Μάρκος, ἐκ τῆς τοῦ Ποπλικόλα συγγενείας γενόμε-
B νος, καὶ τῷ πλήθει φιλούμενος· ἔνθεν τοι τοσοῦτοι καὶ οὕτω προθύμως, ἐπεὶ αὐτοῖς καὶ ἆθλα ὑπέσχετο, συνελέγησαν, ὡς καὶ τῶν Σαβίνων κρατῆσαι, καὶ τῶν συμμαχούντων αὐτοῖς Οὐολούσκων καὶ Αἰκουῶν. Ἐπὶ τούτοις ἄλλας τε τῷ Οὐαλλερίῳ ὁ δῆμος τιμὰς ἐψηφίσατο, καὶ Μάξιμον ἐπωνόμασεν, ἐξελληνιζόμενον δὲ Μέγιστον σημαίνει τὸ ὄνομα. Ὁ δὲ θέλων τῷ δήμῳ χαρίσασθαι, πολλὰ διελέχθη τῇ Γερουσίᾳ, ἀλλ' οὐκ ἔσχε ταύτην πειθήνιον. Διὸ σὺν ὀργῇ ἐκπηδήσας τοῦ Συνεδρίου, δημηγορήσας τε πρὸς τὸν δῆμόν τινα κατὰ τῆς βουλῆς, τὴν ἡγεμονίαν ἀπείπατο. Καὶ ὁ δῆμος ἔτι μᾶλλον εἰς στάσιν ἠρέθιστο. Οἱ γὰρ δανεισταὶ τῆς περὶ τὰ συμβόλαια ἀκριβείας ἐχόμενοι, καὶ μηδὲν τοῖς ὀφλοῦσιν ἐκδιδόντες, τοῦ
C ἀκριβοῦς τε διήμαρτον, καὶ πολλῶν ἑτέρων ἀπέτυχον. Ἡ γὰρ πενία, καὶ ἡ ἐκ ταύτης ἀπόνοια κακόν ἐστι βίαιον· εἰ δὲ καὶ τὸ πλῆθος προσλάβοι, καὶ δυσμαχώτατον. Πλείστων γοῦν δεινῶν τοῖς Ῥωμαίοις αἰτία ἡ τότε τῶν δυνατωτέρων πρὸς τοὺς ὑποδεεστέρους ἀκρίβεια γέγονεν. Ὡς γὰρ ταῖς στρατείαις τε τὸ στρατιωτικὸν ἐπιέζετο, καὶ πολλὰ πολλάκις ἐλπίσαν σαφῶς ἐξηπάτητο, καὶ παρὰ τῶν δανειστῶν οἱ ὀφειλέται ὑβρίζοντο καὶ ᾐκίζοντο, ἐς τοσοῦτον ὀργῆς ἐξεκαύθησαν, ὡς καὶ τὴν πόλιν τῶν ἀπόρων συχνοὺς ἐκλιπεῖν, καὶ ἐκ τοῦ στρατοπέδου ἀναχωρῆσαι, καὶ ἐκ τῆς χώρας ὡς πολεμίους τὰς τροφὰς ἐρανίζεσθαι. Οὕτω δὲ τούτων συνενεχθέντων, ἐπεὶ πολλοὶ πρὸς τοὺς ἀποστάντας συνέῤῥεον, δείσαντες οἱ βουλευταὶ, μὴ ἐπὶ πλέον οὗτοί τε ἐκπολεμωθῶσι, καὶ τῇ στάσει
D συνεπίθωνται οἱ περίοικοι, διεκηρυκεύσαντο πρὸς αὐτοὺς, ὅσα πρὸς βουλῆς ἦσαν αὐτοῖς ποιεῖν ὑπισχνούμενοι. Ὡς δὲ μάλιστα ἐθρασύνοντο καὶ οὐδένα λόγον ἐδέχοντο, εἷς τῶν πρέσβεων Ἀγρίππας Μενήνιος, μύθου τινὸς σφᾶς ἀκοῦσαι ἠξίωσε, καὶ τυχὼν εἶπε· *Στασιάσαι πρὸς τὴν γαστέρα πάντα τὰ μέλη τοῦ σώματος, καὶ φᾶναι τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὡς ἡμεῖς τάς τε χεῖρας ἐνεργοὺς εἰς ἔργα, καὶ τοὺς πόδας πρὸς πορείαν τιθέαμεν· τὴν γλῶσσαν δὲ καὶ τὰ χείλη, ὅτι δι' ἡμῶν τὰ τῆς καρδίας βουλεύματα ἐξαγγέλλονται· τὰ ὦτα δ' αὖ, ὡς δι' ἡμῶν οἱ δι' ἑτέρων λόγοι τῷ νοῒ παραπέμπονται· τὰς δὲ χεῖρας, ὅτι ἐργάτιδες οὖσαι ἡμεῖς περιποιούμεθα πορισμούς· τοὺς πόδας δ' αὖθις, ὅτι ἅπαν ἡμεῖς τὸ σῶμα φέροντες, κοπιῶμεν κἂν ταῖς*

πορείαις κἂν ταῖς ἐργασίαις, κἂν ταῖς στάσεσιν. Ἡμῶν δ' ἐνεργούντων οὕτω, σὺ μόνη ἀσυντελὴς οὖσα καὶ ἀεργὸς, ὑπὸ πάντων ἡμῶν ὡς δέσποινά τις ὑπηρετῇ, καὶ τῶν ἐκ καμάτου πάντων ἡμῶν πορισμῶν ἀπολαύεις αὐτή. Ἡ δὲ γαστὴρ συνέθετο, καὶ αὐτὴ οὕτω ταῦτ' ἔχειν. Καὶ εἰ δοκεῖ, ἔφησεν, ἀχορήγητόν με ἐάσατε, μηδέν μοι προσφέροντες. Ἔδοξε ταῦτα, καὶ μή τι τοῦ λοιποῦ χορηγεῖσθαι τῇ γαστρὶ κοινῶς ἐψηφίσθη τοῖς μέλεσι. Τροφῆς δὲ μὴ προσφερομένης αὐτῇ, οὔθ' αἱ χεῖρες πρὸς ἔργον ἦσαν εὐκίνητοι, διὰ τὴν ἔνδειαν τῆς γαστρὸς ἀτονήσασαι, οὔθ' οἱ πόδες ἔῤῥωντο, οὔτε τι ἕτερον τῶν μελῶν τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν παρεῖχεν ἀπρόσκοπον, ἀλλ' ἄπρακτα πάντα, δυσκίνητά τε, ἢ καὶ τέλεον ἦσαν ἀκίνητα. Καὶ τότε συνῆκαν, ὅτι τὰ τῇ γαστρὶ προσφερόμενα, οὐ μᾶλλον ἐκείνῃ, ἀλλ' αὐτοῖς κεχορήγηνται, καὶ αὐτῶν ἕκαστον ἐκείνῃ προσαγομένων παραπολαύει. Τούτοις τοῖς λόγοις τὸ πλῆθος συνῆκεν, ὡς αἱ τῶν εὐπόρων οὐσίαι καὶ τοῖς πένησίν εἰσιν εἰς ὠφέλειαν. Καὶ εἰ κἀκεῖνοι ὠφελοῖντο ἐκ δανεισμάτων, καὶ τὰς οὐσίας αὔξουσιν, οὐκ εἰς βλάβην τοῦτο τῶν πολλῶν ἀποβαίνει· ὡς εἴ γε μὴ ἔχοιεν οἱ πλουτοῦντες, οὐδ' οἱ πένητες ἂν ἐν καιροῖς ἀναγκαίοις ἕξουσι τοὺς δανείσοντας, καὶ ἀπολοῦνται χρείας κατεπειγούσης. Ἐντεῦθεν ἠπιώτεροι γενόμενοι κατηλλάγησαν, κουφισμὸν τῶν ὀφειλῶν, καὶ τῶν ὑπερημεριῶν ἄφεσιν τῆς βουλῆς ψηφισαμένης αὐτοῖς.

perct, neque manus ad opus fuisse agiles, ob ventris inediam defectas viribus: neque pedes valuisse, neque ullum aliud membrum suum munus citra offensam obiisse: sed omnia fuisse ignava, ægra aut penitus immobilia. Tum vero intellectum esse, ea quæ ventri præbentur, non magis ipsi quam omnibus membris suppeditari, ac ea singula fructum inde suum percipere. Ex eo sermone multitudo intellexit, locupletum facultates etiam pauperibus esse utiles. Quod si illi suas opes ex mutuis pecuniis augeant id tamen in populi detrimentum non cedere. Nam si nihil haberent locupletes, neque pauperes necessariis temporibus habituros, unde mutuentur, atque urgente necessitate perituros. Hac oratione mitigati, decreta a senatu levatione debitorum, et nexorum ob æs alienum solutione, in gratiam cum patribus redierunt.

ΙΕ'. Φοβηθέντες δὲ μὴ, σκεδασθείσης αὐτοῖς τῆς συστάσεως, ἢ τὰς συνθήκας οὐκ ἐπιτελεῖς ἕξουσιν, ἢ κακωθῶσι διαλυθέντες, καὶ ἄλλος κατ' ἄλλην πρόφασιν κολάζοιτο συνεχόμενος, συνέθεντο ἐπαρήγειν ἀλλήλοις, ἄν τίς τι ἀδικοῖτο· καὶ ὅρκους ἐπὶ τούτῳ ὑπέσχον, καὶ προστάτας αὐτίκα ἐξ ἑαυτῶν δύω προεχειρίσαντο, εἶτα καὶ πλείους, ἵν' εἶεν αὐτοῖς κατὰ συμμορίαν βοηθοί (94) τε καὶ τιμωροί. Καὶ τοῦτο οὐχ ἅπαξ ἐποίησαν, ἀλλ' ἔκτοτε τὸ πρᾶγμα ἀρξάμενον, οὕτω προέβαινε, καὶ ἐπ' ἐνιαυτὸν τοὺς προστάτας ὡς ἀρχήν τινα ἀπεδείκνυσαν, τῇ μὲν τῶν Λατίνων γλώσσῃ καλουμένους τριβούνους (οὕτω δὲ οἱ Χιλίαρχοι κέκληνται), δημάρχους δὲ προσαγορευομένους τῇ Ἑλληνίδι φωνῇ· ἵνα δὲ διαστέλληται ἡ τῶν τριβούνων προσηγορία, τοῖς μὲν τὸ τῶν στρατιωτῶν, τοῖς δὲ τὸ τοῦ πλήθους προσέθεντο πρόσρημα. Οὗτοι δὴ τοῦ πλήθους οἱ τριβοῦνοι ἢ δήμαρχοι μεγάλων κακῶν αἴτιοι τῇ Ῥώμῃ γεγόνασι. Τὸ μὲν γὰρ τῶν ἀρχόντων ὄνομα οὐκ ἔσχον εὐθὺς, ἰσχὺν δ' ὑπὲρ πάντας τοὺς ἄλλους ἐκτήσαντο, ἤμυνόν τε δεομένῳ παντὶ, καὶ πάντα τὸν ἐπιβοησάμενον σφᾶς ἐῤῥύοντο, οὐκ ἐκ μόνων ἰδιωτῶν, ἀλλὰ καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἀρχόντων, πλὴν τῶν δικτατόρων. Εἰ δέ τις καὶ ἀπόντας αὐτοὺς ἐπεκαλέσατο, κἀκεῖνος ἀπὸ τοῦ συνέχοντος αὐτὸν ἀπηλλάττετο, καὶ ἢ ἐς τὸ πλῆθος ὑπ' αὐτῶν εἰσήγετο, ἢ καὶ ἀπελύετο. Ἀλλὰ καὶ εἴ τί που ἔδοξεν αὐτοῖς μὴ γενέσθαι, ἐκώλυον, κἂν ἰδιώτης ἦν ὁ ποιῶν, κἂν ἄρχων, κἂν ὁ δῆμος, κἂν ἡ βουλὴ πράττειν ἔμελλέ τι, κἂν ψηφίζεσθαι, εἷς δέ τις ἠναντίωτο δήμαρχος, ἄπρακτος καὶ ἡ πρᾶξις καὶ ἡ ψῆφος ἐγίνετο. Τοῦ χρόνου δὲ προϊόντος, καὶ τὴν

XV. Cæterum veriti, ne illo cœtu dissipato, vel pactis non staretur, vel si digressi essent, alius alio nomine comprehensus plecteretur, pepigerunt, si cui fieret injuria, mutuo laturos esse opem. Eoque pacto jurejurando firmato, statim duos patronos sui ordinis elegerunt; deinde auxerunt numerum, ut singulæ classes suos patronos haberent ac vindices. Neque hoc semel fecerunt; sed ab eo tempore, facto initio, res ita processit, ut quotannis eos patronos tanquam magistratus deligerent, qui tribuni plebis, discriminis causa nominantur: quod ii etiam in re militari tribuni dicuntur, qui imperium in mille viros obtinent. Ii tribuni plebis magnas in republica turbas concitarunt: qui cum magistratuum nomen non statim haberent, potentia cæteros omnes superabant, **341** quemvis supplicem defendebant, quemvis a quo implorati essent asserebant, non contra privatos duntaxat, sed etiam adversus ipsos magistratus, dictatoribus tantum exceptis. Quod si quis eos vel absentes appellasset, is quoque ab eo, a quo comprehensus fuerat, liberatus, vel in concionem ab eis adducebatur, vel etiam absolvebatur. Ad hæc, si quod eis decretum sive a privato, sive a magistratu, sive a plebe factum, displicebat, intercedebant. Quod si senatus aliquid vel agere, vel decernere instituisset, atque unus tribunus plebis intercessisset, irritum erat id decretum, actione supersedebatur. Progressu temporis illa etiam, ut et senatum convocarent, dicto non audientes punirent, et aruspices consulerent, aut concessa eis

Variæ lectiones et notæ.

(94) *Ἵν' εἶεν αὐτοῖς κατὰ συμμορίαν βοηθοί.* Ut singulæ classes suos patronos haberent, sequitur numerum tribunorum ad decem esse auctum: classes autem a Servio Tullio institutæ fuerunt sex. W.

sunt, aut ab ipsis usurpata. Nam multa quæ eis non licebant adversationibus illis invictis contra omnia quæ agerentur, obtinuerunt. Etenim leges rogabant, quibus is, sive privatus, sive magistratus, a quo dicto factove offensi essent, sacer esset, ac piaculo obstrictus. Sacrum autem esse, idem erat quod perisse. Sic enim omnia quæ instar victimæ ad cædem destinata sunt, appellantur. Ipsos etiam tribunos plebis sacrosanctos dixit plebs, tanquam sacra mœnia eorum a quibus implorentur. Proinde multa sunt ab eis absurde facta, ut consules in carcerem ducti, ut quidam indicta causa occisi. Neque eis adversari quisque audebat, alioqui et ipse sacer erat. Si qui tamen non ab omnibus tribunis damnarentur, opem dissentientium implorabant: itaque causam dicere, sive apud eos ipsos, sive apud alios judices, sive apud populum licebat, plurium suffragiis vel condemnandis, vel absolvendis. Tribunorum numerus tandem ad denos usque auctus est: unde vires eorum multum sunt imminutæ. Nam collegarum in magistratibus cum natura quodammodo, tum magis ex invidia societas infida est, nec temere fit ut multi, præsertim potentes, consentiant. Eo accedebat, quod alii vim eorum enervare studentes, motus excitabant, ut dissidentium robur infringeretur, aliis ad alios se conferentibus. Uno tamen eorum intercedente, **342** cæterorum sententiæ reddebantur irritæ. Principio curiam non ingrediebantur, sed in aditu sedentes, quid fieret observabant. Ac si quid displicebat, evestigio refragabantur. Post intro vocati sunt, et ad senatoriam quoque dignitatem admissi. Denique ex senatoribus quidam tribunatum expetiverunt, modo ne patricii essent. Plebs enim patricios non admittebat: contra quos cum tribuni creati essent, et ad tantam provecti potestatem, verebantur, ne quis ea potestate in ipsam plebem abuteretur. Si quis autem ejerata familiæ dignitate ad plebeios transibat, benigne admittebatur. Itaque multi ex nobilissimis, magnæ potentiæ cupiditate, nobilitate repudiata, tribunatum gesserunt. Ac tribunorum potestas hunc ortum habuit: quibus duo ædiles sunt adjuncti, quorum ministeriis ad litteras uterentur. Qui cum omnia decreta, omnia plebiscita et senatusconsulta acciperent, atque asservarent, nihil eos, eorum omnium quæ agebantur, latebat. Olim igitur his de causis, dicundique juris ergo creabantur. Post autem cum alia, tum rerum venalium forum eis commissum; unde a Græcis Agoranomi appellantur.

A γερουσίαν ἀθροίζειν, καὶ ζημιοῦν τὸν μὴ πειθαρχοῦντα, καὶ μαντείᾳ χρῆσθαι, καὶ δικάζειν ἐπετράπησαν, ἢ ἑαυτοῖς ἐπέτρεψαν. Καὶ ὃ γὰρ ποιεῖν αὐτοῖς οὐκ ἐξῆν, κατώρθουν ἐκ τῆς ἀνταγωνίστου πρὸς πᾶν τὸ πραττόμενον ὑφ' ἑτέρων, ἐναντιώσεως. Καὶ γὰρ καὶ νόμους εἰσήγαγον, ἵν' ὅστις αὐτοῖς ἔργῳ ἢ λόγῳ προσκρούσῃ, κἂν ἰδιώτης εἴη, κἂν ἄρχων, ἱερός τε ᾖ, καὶ τῷ ἄγει ἐνέχηται. Τὸ γὰρ ἱερὸν εἶναι ἀπολωλέναι ἦν. Οὕτω γὰρ πᾶν ὅπερ ἂν ὥσπερ τι θῦμα εἰς σφαγὴν καθιερώθη, ὠνόμαστο. Καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς δημάρχους τὸ πλῆθος σακροσάγτους ὠνόμασαν, οἷον τείχη ἅγια εἰς φρουρὰν τῶν σφᾶς ἐπικαλουμένων τυγχάνοντας. Σάκρα γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις τὰ τείχη, καὶ σάγκτα τὰ ἅγια. Ἔδρων οὖν πολλὰ ἄτοπα· καὶ γὰρ καὶ ὑπάτους ἔβαλλον εἰς τὸ δεσμωτήριον, καὶ B ἐθανάτουν τινὰς μηδὲ λόγου τυγχάνοντας, καὶ οὐδεὶς αὐτοῖς ἐναντιωθῆναι ἐτόλμα· εἰ δὲ μὴ, καὶ αὐτὸς ἱερὸς ἐγίνετο. Εἰ μέντοι τινὲς μὴ παρὰ πάντων τῶν δημάρχων κατεδικάζοντο, τοὺς μὴ ὁμογνωμονοῦντας ἐπεκαλοῦντο εἰς ἀρωγὴν, καὶ οὕτως εἰς δίκην καθίσταντο ἢ παρ' αὐτοῖς ἐκείνοις, ἢ παρά τισι δικασταῖς, ἢ καὶ παρὰ τῷ πλήθει, καὶ τῆς νικώσης ἐγίνοντο. Εἰς δέκα δὲ προϊόντος τοῦ χρόνου, οἱ δήμαρχοι κατέστησαν. Ὅθεν αὐτοῖς τὸ πολὺ τῆς ἰσχύος καταβέβλητο. Φύσει γὰρ ὥσπερ, φθόνῳ δὲ μᾶλλον, ἀλλήλοις οἱ συνάρχοντες διαφέρονται· καὶ χαλεπὸν πολλοὺς, ἐν δυνάμει μάλιστα ὄντας, συμφρονῆσαι. Ἅμα δὲ καὶ οἱ ἄλλοι διασπᾷν τὴν αὐτῶν μηχανώμενοι δύναμιν, ὅπως ἀσθενέστεροι διχογνωμονοῦντες C ὦσιν, ἐστασίαζον· καὶ οἱ μὲν τοῖσδε, οἱ δὲ τοῖσδε προσετίθεντο. Εἰ δὲ καὶ εἷς σφῶν ἀντεῖπε, τὰς τῶν ἄλλων διαγνώσεις ἀπράκτους ἀπέφαινε. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον οὐκ εἰσῄεσαν εἰς τὸ βουλευτήριον, καθήμενοι δὲ ἐπὶ τῆς εἰσόδου τὰ ποιούμενα παρετήρουν· καὶ εἴ τι μὴ αὐτοῖς ἤρεσκε, παραχρῆμα ἀνθίσταντο. Εἶτα καὶ εἰσεκαλοῦντο ἐντός. Κἀπειτα μέντοι καὶ μετέλαβον τῆς βουλείας οἱ δημαρχήσαντες, καὶ τέλος κἀκ τῶν βουλευτῶν τινες ἠξίωσαν δημαρχεῖν, εἰ μή τις εὐπατρίδης ἐτύγχανεν· οὐ γὰρ ἐδέχετο τοὺς εὐπατρίδας ὁ ὅμιλος. Κατὰ γὰρ τῶν εὐπατριδῶν ἑλόμενοι τοὺς δημάρχους, καὶ πρὸς τοσαύτην προαγαγόντες ἰσχὺν, ἐδεδοίκεσαν, μή τις αὐτῶν τῇ ἰσχύϊ ἐς τοὐναντίον κατ' αὐτῶν χρήσηται. Εἰ δέ τις τὸ γένους ἀξίωμα ἐξωμόσατο, καὶ πρὸς τὴν τοῦ D πλήθους μετέστη νόμισιν, ἀσμένως αὐτὸν προσεδέχοντο. Καὶ συχνοὶ τῶν σφόδρα εὐπατριδῶν ἀπείπαντο τὴν εὐγένειαν, ἔρωτι τοῦ μέγα δυνηθῆναι, καὶ ἐδημάρχησαν. Οὕτω μὲν οὖν ἡ τῶν δημάρχων δυναστεία συνέστη, οἷς καὶ ἀγορανόμους δύο προσείλοντο, οἷον ὑπηρέτας σφίσιν ἐσομένους πρὸς γράμματα. Πάντα γὰρ τά τε παρὰ τῷ πλήθει καὶ τὰ παρὰ τῷ δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ γραφόμενα λαμβάνοντες, ὥστε μηδὲν σφᾶς τῶν πραττομένων λανθάνειν ἐφύλασσον. Τὸ μὲν οὖν ἀρχαῖον ἐπὶ τούτῳ ᾑροῦντο, καὶ ἐπὶ τῷ δικάζειν, ὕστερον δὲ καὶ ἄλλ' ἄττα, καὶ τὴν τῶν ὠνίων ἀγορὰν ἐπετράπησαν, ὅθεν καὶ ἀγορανόμοι τοῖς ἑλληνίζουσιν ὠνομάσθησαν.

XVI. Prima Romanorum seditione ad hunc modum sedata, finitimorum, quorum multi ob eam secessionem contra eos concitati erant, post reditum in gratiam, multa gravia bella sustinuerunt, victis omnibus. Sed cum Coriolos obsiderent, parum ab-

ΙϚ'. Ἡ μὲν οὖν στάσις ἡ πρώτη οὕτω τοῖς Ῥωμαίοις κατέπαυσεν. Ἐκ δὲ τῶν περιοίκων σφίσι διὰ τὴν στάσιν πολλῶν κατ' αὐτῶν κινηθέντων, μετὰ τὴν σύμβασιν ὁμονοήσαντες, ἐῤῥωμένους τοὺς ἐξ ἐκείνων πολέμους διήνεγκαν, καὶ πάντας ἐνίκησαν.

Ὅτε καὶ Κοριόλους πολιορκοῦντες, ἐκπεσεῖν καὶ τοῦ στρατοπέδου μικροῦ ἐκινδύνευον, εἰ μὴ Γναῖος Μάρκιος, εὐπατρίδης ἀνήρ, ἠρίστευσε, καὶ τοὺς ἐπιόντας ἀπώσατο, ὃς διὰ τοῦτο ἄλλως τε ἐδοξάσθη, καὶ Κοριολάνος ἐκ τοῦ ἔθνους, ὃ ἐτρέψατο, ἐπεκλήθη. Καὶ τότε μὲν οὕτως ἤρθη. Οὐ πολλῷ δ' ὕστερον στρατηγῆσαι σπεύδων, καὶ μὴ τυχών, ἠγανάκτησε κατὰ τοῦ ὁμίλου, καὶ τοὺς δημάρχους ἐβαρύνετο. Οἱ οὖν δήμαρχοι, οὓς καταλῦσαι ἐγλίχετο, αἰτίας τινὰς κατ' αὐτοῦ συμφορήσαντες, τυραννίδος αὐτῷ προσῆψαν αἰτίαμα, καὶ τῆς Ῥώμης ἐξήλασαν. Ἐκπεσὼν οὖν, τοῖς Οὐολούσκοις εὐθὺς προσεχώρησεν· ὧν οἱ μὲν πρῶτοι, καὶ οἱ ἐν τοῖς τέλεσιν αὐτῶν ὄντες ἔχαιρόν τε αὐτῷ, καὶ αὖθις πρὸς πόλεμον ἡτοιμάζοντο, Ἀττίου Τουλλίου πρὸς τοῦτον ἐρεθίζοντος ἅπαντας. Ὁ δὲ ὅμιλος ἀπρόθυμος ἦν. Ὡς οὖν οὔτε παραινοῦντες, οὔτ' ἐκφοβοῦντες αὐτοὺς οἱ δυνατοί, κινῆσαι πρὸς ὅπλων ἄρσιν ἠδύναντο, τοιόνδε ἐμηχανήσαντο. Ἱπποδρομίαν τῶν Ῥωμαίων ἀγόντων, ἄλλοι τε τῶν προσχώρων αὐτοῖς καὶ Οὐολοῦσκοι πλήθει πολλῷ κατὰ θέαν συνῆλθοσαν. Ὁ δὲ Τούλλιος τοὺς τῶν Ῥωμαίων στρατηγοὺς ἔπεισεν, ὡς εὐνοῶν δῆθεν αὐτοῖς, τοὺς Οὐολούσκους φυλάσσεσθαι, παρεσκευασμένους ἐπιθέσθαι σφίσιν ἀνελπίστως ἐν τῇ ἱπποδρομίᾳ. Οἱ δὲ στρατηγοὶ καὶ τοῖς ἄλλοις τὸ μήνυμα κοινωσάμενοι, τοὺς Οὐολούσκους αὐτίκα πρὸ τοῦ ἀγῶνος ἅπαντας ἐξεκήρυξαν. Οἱ δὲ δυσανασχετήσαντες, ὅτι μόνοι ἐκ πάντων ἐξελήλαντο, ἕτοιμοι πρὸς μάχην ἐγένοντο. Καὶ προστησάμενοι τὸν Κοριολάνον τε καὶ τὸν Τούλλιον, ἐπὶ τὴν Ῥώμην, καὶ τοὺς Λατίνους προσειληφότες, πλήθει ἐχώρησαν πλείονι. Ὁ οἱ Ῥωμαῖοι πυθόμενοι πρὸς τὰ ὅπλα μὲν οὐκ ἐξώρμησαν, ἐν αἰτίαις δ' ἀλλήλους πεποίηντο, οἱ μὲν τοῦ ὁμίλου τοὺς εὐπατρίδας, ὅτι ἐξ αὐτῶν ὁ Κοριολάνος τυγχάνων, μετὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπὶ τὴν πατρίδα στρατεύοιτο· οἱ δὲ τὸν ὅμιλον, ὅτι μὴ ἐνδίκως αὐτὸν ἐξελάσαντες, πολέμιον πεποιήκασιν. Οὕτω δὲ στασιάζοντες, ἐς μέγα τι κακὸν ἐνέπεσον ἄν, εἰ μὴ καὶ αἱ γυναῖκες αὐτοῖς ἐπεκούρησαν. Ὡς γὰρ ἡ γερουσία κάθοδον τῷ Κοριολάνῳ ἐψηφίσατο, καὶ ἐπὶ τούτῳ πρέσβεις πρὸς ἐκεῖνον ἐστάλησαν, ἐκεῖνος καὶ τὴν χώραν τοῖς Οὐολούσκοις ἀποδοθῆναι ἀπῄτει, ἧς ἐν τοῖς πρὶν πολέμοις ἐστέρηντο. Τὸ δὲ πλῆθος τῆς χώρας οὐ μεθίετο. Πάλιν οὖν ἑτέρα πρεσβεία. Ὁ δὲ περιθύμως ἔφερεν, ὅτι καὶ περὶ τῆς ἑαυτῶν κινδυνεύοντες, οὐδ' οὕτω τῶν ἀλλοτρίων ἀφίστανται. Καὶ τούτων δὲ ἀγγελθέντων αὐτοῖς, οὐδ' ἔτι κεκίνηντο, οὐδ' ὑπὸ τῶν κινδύνων οἱ ἄνδρες τοῦ στασιάζειν ἐξίσταντο. Αἵ τε γυναῖκες, ἥ τε γαμετὴ τοῦ Κοριολάνου Οὐολομνία, καὶ ἡ μήτηρ Οὐετουρίνα, καὶ τὰς λοιπὰς τὰς ἐπιφανεστάτας παραλαβοῦσαι, ἦλθον ἐς τὸ στρατόπεδον πρὸς αὐτόν, καὶ τὰ παιδάρια αὐτοῦ ἐπαγόμεναι. Καὶ αἱ μὲν ἄλλαι σιωπῶσαι ἐδάκρυον· ἡ δὲ Οὐετουρίνα· *Οὐκ ηὐτομολήκαμεν*, ἔφη, *τέκνον, ἀλλ' ἡ πατρὶς ἡμᾶς ἔπεμψέ σοι. Εἰ μὲν πείθοιο, μητέρα καὶ γυναῖκα καὶ τέκνα· εἰ δὲ μή, λάφυρα. Καὶ εἰ καὶ νῦν ἔτι ὀργίζῃ, πρώτας ἡμᾶς ἀπόκτεινον. Καταλλάγηθι, καὶ μηκέτι ὀργίζου τοῖς πολίταις, τοῖς φίλοις,*

A fuit, quin castris exuerentur, nisi virtus Caeli Martii, viri patricii, profligatis hostibus, obstitisset, qui cum aliis honoribus est affectus, tum Coriolani cognomentum, a devicto a se populo consecutus. Ac tum ita in altum est evectus: non multo autem post cum ei petenti prætura negata, iratus populo, tribunitiam potestatem insectatus, et abrogare conatus esset, a tribunis plebis, quibusdam criminibus confictis et affectati regni calumnia instructa, in exsilium actus est. Exsul statim ad Volscos se contulit, quorum principes et magistratus, adventu illius læti, Actii Tullii impulsu rursus ad bellum se parabant. Quod cum populo minime placeret, qui a potentibus neque admonendo, 343 neque terrendo ad arma sumenda commoveri posset, B hac arte sunt usi. Cum ludis circensibus cum alii ex finitimis, tum magna Volscorum multitudo Romam ad spectaculum convenisset, Tullius per benevolentiæ speciem Romanorum consulibus persuasit, Volscos cavendos esse, paratos ad impetum in eos circo faciendum. Consules eo indicio etiam communicato, Volscos ante ludos statim civitate excedere præconio jusserunt. Hi vero graviter ferentes, se solos ex omnibus esse pulsos, ad bellum irritati, imperatoribus lectis Coriolano et Tullio, ac Latinorum auxiliis ascitis, majore numero contra Romanos sunt profecti. Quo illi audito non statim arma corripuerunt, sed inter se criminibus certarunt. Plebeii cum patriciis, quod ex eo ordine Coriolanus cum hostibus patriam oppugnatum C iret: illi cum plebe, quod eumdem iniquo exsilio multatum, hostem reddidissent. Ea contentio in magnum malum evasisset, nisi matronæ tulissent opem. Nam cum senatus Coriolano reditum decrevisset, ac legatos ad eum propterea misisset, et ille, ut agri superioribus bellis adempti Volscis redderentur, postulasset, multitudine de agris non assensa, rursus alia legatio mittitur. Quam ille iracunde tulit, quod qui de suis agris periclitarentur, nec sic quidem cederent alienis. Quibus nuntiatis cum plebs nihil moveretur, neque vel periculis admonita, a seditione recederent viri, matronæ, Coriolani uxor Volumnia, et mater Veturia, clarissimis quibusque mulieribus assumptis, D in castra hostium sunt profectæ, liberis etiam Coriolani adductis. Cæteris autem tacite plorantibus, Veturia: *Non transfugimus*, inquit, *fili: sed nos patria misit. Si parueris, matrem, uxorem et liberos: sin minus prædam. Quod si tua nondum desæviit iracundia, nos primas occidito. Reconciliare omissa ira civibus, amicis, sacris, monumentis. Noli exscindere patriam, in qua natus es, et educatus, et magnum illud Coriolani cognomentum adeptus. Ne me voti impotem dimiseris, ne meis manibus interfectam me videas.* His dictis ejulans, et mammis ostensis, et ventre 344 attrectato: *Hic te genuit*, inquit, *hæ te lactaverunt*. Deinde ab uxore et liberis ejus, cæterisque mulieribus fletu orto, ille quoque ad luctum commotus et vix sibi redditus ma-

trem amplectitur, et inter oscula : *En tibi*, inquit, *mater pareo. Tum enim me vincis : tibi gratiam istam debebunt omnes. Ego vero ab eorum etiam conspectu abhorreo, qui pro tantis beneficiis talem mihi gratiam retulerunt. Verum tu meo loco patriam teneto, quando ita voluisti ego recedam.* Hæc locutus, repudiato in patriam reditu, in Volscos recessit, ibique senex obiit.

A *τοῖς ἱεροῖς, τοῖς τάφοις. Μηδὲ ἐκπολιορκήσης τὴν πατρίδα, ἐν ᾗ ἐγεννήθης καὶ ἐτράφης, καὶ τὸ μέγα τοῦτο ὄνομα Κοριολάνος ἐγένου. Μήτε ἄπρακτον ἀποπέμψῃς, ἵνα μὴ νεκρὰν με αὐτοχειρίᾳ θεάσῃ.* Ἐπὶ τούτοις ἀνέκλαυσε, καὶ τοὺς μαστοὺς προδείξασα, τῆς τε γαστρὸς ἁψαμένη, *Αὕτη σε ἔτεκεν*, ἔφη, *τέκνον, οὗτοί σε ἐξέθρεψαν.* Ἡ μὲν εἶπε ταῦτα. Ἡ γαμετὴ δὲ αὐτοῦ, καὶ τὰ παιδάρια, καὶ αἱ ἄλλαι γυναῖκες συνεθρήνησαν, ὥστε κἀκεῖνον εἰς πένθος κινῆσαι. Μόλις δ' ἀνενεγκὼν, περιέπλεξε τὴν μητέρα, καὶ φιλῶν ἅμα· *Ἴδε*, ἔφη, *μῆτερ, πείθομαί σοι. Σὺ γάρ με νικᾷς, καὶ σοὶ ταύτην τὴν χάριν πάντες ἐχέτωσαν. Ἐγὼ γὰρ οὐδὲ ἰδεῖν αὐτοὺς ὑπομένω, οἳ τηλικαῦτα παρ' ἐμοῦ εὐεργετηθέντες, τοιαῦτά μοι ἀνταπέδωκαν. Οὐδ' ἀφίξομαι εἰς τὴν πόλιν, ἀλλὰ σὺ μὲν ἀντὶ ἐμοῦ τὴν πατρίδα ἔχε, ὅτι τοῦτο ἠθέλησας· ἐγὼ δὲ ἀπαλλαγήσομαι.* Ταῦτα εἰπὼν, ἀπανέστη, καὶ οὐδὲ τὴν κάθοδον κατεδέξατο. Ἀναχωρήσας δὲ εἰς τοὺς Οὐολούσκους, ἐκεῖ γηράσας, ἀπήλλαξεν.

XVII. Tribuni plebis agrum hostibus ademptum, populo dividi postulantibus, Romani et inter sese, et ab hostibus multa detrimenta cœperunt. Nam divites cum plebem aliter continere non possent, bella ex bellis de industria severunt, ut iis occupati, legis Agrariæ obliviscerentur. Quo consilio tandem a nonnullis animadverso, non passi sunt utrumque consulem a potentibus designari : sed et ipsi alterum ex patriciis eligere voluerunt. Eo impetrato, Spurium Furium elegerunt : quo duce omnia quæ aggressi sunt, sedulo confecerunt. Sed qui cum ejus collega Cæsone Fabio exierant, adeo se viros fortes non præbuerunt, ut castris relictis in urbem reversi, tumultum excitarint : donec Tyrrheni ea re cognita, illos invaserunt : ac ne tum quidem prius sunt egressi, quam tribuni quidam patriciis assensi essent. Tum vero strenue pugnarunt : ac multis hostibus cæsis, ipsorum quoque non pauci ceciderunt. Cecidit etiam alter consul Manlius. Plebs vero consulem alium creavit. Orto rursus a Tyrrhenis bello, Fabii Romanis, quomodo resisti posset hostibus, sollicitis opem tulerunt. Qui vi et CCC numero, quia populum anxium, nihil quod in rem esset deliberantem, ac desperantem omnia videbant, Tyrrhenum bellum suis et corporibus et sumptibus gerendum sibi depoposcerunt : et opportuno loco præsidium communierunt, unde infesta hostium omnia fecerunt, Tyrrhenis acie decernere aut non audentibus, aut si ausi essent, turpiter profligatis. Sed sociis ascitis, **345** et insidiis in saltu quodam collocatis, Fabios ob crebras victorias incautos circumvenerunt, et occiderunt omnes. Ac eorum familia internecione periisset, nisi unus ob teneriorem ætatem domi relictus fuisset, a quo instaurata, deinceps quoque floruit. Cum hæc clades accepta esset, Romani a

B IZ'. Οἱ δὲ δήμαρχοι χώραν ἐκ πολεμίων προσκτηθεῖσαν Ῥωμαίοις, ἀπῄτουν διανεμηθῆναι τῷ πλήθει· ὅθεν πρὸς ἀλλήλων τε καὶ πρὸς τῶν πολεμίων πολλὰ ἐκακώθησαν. Οἱ γὰρ δυνατοὶ μὴ ἄλλως κατέχειν αὐτοὺς δυνάμενοι, πολέμους ἐκ πολέμων ἐξεπίτηδες ἐκίνουν, ἵν' αὐτοῖς ἀσχολούμενοι, μηδὲν περὶ τῆς γῆς πολυπραγμονῶσι. Χρόνῳ δέ ποτε ὑποτοπήσαντές τινες τὸ πραττόμενον, οὐκ εἴων καὶ ἄμφω τοὺς ὑπάτους ἢ στρατηγοὺς ὑπὸ τῶν δυνατῶν ἀποδείκνυσθαι, ἀλλ' ἤθελον καὶ αὐτοὶ τὸν ἕτερον ἐκ τῶν εὐπατριδῶν αἱρεῖσθαι. Ὡς δὲ τοῦτο κατειργάσαντο, προείλοντο Σπούριον Φούριον (95)· καὶ μετ' ἐκείνου στρατευσάμενοι, πάντα ἐφ' ὅσα ὥρμησαν, προθύμως κατέπραξαν. Οἱ δὲ τῷ συνάρχοντι αὐτοῦ Φαβίῳ Καίσωνι συνεξελθόντες, οὐ μόνον οὐκ ἐῤῥώσθησαν, ἀλλὰ καὶ C τὸ στρατόπεδον ἐκλιπόντες, εἰς τὴν πόλιν ἦλθον, καὶ ἐθορύβουν, ἕως οἱ Τυρσηνοὶ, τοῦτο μαθόντες, ἐπεχείρησαν αὐτοῖς. Καὶ τότε μέντοι οὐ πρότερον ἐξῆλθον τῆς πόλεως, πρὶν τῶν δημάρχων τινὰς συμφρονῆσαι τοῖς δυνατοῖς. Ἠγωνίσαντο δὲ προθύμως, καὶ πολλοὺς μὲν τῶν πολεμίων διέφθειραν, συχνοὶ δὲ καὶ αὐτῶν ἀπέθανον. Ἔπεσε δὲ καὶ ὁ εἷς τῶν ὑπάτων ὁ Μάλιος (96). Ὁ δὲ ὅμιλος στρατηγὸν ἕτερον (97) εἵλετο, καὶ πόλεμος αὖθις αὐτοῖς ἐπενήνεκτο πρὸς τῶν Τυρσηνῶν. Ἀθυμοῦσι δὲ Ῥωμαίοις, καὶ ἀποροῦσι, πῶς τοῖς ἐχθροῖς ἀντικαταστῶσιν, οἱ Φάβιοι ἐπεκούρησαν. Ἓξ γὰρ ὄντες καὶ τριακόσιοι, ὡς ἀθυμοῦντας εἶδον αὐτοὺς, καὶ μήτε τι βουλευομένους λυσιτελὲς, καὶ ἀπογινώσκοντας ἅπαντα, τὸν πρὸς τοὺς Τυρσηνοὺς D ὑπεδέξαντο πόλεμον, αὐτοὶ δι' ἑαυτῶν προθυμηθέντες μαχέσασθαι καὶ τοῖς σώμασι καὶ τοῖς χρήμασι. Καί τι χωρίον καταλαβόντες ἐπίκαιρον, ἐτειχίσαντο, ὅθεν ὁρμώμενοι, πάντα τὰ τῶν πολεμίων ἦγον, τῶν Τυρσηνῶν μηδὲ ἐς χεῖρας αὐτοῖς ἰέναι θαῤῥούντων, εἰ δὲ καί ποτε συμμίξειαν, ἐλαττουμένων παρὰ πολύ. Προσλαβόμενοι δὲ καὶ συμμάχους οἱ Τυρσηνοὶ, ἐν

Variæ lectiones et notæ.

(95) *Φούριον*. Φρούριον, tres mss. Regii habent.

(96) *Ὁ Μάλιος*. Sic tres mss. Regii.

(97) *Στρατηγὸν ἕτερον*. Sic reposuimus ex duobus Regiis mss. ubi Wolfius, alter Reg. et Colbert. τὸ τρίτον τὸν Μάλιον εἵλετο. Ubi obiter observandum apud Zonaram, cum de rebus Romanis agit, *consules*, ut hoc loco, στρατηγοὺς appellari, et στρατηγῆσαι pro *consulatum inire*, usurpari. Quod ex hisce verbis in hac sectione descriptis vel colligitur : Ἄμφω τοὺς ὑπάτους, ἢ στρατηγούς. Consules enim postmodum dici cœpere, qui antea prætores vocabantur, ut ex Dione, n. 19, scribit Zonaras : Τότε γὰρ λέγεται πρῶτον ὑπάτους αὐτοὺς προσαγορευθῆναι, στρατηγοὺς καλουμένους πρότερον. Atque ita variis in istius libri locis, *consules*, reposuimus, ubi Wolfius *duces*, vel *prætores*, posuerat.

ὑλώδει χωρίῳ ἐλόχησαν, καὶ ἀφυλάκτους ἐπελθόντας αὐτοῖς τοὺς Φαβίους ὑπὸ τοῦ πάντα νικᾷν, περιεστοίχισαν, καὶ πάντας ἐφόνευσαν· καὶ παντελῶς τὸ γένος αὐτῶν ἐξέλιπεν ἄν, εἰ μὴ εἷς τις οἴκοι κατελείφθη διὰ νεότητα, ἀφ' οὗπερ αὖθις εἰσέπειτα ἤνθησαν. Τῶν δὲ Φαβίων οὕτω φθαρέντων, οἱ Ῥωμαῖοι μάλα παρὰ τῶν Τυρσηνῶν ἐκακώθησαν. Εἶτα πρὸς μὲν τοὺς πολεμίους σπονδὰς ἐποιήσαντο. Τραπόμενοι δ' ἐπ' ἀλλήλους ἔπραξαν πολλὰ δεινά, ὡς μηδὲ τῶν στρατηγῶν ἀποσχέσθαι τὸ πλῆθος. Τούς τε γὰρ ὑπηρέτας αὐτῶν ἔπαιον, καὶ τὰς ῥάβδους κατέκλων, αὐτούς τε τοὺς στρατηγοὺς ὑπ' εὐθύνην ἦγον ἐπὶ πάσῃ προφάσει καὶ μείζονι καὶ ἐλάττονι. Ἄππιον οὖν Κλαύδιον καὶ παρ' αὐτὴν τὴν ἀρχὴν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐμβαλεῖν ἐβουλεύσαντο, ὅτι τε αὐτοῖς ἐναντιοῦτο εἰς ἅπαντα, καὶ ὅτι τοὺς συστρατευσαμένους αὐτῷ ἐδεκάτευσεν, ἐπειδὴ τοῖς Οὐολούσκοις ἐν μάχῃ ἐνέδοσαν. Ἡ δεκάτευσις δὲ τοιάνδε τι ἦν. Ὅτε τι οἱ στρατιῶται μέγα ἡμάρτοσαν, ὁ στρατηγὸς εἰς δεκάδας αὐτοὺς ἀριθμῶν, ἕνα λαβὼν ἐξ ἑκάστης δεκάδος τὸν κλήρῳ λαχόντα, θανάτῳ ἐκόλαζεν. Ἀπελθόντα δ' ἐκ τῆς ἀρχῆς τὸν Κλαύδιον, εὐθὺς οἱ τοῦ πλήθους εἰς ἀγῶνα κατέστησαν, καὶ οὐ κατεψηφίσαντο μέν, τὴν ψῆφον δὲ ὑπερθέμενοι, ἐς ἀνάγκην αὐτὸν αὐτοχειρίας κατέστησαν. Καί τινες δὲ τῶν δημάρχων ἄλλα τε κατὰ τῶν εὐπατριδῶν συνέγραψαν, καὶ τὸ ἐξεῖναι τῷ πλήθει, καὶ καθ' ἑαυτὸ συνιέναι, καὶ ἄνευ ἐκείνων βουλεύεσθαι, καὶ χρηματίζειν πάνθ' ὅσα ἂν ἐθελήσῃ. Κἄν τις ἐφ' αἰτίᾳ τινὶ παρὰ τῶν στρατηγῶν προστιμωθῇ, ἔκκλητον ἐπὶ τούτοις τὸν δῆμον δικάζειν ἔταξαν. Καὶ τοὺς ἀγορανόμους δὲ καὶ τοὺς δημάρχους ἐπηύξησαν, ἵνα πλείστους τοὺς αὐτῶν προϊσταμένους ἔχωσι. Πραττομένων δὲ τούτων οἱ εὐπατρίδαι φανερῶς μὲν οὐ πάνυ ἀντέπραττον, πλὴν βραχέων, λάθρα δὲ συχνοὺς τῶν θρασυτάτων ἐφόνευον. Ἀλλ' οὔτε τοῦτο τοὺς λοιποὺς ἐπέσχεν, οὔθ' ὅτι ποτὲ ἐννέα δήμαρχοι πυρὶ ὑπὸ τοῦ δήμου παρεδόθησαν. Οὐ μόνον γὰρ οἱ μετὰ ταῦτα δημαρχοῦντες οὐκ ἠμβλύνοντο, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐθρασύνοντο· εἰς τοῦτο ὑπὸ τῶν εὐπατριδῶν προήχθη ὁ ὅμιλος. Οὔτε γὰρ στρατεύειν ἐπείθοντο πολέμων ἐπικειμένων, εἰ μὴ ὧν ὠρέγοντο ἔτυχον· καὶ εἴ ποτε δ' ἐξῆλθον, ἀπροθύμως ἐμάχοντο, εἰ μὴ πάνθ' ὅσα ἐβούλοντο ἤνυσαν. Κἀντεῦθεν πολλοὶ τῶν προσοίκων αὐτοῖς τῇ ἐκείνων διχοστασίᾳ, ἢ τῇ ἑαυτῶν θαῤῥοῦντες ἰσχύϊ, ἐνεωτέρισαν. Ὧν ἦσαν καὶ Αἰκουοί, οἱ Μάρκον Μινούκιον στρατηγοῦντα τότε νικήσαντες, ἐφρονηματίσθησαν. Μαθόντες δὲ τὸν Μινούκιον (98) ἡττημένον οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ, δικτάτορα Λούκιον Κυΐντιον εἵλοντο, πένητα μὲν ἄνδρα, καὶ γεωργίᾳ συνεζηκότα, ἐς ἀρετὴν δὲ καὶ σωφροσύνην διαπρεπῆ, καίτοι τὰς κόμας ἐς πλοκάμους ἀνιέντα, ὅθεν καὶ Κικινάτος ὠνόμαστο, οἷοι νῦν πολλοὶ περὶ τὰ βασίλεια (99). Ἐκεῖθεν δὲ τοῦ κακοῦ παρειασφθα-

Tyrrhenis graviter vexati, pace cum hostibus facta, in semetipsos conversi, mutuis se cladibus affecerunt: nec ipsis consulibus multitudo abstinuit. Nam et ministros eorum verberarunt, et fasces confregerunt, et ipsos consules per quamvis causam, sive magna ea, sive parva esset, reos fecerunt. Appium Claudium in ipso etiam magistratu in carcerem ducere voluerunt: quod is populi in omnibus adversator, legiones suas decimarat, quod Volscis in prælio cessissent. Decimatio vero hujusmodi fuit. Cum milites graviter deliquerant, imperator omnibus in decurias distributis, decimum quemque cui sors obvenerat, accidebat. Appio, deposito magistratu, plebeii statim diem dixerunt, nec damnarunt tamen: sed die producta, in eam necessitatem adegerunt, ut ipse sibi manus afferret. Ad hæc quidam tribuni plebis cum alia contra patres scripserunt, tum illud, ut populo per se inire concilium, et absque illis deliberare liceret, et suo arbitratu decernere omnia. Quod si quis ob crimen aliquod a consulibus multetur, ei provocationem esse ad populum. Ædiliumque et tribunorum potestatem ampliarunt, ut quamplurimos patronos haberent. Quæ cum agerentur, patricii aperte non nisi in paucis adversabantur, clam vero multos ex audacissimis tollebant. Sed nec id cæteros coercebat: nec illud, quod semel novem tribuni a plebe cremati sunt. Quorum exemplo insecuti tribuni, adeo non facti sunt moderatiores, ut magis etiam sævierint. Eo populus a patribus est redactus. Nam bellis exortis militare noluerunt, nisi optatis eorum satisfieret: aut egressi pugnarunt segniter, nisi quæ voluissent, omnia impetrassent. Unde multi ex finitimis, non tam suis freti viribus, quam illorum dissensionibus, bella moverunt. Quorum e numero Æqui, M. Minutio 346
consule victo, animos sustulerunt. Qua clade cognita, Romani Lucium Quintium, pauperem illum quidem, et agriculturæ deditum, sed virtute et temperantia præstantem, dictatorem dixerunt, qui ob comam in cincinnos implexam, Cincinnatus est appellatus, cujusmodi nunc multi in regia versantur: eoque malo in rempublicam invecto, Cincinnatos ubique videre licet. Is igitur dictator creatus, eodem die ducto exercitu, celeritate citra temeritatem usus, una cum Minutio impetu in Æquos facto, plurimos occidit, cæteros vivos cepit, ac sub jugum missos dimisit. Quæ res hujusmodi erat: Duo recta ligna terra defigebantur, quibus unum obliquum superne imponebatur, per hæc media captivi nudi traducebantur: quod victoribus magnæ gloriæ, victis tanto dedecori erat, ut quidam ei ignominiæ mortem anteferrent. Corvino urbe capta, et Minutio ob cladem consulatu abrogato,

Variæ lectiones et notæ.

(98) *Μαθόντες δὲ τὸν Μινούκιον*. Dionis excerpta Valesiana, p. 578.

(99) *Οἷοι νῦν πολλοὶ περὶ τὰ βασίλεια*. Nobilium Palatinorum suæ ætatis mores hic carpit Zonaras, qui capillos nutriebant, et cincinnati haberi volebant, cum cæteri e Græcis capillos raderent.

domum rediit, atque ipse etiam se magistratu abdicavit.

ρέντος εἰς τὸ πολίτευμα, καὶ ἁπανταχοῦ κινινάτους ἔστιν ὁρᾷν. Οὗτος οὖν δικτάτωρ προχειρισθεὶς, καὶ αὐθημερὸν ἐκστρατεύσας, καὶ τάχει σὺν ἀσφαλείᾳ χρησάμενος, καὶ τοῖς Αἰκουοῖς προσβαλὼν μετὰ τοῦ Μινουκίου, πλείστους μὲν διέφθειρε, τοὺς δ' ἄλλους ἐζώγρησεν, οὓς ὑπὸ ζυγὸν διαγαγὼν ἀφῆκεν. Ἡ δὲ πρᾶξις ἡ τοῦ ζυγοῦ τοιάδε τις ἦν· σταυροὺς δύο ὄρθια δηλαδὴ ξύλα διέχοντα ἀλλήλων, εἰς τὴν γῆν κατεπήγνυον, καὶ αὐτοῖς ἐπετίθουν ἐγκάρσιον ἕτερον, καὶ διὰ μέσου τούτων τοὺς ἁλόντας διῆγον γυμνοὺς, ὃ τοῖς μὲν δρῶσι λαμπρότητα, πολλὴν δ' ἀτιμίαν τοῖς πάσχουσιν ἔφερεν, ὥστε τινὰς τοῦ τοιοῦτόν τι παθεῖν προαιρεῖσθαι θανεῖν. Καὶ πόλιν δὲ αὐτῶν Κορουῖνον καλουμένην ἑλὼν, ἐπανῆλθε, καὶ τὸν Μινούκιον διὰ τὴν ἧτταν τὴν στρατηγίαν ἀφείλετο, καὶ αὐτὸς ἀπέθετο τὴν ἀρχήν.

XVIII. Deinde Romani domestico bello sunt conflictati, a servis et exsulibus conflato, qui noctu subita impressione Capitolium occuparunt. Sed plebs tum quoque non prius arma cepit, quam patriciis aliquid detraxisset. Ac seditiosos oppresserunt: sed multos suorum amiserunt. His igitur de causis Romani et prodigiis quibusdam impulsi, omissis mutuis criminationibus, rempublicam æquabiliorem efficere decreverunt. Ac tres viros in Græciam, ad illorum leges et instituta cognoscenda, ablegarunt: quibus allatis, tribunatum et alios quosdam magistratus abrogarunt, eorumque loco viros VIII principes delegerunt: illoque anno Appium Claudium et Titum Genutium consules cum summo imperio crearunt, data potestate condendi leges, cum appendice, ne ab eis provocatio esset. Id quod prius non nisi dictatoribus concessum fuit. Hi per vices imperarunt, singuli in dies singulos magistratus insignibus ornati. Et leges a se conscriptas in foro proposuerunt: quas cum omnibus probassent, ad populum tulerunt, sancitasque in X tabulas retulerunt. Quæ enim digna custodia **347** judicabant, in tabellis asservabant. Ac illi anno exacto, magistratu abierunt. Quibus alii X cum successissent, ita gesserunt, quasi evertendæ reipublicæ causa delecti essent. Omnes enim simul ex æquo imperabant: ascitisque nobilium adolescentum audacissimis, per vim multa egerunt. Sero tandem, sub anni fere finem, pauca quædam in duabus tabulis suapte auctoritate ascripserunt, non ad concordiam, sed ad majores dissentiones pertinentia. Duodecim igitur tabulæ sic confectæ sunt. Decemviri autem non hæc tantum egerunt, sed et tempore magistratus eorum elapso, adhuc in rebus gerendis sunt versati, republica vi oppressa, neque senatu neque populo convocato, ne successores sibi darentur. Cum autem Æqui et Sabini Romanis arma inferrent, per idoneos homines effecerunt, ut sibi belli administratio mandaretur. Itaque ex decemviris Servius Oppius et Appius Claudius suum pristinum locum retinuerunt: cæteri octo contra hostes sunt profecti. Ita factum, ut cum et in urbe et in castris turbarentur omnia, denuo seditio oriretur. Nam cum prætores in Sabinorum agrum impressionem fecissent, L. Sicium rei bellicæ peritissimum, et præcipuæ apud plebem auctoritatis virum, cum aliis ad occupandum castrum quoddam missum per comites ejus peremerunt. Rumore in castris sparso, cum una cum aliis ab hostibus

ΙΗ'. Οἱ μέντοι Ῥωμαῖοι οἰκεῖον ἐσχήκασι πόλεμον, ὃς ἐκ δούλων συνέστη καὶ φυγάδων τινῶν, οἳ, νυκτὸς ἐπελθόντες ἐξαπιναίως, τοῦ Καπιτωλίου ἐκράτησαν. Ὁ δ' ὅμιλος καὶ τότε οὐ πρότερον ἐν ὅπλοις ἐγένετο, πρίν τι πλέον σχεῖν τῶν εὐπατριδῶν. Ἐπελθόντες δέ γε τοῖς στασιάσασιν, ἐκράτησαν μὲν αὐτῶν, πολλοὺς δὲ τῶν σφετέρων ἀπέβαλον. Διὰ ταῦτα τοίνυν οἱ Ῥωμαῖοι καὶ διά τινα σημεῖα εὐλαβηθέντες, τῶν τε πρὸς ἀλλήλους ἀπηλλάγησαν ἐγκλημάτων, καὶ τὴν πολιτείαν ἰσοτέραν ποιήσασθαι ἐψηφίσαντο. Καὶ τρεῖς ἄνδρας εἰς τὴν Ἑλλάδα διὰ τοὺς νόμους καὶ τὰ παρ' ἐκείνοις ἔθη πεπόμφασι· καὶ κομισθέντων αὐτῶν, τάς τε ἄλλας ἀρχὰς καὶ τὰς τῶν δημάρχων κατέλυσαν, καὶ ἄνδρας ὀκτὼ ἐκ τῶν πρώτων ἀνθείλοντο. Καὶ Ἄππιον Κλαύδιον, Τῖτόν τε Γενούκιον ἀπέδειξαν κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον στρατηγοὺς αὐτοκράτορας, καὶ νόμους αὐτοῖς συγγράψαι ἐπέτρεψαν, μηδὲ μίαν τε δίκην ἐφέσιμον ἀπ' αὐτῶν γενέσθαι προσεψηφίσαντο, ὃ πρώην οὐδενὶ τῶν ἀρχόντων πλὴν τῶν δικτατόρων ἐδέδοτο. Ἦρξάν τε οὗτοι ἡμέραν ἕκαστος, ἐναλλὰξ τὸ πρόσχημα τῆς ἡγεμονίας λαμβάνοντες· καὶ νόμους συγγράψαντες, εἰς τὴν ἀγορὰν ἐξέθηκαν, οἳ, ἐπεὶ πᾶσιν ἤρεσαν, ἐς τὸν δῆμον εἰσήχθησαν, καὶ κυρωθέντες, σανίσιν ἐνεγράφησαν δέκα· ὅσα γὰρ φυλακῆς ἐκρίθησαν ἄξια, ἐν σανιδίοις ἐθησαυρίζοντο. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν, τὸν ἐνιαυτὸν ἀνύσαντες, ἀφῆκαν τὴν ἀρχήν. Ἕτεροι δ' αὖθις αἱρεθέντες δέκα, ὥσπερ ἐπὶ καταλύσει τῆς πολιτείας χειροτονηθέντες ἐξίσχειλαν. Πάντες γὰρ ἅμα ἀπὸ τῆς ἴσης ἦρχον, καὶ νεανίσκους ἐκ τῶν εὐπατριδῶν θρασυτάτους ἐκλεξάμενοι, πολλὰ δι' αὐτῶν ἐποίουν, καὶ βίαια. Ὀψὲ δέ ποτε ἐπ' ἐξόδῳ, τοῦ ἔτους ὀλίγα ἄττα ἐν δύω σανίσι προσέγραψαν, ἐς πάντα δὲ αὐτογνωμονήσαντες, ἀφ' ὧν οὐχ ὁμόνοια, ἀλλὰ καὶ διαφοραὶ μείζους Ῥωμαίοις γενήσεσθαι ἔμελλον. Αἱ μὲν οὖν λεγόμεναι Δώδεκα δέλτοι οὕτως τότε ἐγένοντο. Οἱ δὲ νομοθέται ἐκεῖνοι οὐ μόνον ταῦτ' ἔπραξαν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς ἀρχῆς αὐτοῖς διελθόντος, ἔτι τοῖς πράγμασιν ἐνέμειναν, βίᾳ τὴν πόλιν κατέχοντες, καὶ μηδὲ τὴν βουλὴν ἢ τὸν δῆμον ἀθροίζοντες, ἵνα μὴ συνελθόντες παύσωσιν αὐτούς. Αἰκουῶν δὲ καὶ Σαβίνων πόλεμον αἱρομένων κατὰ Ῥωμαίων, τότε τοὺς ἐπιτηδείους αὐτοῖς παρασκευάσαντες, διεπράξαντο σφίσι τοὺς πολέμους ἐπιτραπῆναι. Ἐκ γοῦν τῆς δεκαρχίας αὐτῶν Σερούϊος μὲν Ὄππιος καὶ Ἄππιος Κλαύδιος κατὰ χώραν ἔμειναν, οἱ δὲ ὀκτὼ ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐστράτευσαν. Πάντα μὲν ἁπλῶς καὶ τὰ ἐν τῷ ἄστει καὶ τὰ ἐν τοῖς στρατοπέδοις τετάρακτο, κἀντεῦθεν στάσις αὖθις συνηνέχθη. Ἐμβαλόντες γὰρ

εἰς τὴν τῶν Σαβίνων γῆν οἱ στρατίαρχοι, Λούκιόν A τινα Σίκιον (1), ἄκρον τε τὰ πολέμια καὶ ἐν τοῖς πρώτοις τοῦ ὁμίλου καταριθμούμενον, μεθ' ἑτέρων ὥς τι χωρίον καταληψόμενον ἔπεμψαν, καὶ διὰ τῶν συνεκπεμφθέντων αὐτῷ τὸν ἄνδρα διέφθειραν. Λόγου δ' εἰς τὸ στρατόπεδον γεγονότος, ὡς παρὰ πολεμίων τοῦ ἀνδρὸς σὺν ἄλλοις ἀνῃρημένου, οἱ στρατιῶται, ἀνελέσθαι τοὺς νεκροὺς ὁρμήσαντες, οὐδὲν σῶμα τῶν ἐναντίων εὑρήκασι, συχνοὺς δὲ τῶν ὁμοφύλων, οὓς ὁ Σίκιος ἐπιθεμένους αὐτῷ ἀπέκτεινεν ἀμυνόμενος. Ὡς οὖν κύκλῳ τε αὐτοῦ κειμένους καὶ τετραμμένους πρὸς αὐτὸν εἶδον, ὑπετόπησαν τὸ γενόμενον, καὶ μέντοι καὶ ἐθορυβήθησαν. Πρὸς δὲ τοῖς καὶ διά τι τοιοῦτον· Λούκιός τις Οὐεργίνιος, ἐκ τοῦ πλήθους ὤν, καὶ θυγατέρα ἔχων περικαλλῆ, Λουκίῳ Ἰκιλλίῳ τῶν ὁμοίων αὐτῷ ἐκδώσειν ἔμελλε. B Ταύτης ὁ Κλαύδιος ἐρασθεὶς, καὶ μὴ τυχὼν, παρεσκεύασέ τινας δουλαγωγῆσαι αὐτήν. Ἐλθὼν ὁ τῆς κόρης πατὴρ ἐκ τοῦ στρατοπέδου, ἐδικαιολογεῖτο. Ὡς δὲ ὁ Κλαύδιος ταύτης κατεψηφίσατο, καὶ τοῖς δουλαγωγοῦσιν αὐτὴν ἡ κόρη παρεδόθη, καὶ οὐδεὶς ἐπήμυνεν, ὑπερήλγησεν ὁ ταύτης πατήρ, καὶ τὴν θυγατέρα κοπίδι διαχειρισάμενος, πρὸς τοὺς στρατιώτας, ὡς εἶχεν, ἐξώρμησεν. Οὓς οὐδὲ πρὶν εὖ διακειμένους οὕτως ἐτάραξεν, ὥστε εὐθὺς ἐπὶ τὴν πόλιν πρὸς τὸν Κλαύδιον ἐπειχθῆναι. Καὶ οἱ ἕτεροι δὲ οἱ ἐπὶ τοὺς Σαβίνους ἐστρατευμένοι, ἐπεὶ τοῦτ' ἔμαθον, τό τε τάφρευμα ἐξέλιπον· καὶ συμμίξαντες τοῖς λοιποῖς, ἄνδρας εἴκοσιν ἑαυτῶν προεστήσαντο, καὶ οὐδὲν μικρὸν ἐλογίζοντο πρᾶξαι. C Καὶ τὸ ἄλλο δὲ πλῆθος τῷ ἐν τῇ πόλει προσεχώρησεν αὐτοῖς, καὶ μετ' αὐτῶν ἐθορύβει. Ἐν τούτοις ὁ μὲν Κλαύδιος φοβηθεὶς ἐκρύβη. Ὄππιος δὲ τήν τε βουλὴν ἤθροισε, καὶ πέμψας ἐπύθετο τοῦ πλήθους, τί βούλονται. Οἱ δὲ τὸν Οὐαλλέριον Λούκιον καὶ τὸν Ὁράτιον Μάρκον, ἄνδρας ἐκ τῶν βουλευτῶν αὐτοῖς προσκειμένους, πεμφθῆναι σφίσιν ἐζήτουν, ὥς τι δι' ἐκείνων ἀποκρινούμενοι. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐπέμφθησαν, φοβηθέντων τῶν δέκα ἀρχόντων (ἤδη γὰρ πάντες παρῆσαν) μὴ στρατηγοῖς αὐτοῖς κατ' αὐτῶν χρήσαιντο, ἔτι μᾶλλον ὠργίζοντο. Φόβος οὖν τοῖς βουλευταῖς ἐνέπεσεν οὐ μέτριος ἐντεῦθεν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ παρὰ γνώμην τῶν ἀρχόντων τόν τε Οὐαλλέριον σφίσι καὶ τὸν Ὁράτιον ἔπεμψαν, κἀκ τούτου, συναλλαγῆς γενομένης, τοῖς μὲν θορυβήσασιν ἄδεια τῶν παραχθέντων ἐδόθη, καὶ ἡ δεκαρχία κατελύθη· αἱ δὲ ἐπέτειοι ἀρχαί, αἵ τε λοιπαὶ καὶ αἱ τῶν δημάρχων ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς προνομίοις ἐπανῆλθον, ἐφ' οἷς πρώην ἦσαν. Ἀποδειχθέντες δὲ ἄρχοντες ἄλλοι τε καὶ Οὐεργίνιος, τὸν μὲν Ὄππιον τόν τε Κλαύδιον εἰς δεσμωτήριον ἐνέβαλον, οἳ πρὶν εὐθυνθῆναι ἑαυτοὺς διεχειρίσαντο, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐγράψαντο, καὶ ἑλόντες ἐξήλασαν.

19. Οἱ δ' ὕπατοι (τότε γὰρ λέγεται πρῶτον D ὑπάτους αὐτοὺς προσαγορευθῆναι, στρατηγοὺς καλουμένους τὸ πρότερον) ἦσαν δὲ Οὐαλλέριος καὶ Ὁράτιος, καὶ τότε καὶ μετέπειτα τῷ πλήθει προσέκειντο, καὶ μᾶλλον αὐτοὺς ἢ τοὺς εὐπατρίδας ἐκράτυναν. Ἐλαττούμενοι οὖν οἱ εὐπατρίδαι οὔτε ῥᾷδιον συνελέγοντο, οὔτε τὰ πράγματα ἐπ' αὐτοῖς ἐποίουν παντάπασιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς δημάρχους οἰωνοσκοπίᾳ ἐν συλλόγοις χρῆσθαι δεδώκασιν, ὃ λό-

cæsum esse : milites ad cadavera tollenda profecti, cum nullum hostile corpus, sed civium complura undique circa Siccium jacentia, et ad eum conversa viderent, quos se defendendo occideiat suspicati, quid actum esset, et tumultuati sunt. Huc aliud facinus accessit. Lucius Virginius homo plebeius, virginem formosissimam L. Icilio ejusdem ordinis viro desponderat : quam cum Claudius deperiret, nec tamen ea potiri posset, quibusdam negotium dedit virginis in servitutem asserendæ. Quam cum pater e castris reversus defenderet, Claudius autem accusatoribus, nemine opitulante, addiceret : pater dolore commotus, filia cultro interfecta, statim ad milites properat : quos nec ante bene affectos sic perturbavit, ut mox in **348** urbem contra Claudium accurrerent. Alii quoque, qui contra Sabinos pugnabant, ea re cognita, vallo deserto congressi cum reliquis, viris xx summa rerum mandata, nihil modicum cogitarunt. Accessit etiam urbana multitudo, ac tumultum auxit. Interea Claudius præ metu se abscondit. Oppius vero, coacto senatu, per internuntios multitudinem percunctatur, quid sibi velit. Quæ cum L. Valerium et M. Horatium senatorii ordinis, sed homines populares, ad se mitti postularet, per quos responsum datura esset, iique missi non essent : veritis decemviris, ne contra se consules crearentur (jam enim omnes aderant) major indignatio populi est exorta. Qua territus senatus, vel invitis decemviris, Valerium et Horatium ablegavit : compositaque controversia, tumultus auctoribus data est impunitas, decemviratu abrogato. Annui vero magistratus cum alii, tum tribunorum, iisdem conditionibus, quibus prius steterant, sunt revocati. Lecti cum alii, tum Virginius, Oppium et Claudium in carcerem compegerunt : qui antequam causam dicerent, sibi ipsi manus attulerunt. Reliquos accusatos et damnatos in exsilium ejecerunt.

XIX. Consules vero (quibus tum primum id nomen factum esse fertur, cum ante prætores vocarentur) Valerius et Horatius, et tum deinceps multitudini addicti, plebeiorum opes magis quam patrum firmarunt. Itaque patres immunita auctoritate neque facile conveniebant, neque ullarum rerum potestatem prorsus sibi vindicabant. Quin tribunis etiam in conventibus, auspiciis utendi facultatem per honoris speciem concesserunt (id enim munus ab

Variæ lectiones et notæ.

(1) *Λούκιόν τινα Σίκιον*. Hinc emendandus Ammianus Marcellinus, lib. xxv, qui *Sicinium* vocat : *Sicinium Dentatum adjiciat, ornatum militarium multitudine coronarum*. *Siccium* etiam vocat Dion. Halicarnasseus.

antiquissimis temporibus ad solos patricios pertinebat) cum revera id agerent, ne tribuni et multitudo quidvis temere agerent, sed per causam auspiciorum aliquando impedirentur. Patricii et senatus irati consulibus, ut populi fautoribus, nec triumphum decreverunt, quamvis uterque hostes vicisset, et neutri diem de more assignarunt : sed multitudo et biduum ferias celebravit, et triumphum illis decrevit. Ea discordia freti hostes, receptis **349** animis Romanos invaserunt. Anno sequente, Marco Genutio et C. Curtio consulibus, contentiones retindegratæ sunt. Nam plebeiis consulatum expetentibus , quod patricii ad plebem transeuntes tribunatum gererent : patriciis vero acriter defendentibus, multa violenter invicem et dicta et facta sunt. Ne quid vero deterius sequeretur, locupletes magistratum ipsum plebi concesserunt, sed nomen non communicarunt : dixeruntque tribunos militares pro consulibus, ne honoratum vocabulum a promiscua turba inquinaretur. Placuit igitur ternos ab utraque factione tribunos deligi, duorum consulum loco. Neque tamen horum nomen penitus defecit, cum alias tribuni crearentur. Atque hæc ita esse acta traditum est. Dictatores autem non soli consules (quamvis eorum auctoritas, illorum magistratu multo minor esset) sed tribuni etiam aliquando designarunt. Fertur tamen nullus unquam tribunus triumphasse, quamvis multi sæpe hostes vicissent. Ac tribuni tum hoc modo creati sunt. Censores vero anno sequente, Barbato et M. Macrino coss. designati sunt L. Papyrius, et L. Sempronius. Eorum creandi causa fuit, quod consules ob multitudinem omnia negotia exsequi non poterant. Nam jura censoribus attributa ad id usque tempus tenuerant. Ac principio bini fuere censores patricii, qui initio et postremo ad quinquennium imperarunt : interjecto vero tempore, menses XVIII ipsisque consulibus quamvis parte duntaxat potestatis eorum accepta, superiores evaserunt. Muneris eorum fuit, publica vectigalia elocare, vias et publica ædificia curare, cujusque facultates describere, mores civium observare et explorare : ac laude dignos, in tribus, in ordinem equestrem, in senatum referre, pro cujusque meritis : improbæ vitæ homines eodem modo ex albo delere. Id quod majus erat iis omnibus, quæ consulibus relinquebantur. Dabant autem in unoquoque jusjurandum, se nec gratia nec odio quidquam acturos : sed sincero animo, ea quæ e republica essent, et deliberaturos, et acturos. Populum item ad rogandas leges, **350** aliaque munia convocabant : et majorum magistratuum ornamentis, lictoribus exceptis, utebantur. Ac tale censorum munus fuit. Qui vero, cum census agebatur, sua nomina et facultates professi non erant, eorum facultates a censoribus, ipsi a consulibus vendebantur. Et hæc ad tempus aliquod sic acta sunt. Post constitutum est, ut qui semel in senatum

A γῳ μὲν τιμὴν αὐτοῖς ἔφερε καὶ ἀξίωμα, (μόνοις γὰρ τοῦτο ἐκ πάνυ ἀρχαίου τοῖς εὐπατρίδαις ἐπιτέτραπτο) ἔργῳ δὲ κώλυμα ἦν, ἵνα μὴ ῥᾳδίως οἱ δήμαρχοι καὶ τὸ πλῆθος ὅσα βούλοιντο πράττοιεν, ἀλλὰ προφάσει τῆς οἰωνοσκοπίας ἔστιν οὗ ἐμποδίζοιντο. Ἀθχόμενοι δὲ τοῖς ὑπάτοις οἵ τε εὐπατρίδαι καὶ ἡ βουλή, ὡς τὰ τοῦ πλήθους φρονοῦσιν, οὐκ ἐψηφίσαντο σφίσι τὰ ἐπινίκια, πόλεμον ἑκατέρου νικήσαντος, οὔθ' ἡμέραν ἑκάστῳ ἀπένειμαν ὥσπερ εἴθιστο, Τὸ μέντοι πλῆθος ἐπὶ δύω τε ἡμέρας ἑώρτασε, καὶ τοῖς ὑπάτοις τὰ νικητήρια ἐψηφίσαντο. Οὕτως οὖν ἐς διαφορὰς τῶν Ῥωμαίων ἐλθόντων, οἱ ἐναντίοι, σφίσιν, ἀναθαρσήσαντες, ἐπῆεσαν αὐτοῖς. Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει Μάρκου Γενουκίου καὶ Γαΐου Κουρ- B τίου ὑπατευόντων, ἐπ' ἀλλήλους ἐτράποντο. Οἵ τε γὰρ τοῦ πλήθους καὶ ὑπατεύειν ἤθελον, ἐπείπερ ἐδημάρχουν οἱ εὐπατρίδαι πρὸς αὐτοὺς μεθιστάμενοι. Καὶ αἱ εὐπατρίδαι λίαν τῆς ὑπάτου ἀρχῆς περιείχοντο, καὶ πολλὰ κατ' ἀλλήλων καὶ βίαια ἔλεγόν τε καὶ ἔπραττον. Ἵνα δὲ μὴ πρός τι χεῖρον χωρήσωσι, τοῦ μὲν ἔργου τῆς ἡγεμονίας οἱ δυνατοὶ αὐτοῖς παρεχώρησαν· τοῦ δὲ ὀνόματος οὐ μετέδωκαν, ἀλλ' ἀνθ' ὑπάτων χιλιάρχους ὠνόμασαν, ἵνα μὴ τὸ τῆς κλήσεως ἔντιμον τῷ σύρφακι ὁμίλῳ καταῤῥυπαίνοιτο. Καὶ τρεῖς ἀφ' ἑκατέρων χιλιάρχους ἀντὶ τῶν δύο ὑπάτων αἱρεῖσθαι συνέδοξεν. Οὐ μέντοι τὸ τῶν ὑπάτων ἐξέλιπε τέλεον ὄνομα, ἀλλὰ ποτὲ μὲν ὕπατοι καθίσταντο ποτὲ δέ γε χιλίαρχοι. C Οὕτω μὲν ταῦτα παραδέδοται γίνεσθαι, καίτοι οὐ μόνον τῶν ὑπάτων δικτάτορας ἀνειπόντων, καὶ ταῦτα πολὺ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης ἐλαττουμένων, ἀλλὰ καὶ χιλιάρχων τοῦτο πεποιηκότων ἐνίοτε. Λέγεται δέ, ὅτι οὐδεὶς τῶν χιλιάρχων, καίτοι πολλῶν πολλάκις νικησάντων, ἐπινίκια ἔπεμψεν. Οἱ μὲν οὖν χιλίαρχοι οὕτω τότε ᾑρέθησαν. Οἱ δὲ τιμηταὶ τῷ ἐχομένῳ ἔτει Βαρβάτου καὶ Μάρκου Μακρίνου ὑπατευόντων, κατεδείχθησαν καὶ ᾑρέθησαν Λούκιός τε Παπείριος καὶ Λούκιος Σεμπρώνιος. Κεχειροτόνηντο δέ, ὅτι οἱ ὕπατοι ἀδύνατοι ἐπὶ πάντα διὰ τὸ πλῆθος ἐξαρκεῖν ἦσαν. Τὰ γὰρ τοῖς τιμηταῖς ἀπονεμηθέντα προνόμια ἐκεῖνοι μέχρι τότε ἐποίουν. Δύω τε ἦσαν οἱ τιμηταὶ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ τῶν εὐπατριδῶν. Ἦρχον δὲ τὰ μὲν πρῶτα καὶ τὰ τελευταῖα ἐπὶ πεντα- D ετίαν. Ἐν δὲ τῷ μέσῳ χρόνῳ ἐπὶ τρεῖς ἑξαμήνους, καὶ ἐγένοντο τῶν ὑπάτων μείζους, καίτοι μέρος τῆς ἐκείνων λαβόντες ἀρχῆς. Ἐξῆν δὲ αὐτοῖς τάς τε προσόδους τὰς κοινὰς ἐκμισθοῦν, καὶ τῶν ὁδῶν καὶ τῶν δημοσίων οἰκοδομημάτων ἐπιμελεῖσθαι, καὶ τὰς ἀπογραφὰς τῆς ἑκάστου εὐπορίας διατελεῖν, καὶ τὸν βίον τῶν πολιτῶν ἐπισκοπεῖν τε καὶ ἐξετάζειν, καὶ τοὺς μὲν ἀξίους ἐπαίνου ἐς τὰς φυλὰς καὶ ἐς τὴν ἱππάδα καὶ τὴν γερουσίαν ἐγγράφειν, καθὼς ἑκάστοις προσήκειν ἐνομίζετο· τοὺς δ' οὐκ εὖ βιοῦντας, ἁπανταχόθεν ὁμοίως ἀπαλείφειν. Ὃ μεῖζον πάντων ἦν τῶν τοῖς ὑπάτοις καταλειφθέντων. Πίστεις δ' ἐνόρκους ἐφ' ἑκάστῳ πεποίηντο, ὡς οὔτε πρὸς χάριν, οὔτε πρὸς ἔχθραν τι ποιοῦσιν, ἀλλ' ἐξ ὀρθῆς γνώμης τὰ συμφέροντα τῷ κοινῷ καὶ σκο-

ποῦσι καὶ πράττουσι. Καὶ τὸν δῆμον ἐπί τε νόμων εἰσφοραῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις συνήθροιζον, καὶ τῷ τῶν μειζόνων ἀρχῶν κόσμῳ, πλὴν ῥαβδούχων ἐχρῶντο. Τοιαύτη ἡ τῶν τιμητῶν ὑπῆρχεν ἀρχή. Τῶν μέντοι μὴ ἀπογραψαμένων τὰς οὐσίας ἐν ταῖς ἀπογραφαῖς καὶ ἑαυτούς, τὰς μὲν οὐσίας οἱ τιμηταί, αὐτοὺς δ' ἐκείνους οἱ ὕπατοι ἐπίπρασκον. Χρόνῳ μὲν οὖν τινι ταῦθ' οὕτως ἐπράχθη. Ὕστερον δὲ τὸν ἅπαξ τῇ βουλῇ καταλεχθέντα, διὰ βίου βουλεύειν ἔδοξε μηδ' ἀπαλείφεσθαι, εἰ μή τις ἀδικήσας καὶ κριθεὶς ἠτίμωτο, ἢ κακῶς ζῶν ἠλέγχθη. Τοὺς γὰρ τοιούτους ἐπήλειφον, καὶ ἀντ' αὐτῶν ἑτέρους ἐνέγραφον. Τῶν δὲ προσκαίρως ἀρχόντων πρεσβεῖα μὲν ἐδέδοτο τοῖς δικτάτορσι, δευτερεῖα δέ γε τοῖς τιμηταῖς, ἡ δὲ τρίτη τάξις τοῖς ἱππάρχοις νενέμητο. Καὶ οὕτω ταῦτα ἐτέτακτο, κἂν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἦσαν, κἂν ἀπηλλάγησαν. Εἰ γάρ τις ἐκ μείζονος ἀρχῆς εἰς ὑποδεεστέραν κατέστη, τὸ τῆς προτέρας ἀξίωμα εἶχεν ἀκέραιον. Εἷς δέ τις, ὃν πρίγκιπα μὲν τῆς γερουσίας ὠνόμαζον (λέγοιτο δ' ἂν καθ' Ἕλληνας πρόκριτος), συμπάντων προεῖχε τὸν χρόνον ὃν προεκρίνετο (οὐ γὰρ διὰ βίου τις εἰς τοῦτο προεχειρίζετο), καὶ προέφερε τῶν ἄλλων τῷ ἀξιώματι οὐ μὴν καὶ δυνάμει ἐχρῆτό τινι.

A lectus esset, per omnem ætatem in eo maneret: neque deleretur ex albo, nisi ob facinus ignominioso judicio condemnatus esset, aut improbæ vitæ convictus. Talibus enim in ordinem coactis, alios in eorum locum substituebant. In magistratibus temporum causa institutis, principem obtinebant locum dictatores, proximum censores, tertium magistri equitum: qui ordo, sive in magistratu essent, sive eo abiissent, observabatur. Quod si ad humilius munus descendissent, priorem dignitatem inviolatam obtinebant. Unus quidam princeps senatus per id tempus, dum is honos durabat (neque enim perpetuus erat) omnibus dignitate, non potentia præstabat.

Κ'. Χρόνον μὲν οὖν τινα εἰρήνην πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τοὺς περιοίκους ἦγαγον. Εἶτα λιμοῦ ἐπικρατήσαντος, ὥστε τινὰς καὶ εἰς τὸν ποταμὸν ἑαυτοὺς ἐμβαλεῖν, μὴ φέροντας τὸν λιμὸν ἐστασίασαν. Οἱ μὲν γὰρ τοὺς εὐπόρους ὡς περὶ τὸν σῖτον κακουργοῦντας ἐν αἰτίᾳ πεποίηντο, οἱ δὲ τοὺς πένητας ὡς τὴν γῆν μὴ βουλευομένους ἐργάζεσθαι. Ἰδὼν δὲ τοῦτο Σπούριος Μάλλιος, ἀνὴρ ἱππεὺς πλούσιος, τυραννίδι ἐπικεχείρηκε, καὶ σῖτον ἐκ τῆς περιχώρου πριάμενος, πολλοῖς μὲν ἐπευωνίζων, πολλοῖς δὲ καὶ προῖκα ἐδίδου, κἀκ τούτου συχνοὺς προσῳκειωσάμενος, ὅπλα τε ἐπορίσατο καὶ φρουρούς, καὶ ἐκράτησεν ἂν τῆς πόλεως, εἰ μὴ Μινούκιος Αὐγουρῖνος, ἀνὴρ εὐπατρίδης, ἐπὶ τῇ σιτοδοσίᾳ τεταγμένος, καὶ αἰτιώμενος ἐπὶ τῇ σιτεδείᾳ, εἰσήγγειλε τῇ βουλῇ τὸ πραττόμενον. Ἡ δὲ γερουσία, μαθοῦσα τὸ μήνυμα, δικτάτορα παραυτίκα ἐν τῷ συνεδρίῳ ἀνεῖπε τὸν Κυΐντιον τὸν Λούκιον τὸν Κικινάτον, καὶ ταῦτα παρήλικα ὄντα (ὀγδοηκοντούτης γὰρ ἦν). Κἀκεῖ τὴν ἡμέραν πᾶσαν ἀνάλωσαν συγκαθήμενοι, ὥς τι δὴ βουλευόμενοι, ἵνα μὴ τὸ γεγονὸς ἐκφοιτήσῃ. Νυκτὸς δὲ ὁ δικτάτωρ τὸ Καπιτώλιον καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ἐπικαιρότατα διὰ τῶν ἱππέων προκαταλαβών, ἕωθεν ἐπὶ τὸν Μάλλιον ἔπεμψε Γάϊον Σερουΐλιον τὸν ἵππαρχον, ὡς δι' ἄλλο τι ἐκεῖνον μετακαλούμενος. Ὁ δὲ ὑποτοπήσαντός τι τοῦ Μαλλίου, καὶ διαμέλλοντος δείσας, μὴ ὑπὸ τοῦ πλήθους ἐξαρπασθῇ (ἤδη γὰρ συνέτρεχον) ἔκτεινε τὸν ἄνδρα, ἢ αὐτογνωμονήσας, ἢ τοῦτο κεκελευσμένος πρὸς τοῦ δικτάτορος. Θορυβηθέντος δ' ἐπὶ τούτῳ τοῦ πλήθους, ὁ Κυΐντιος δημηγορήσας, καὶ σῖτον σφίσι παρασχών, καὶ μή τινα ἕτερον ἢ κολάσας, ἢ ἐπαιτιασάμενος, τὸν θόρυβον ἔπαυσε. Πολέμων δὲ τοῖς Ῥωμαίοις ἐκ διαφόρων ἐθνῶν ἐπενηνεγμένων, τοὺς μὲν ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἐνίκησαν, τοῖς δὲ Τυρσηνοῖς ἐπὶ μακρὸν ἐπολέμησαν. Ποστουμίου δὲ νενικηκότος τοὺς Αἰκουούς, καὶ μεγάλην πόλιν ἑλόντος αὐτῶν, ὅτι μήτ' ἐκείνην οἱ στρατιῶται εἰς προνομὴν ἐξεχωρήθησαν, μήτε τι τῆς λείας αἰτήσαντες ἔλαβον, τόν τε ταμίαν τὸν διατιθέμενον αὐτὴν περιστάντες ἐφόνευσαν, καὶ τὸν

B XX. Ad hunc modum pace ad tempus domi et foris constituta, tanta fames urbem oppressit, ut quidam inediam non ferentes, in flumen se præcipitarent. Unde orta seditione, pauperes divitibus annonæ suppressionem, divites pauperibus agriculturæ neglectum crimini dabant. Qua de causa Spurius Melius eques, homo dives, coemptum a finitimis frumentum, aliis minoris vendidit, aliis gratuito dedit. Eaque re multis sibi conciliatis, spe regni concepta, arma et satellites comparavit. Atque urbe potitus esset, nisi Minutius Augurinus, vir patricius, rei frumentariæ præfectus, cum ob annonæ penuriam accusaretur, rem ad senatum detulisset. Qui statim L. Quintium Cincinnatum dictatorem dixerunt virum exactæ ætatis, annum C agentem LXXX, atque in curia totum diem deliberantium specie consederunt, ne id decretum foras eliminaretur. Noctu dictator Capitolium et alia opportuna loca per equites occupat. Mane C. Servilium magistrum equitum ad Melium mittit, quasi per aliam causam accersendum. **351** At ille Melium aliquid suspicantem et tergiversantem, veritus ne concursu populi eriperetur, interficit, sive suopte consilio, sive dictatoris jussu. Ob quod factum tumultuante multitudine, Quintius concione habita, et frumento distributo, accusato multatoque nemine, motum eum sedavit. Deinde Romani bellis petiti a diversis gentibus, cæteras paucis diebus vicerunt, sed cum Tyrrhenis longo tempore D decertarunt. Milites, cum Posthumius victis Æquis magnam eorum urbem expugnatam, non diripiendam dedisset, neque ex manubiis quidquam concessisset, quæstorem primum, deinde ipsum etiam Posthumium, objurgantem, et cædis auctores ad supplicium postulantem, occiderunt: neque recens captum duntaxat, sed omnem publicum agrum sibi vindicarunt. Ac diuturna fuisset illa seditio, nisi belli ab Æquis redintegrati terrore quievissent. Cædium pœna in paucis consumpta, hostes vicerunt. Quamobrem potentes et manubias

inter eos distribuerunt : et pediti, deinde etiam equiti stipendia decreverunt. Nam ad id usque tempus sine mercede, ac suis impensis militarant ; ac tum demum stipendia merere cœperunt. Bello adversus Veientes orto, dum illi suo Marte pugnabant, a Romanis sæpe victi, et intra mœnia compulsi sunt. Sed sociorum viribus aucti, eruptione ex urbe facta, Romanos profligarunt. Interea lacus Albanus, tumulis undique septus, cum nullum haberet aquæ exitum, dum Veii obsidebantur, ita inundavit, ut aqua ultra montes evoluta, ad mare decurreret. Quo cum Romani divinitus portendi aliquid crederent, Delphicum oraculum consuluerunt. Erat et apud Veientes Tyrrhenus vates, qui cum Pythia consentiebat. Ambo enim urbem expugnatum iri affirmabant, si quæ exundasset aqua, in mare non decurreret, sed alibi consumeretur : et quædam sacra fieri jusserunt. Verum Apollo nec quibus diis, nec quo ritu immolandum esset, declaravit. Tyrrhenus autem cum ea scire videretur, celabat. Itaque Romani circa mœnia, ubi cum eo colloqui solebant, dispositi, simulata amicitia, cum aliis in rebus **352** cum bono animo esse jusserunt, tum impune in castra exire permiserunt : et comprehensum, omnia quæ facto essent opus, effari coegerunt, ex illius igitur præceptis rem divinam fecerunt : perfossoque tumulo, aquam redundantem occultis meatibus in campum emiserunt, in quo omnis consumpta est, nec in mare quidquam influxit.

Ποστούμιον ἐπιτιμῶντα αὐτοῖς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ζητοῦντα τοὺς αὐτόχειρας, προσαπέκτειναν, καὶ τὴν χώραν οὐ τὴν αἰχμάλωτον μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν προσένειμαν ἑαυτοῖς τὴν ἐν τῷ δημοσίῳ τότε τυγχάνουσαν. Κἂν ἐπὶ πλεῖστον ἡ στάσις διήρκεσεν, εἰ μὴ πόλεμος αὖθις Ῥωμαίοις παρὰ τῶν Αἰκουῶν ἐπενήνεκτο. Φοβηθέντες γὰρ διὰ τοῦτο ἡσύχασαν, καὶ τὴν τιμωρίαν τῶν φόνων εἰς ὀλίγους ἐλθοῦσαν ὑπέμειναν, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐναντίους στρατεύσαντες, μάχῃ αὐτοὺς νενικήκασι. Διὸ τήν τε λείαν αὐτοῖς οἱ δυνατοὶ διέδοσαν, καὶ μισθὸν τοῖς πεζοῖς, εἶτα καὶ τοῖς ἱππεῦσιν ἐψηφίσαντο. Ἀμισθὶ γὰρ μέχρι τότε καὶ οἰκόσιτοι (2) ἐστρατεύοντο, τότε δὲ πρῶτον μισθοφορεῖν ἤρξαντο. Πολέμου δὲ αὐτοῖς πρὸς Οὐιέντας συστάντος, ἕως μὲν κατὰ σφᾶς ἐπολέμουν ἐκεῖνοι, πολλάκις αὐτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι ἐνίκησαν, καὶ ἐς πολιορκίαν κατέστησαν. Προσγενομένων δὲ αὐτοῖς συμμάχων, ἐπεξῆλθον τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ ἐπεκράτησαν. Ἐν τούτοις δὲ καὶ πρὸς τῷ ὄρει τῷ Ἀλβανῷ οὖσα λίμνη ὑπὸ τῶν πέριξ αὐτῆς περικλειομένη λόφων, καὶ μὴ ἔχουσα ἐκροὴν, κατὰ τὸν τῆς πολιορκίας τῶν Οὐιέντων καιρὸν ἐς τοσοῦτον ἐπλημμύρησεν, ὡς ὑπερεκχεῖσθαι καὶ τῶν ὀρῶν, καὶ κατιέναι πρὸς θάλασσαν. Κρίναντες δ' οἱ Ῥωμαῖοι πάντως τι διὰ τούτου θεῖον σημαίνεσθαι, ἔπεμψαν εἰς Δελφοὺς περὶ τούτου χρησόμενοι. Ἦν δέ τις καὶ παρὰ τοῖς Οὐιένταις Τυρσηνὸς ἀνὴρ μαντικός. Ἐς ταυτὸν οὖν ἥ τε Πυθία καὶ ἡ ἐκείνου μαντεία συνέδραμον· καὶ ἄμφω γὰρ ἁλώσεσθαι τὴν πόλιν εἶπον, ὅταν τὸ ὕδωρ τὸ πλημμυρῆσαν μὴ ἐς θάλασσαν ἐμπέσῃ, ἀλλ' ἀναλωκείη ἑτέρωθι. Καί τινας ἱερουργίας διὰ τοῦτο γενέσθαι ἐκέλευσαν. Ἀλλ' ὁ μὲν Πύθιος οὔτε τίσι θεῶν, οὔθ' ὅπως αὐτὰς ποιήσουσι διεσάφησεν· ὁ δὲ Τυρσηνὸς ἐῴκει μὲν εἰδέναι, οὐδὲν δὲ ἐδήλου. Οἱ γοῦν περὶ τὸ τεῖχος, ὅθεν ἐκεῖνος ὡμίλει, τεταγμένοι Ῥωμαῖοι, φιλίαν πρὸς ἐκεῖνον ὑποκριθέντες, τά τε ἄλλα θαῤῥεῖν αὐτῷ ἐνεδίδουν, καὶ ἀδεῶς ἐπέτρεπον ἐκφοιτᾶν· καὶ οὕτω συλλαβόντες αὐτὸν, πάντα τὰ καθήκοντα ἠνάγκασαν ἐξειπεῖν, καὶ κατὰ τὴν ὑποθήκην ἐκείνου τάς τε θυσίας ἐποίησαν, καὶ τὸν λόφον διέτρησαν, καὶ τὸ πλεονάζον ὕδωρ εἰς τὸ πεδίον κρυπτῇ διώρυχι μετωχέτευσαν, ὥσθ' ἅπαν ἐν αὐτῷ ἀναλίσκεσθαι, καὶ μή τι καταῤῥέειν εἰς θάλασσαν.

XXI. Hoc peracto, M. Furius Camillus dictator creatus, cum impetu in mœnia facto nihil profecisset, a longiquo auspicatus, cuniculo in arcem acto, et militibus a Roma voluntariis auctus, urbem corona circumdedit : et civibus in mœnia dispersis, alii per cuniculum clam in urbem penetrarunt. Cum urbem captam diripi videret, illacrymasse, et cum suspirio dixisse fertur : *O dii, si quæ Romanis divina incumbit ultio, eorum contraria felicitati, precor ut in me illa desinat.* Tum vero prædæ decimam, invitis militibus, voto concepto Apollini dicavit. Præterea etiam craterem aureum, ex mulieribus ornamentis conflatum. Pro quo statim eis honos decretus est, ut curribus ad solemnia festa veherentur, ad quæ pedibus prius ire solitæ erant. Camillum autem indignatio atque invidia populi suscepit, tum ob decimam Apollini

ΚΑ'. Ἄρτι μὲν οὖν τοῦτο ἐγένετο, καὶ δικτάτωρ ᾑρέθη Μάρκος Φούριος Κάμιλλος, ὃς προσβαλὼν τῇ πόλει, ἐπεὶ οὐδὲν ἤνυεν, ὑπόγειον ὠρύξατο δίοδον πόῤῥωθεν ἀρξάμενος, ἐς τὴν ἀκρόπολιν φέρουσαν. Παρεσκευασμένου δὲ ἤδη τοῦ ὑπονόμου, ἐπεὶ πολλοὶ καὶ ἀπὸ τῆς Ῥώμης αὐτῷ προσεχώρησαν ἐθελονταὶ, παραλαβὼν κἀκείνους, προσέβαλε τῇ πόλει, καὶ πανταχόθεν τὸ τεῖχος ἐκύκλωσε. Τῶν δ' ἐντὸς περὶ πάντα τὸν περίβολον σκεδασθέντων, ἔλαθον ἕτεροι διὰ τῶν ὑπονόμων γεγονότες ἐντός. Ἁλούσης δὲ τῆς πόλεως, καὶ τῶν Ῥωμαίων διαρπαζόντων τὰ ἐν αὐτῇ, ὁρῶν ἀπὸ τῆς ἄκρας ὁ Κάμιλλος τὰ πραττόμενα, ἐστέναζε, καὶ ἐδάκρυσε. Καὶ, *Ὦ θεοί*, ἔφη, *εἴ τις Ῥωμαίοις ὀφείλεται νέμεσις*, τῆσδε τῆς *εὐπραγίας ἀντίστροφος, εὔχομαι ταύτην* (3) *εἰς ἑαυτὸν τελευτῆσαι*. Τὴν δὲ τῆς λείας δεκάτην ἐξελὼν, ἀκόντων τῶν στρατιωτῶν, ἀνέθετο τῷ Ἀπόλ-

Variæ lectiones et notæ.

(2) *Οἰκόσιτοι*. Suidas : Οἰκόσιτος, ὁ ἑαυτὸν τρέφων, μισθωτός.

(3) *Εὔχομαι ταύτην*. Hæc reposuimus ex duobus Reg. et Colbert., cum Wolf. edidisset, εὔχομαι ταύτην εὐχὴν τοῦτο πρὶν ποιησάμενος, ἀνέθετο δὲ καὶ κρατῆρα χρυσοῦν, etc.

C XXII. Hæc Romanis et Carthaginiensibus belli causa fuit. Nam cum Annibalem multis sociis ascitis in Italiam properare Romani audivissent, indicto concilio multa verba facta sunt. Verum L. Cornelius Lentulus pro concione dixit, non esse cunctandum, sed bellum contra Carthaginienses decernendum, et tam consules quam exercitus bifariam dividendos, et alterum in Hispaniam, alterum in Lybiam mittendum : ut eodem tempore et ager eorum vastaretur, et socii vexarentur : neque Hispaniæ opem ferre, neque inde auxilia exspectare hostes possent. Ad hæc Q. Fabius Maximus respondit, non adeo præcipitanter bellum esse decernendum, sed legatos prius mittendos. Quod si crimina purgarint, quiescendum : sin injuriarum D convincantur, **408** tum demum bello petendos esse, ut etiam causa belli in illos transferatur. Ac utriusque sententia summatim hæc fuit : senatui autem placuit, se et ad bellum parare, et legatis Carthaginem missis Annibalem accusare. Quod si illa improbarent, jure agendum : sin illi imputarent, eum deposcendum : si non dederent, bellum eis indicendum. Legatis digressis, Carthaginienses quid agendum esset deliberabant. Asdrubal vero unus ex iis quos Annibal subornarat, auctor fuit veteris libertatis recuperandæ : et servitutis, quam

Variæ lectiones et notæ.

(31) *Προσκειμενοι.* Ita reposuimus ex mss., ubi Wolfius προκείμενοι ediderat.

pax attulisset, tum pecuniis, tum sociis comparatis repudiandæ; subjecitque : *Si vel soli Annibali suo arbitratu rem gerere permisissent, omnia rite administratum iri, et ipsos omni laboris molestia carituros.* Illo hæc locuto, magnus Hanno contra, non temere, neque ob parva et aliena crimina bellum in rempublicam retrahendum esse censuit, cum alia purgare, alia in auctores transferre liceat. Qui cum dicendi finem fecisset, Carthaginiensium seniores, primique belli memores, illi sunt assensi : cæteri adolescentes, iique potissimum qui Annibalis causam agebant, acriter adversati sunt. Ut autem nihil certi responsi dederunt, legatosque neglexerunt, M. Fabius sinu ex toga facto : *Hic*, inquit, *vobis bellum et pacem porto : utrum placet, sumite.* Cum respondissent se neutrum quidem sumere, sed utrum dedisset alacriter accepturos, bellum eis statim indixit. Hoc igitur modo, et his de causis inter Carthaginienses et Romanos alterum bellum est conflatum, futuraque divinitus denuntiata sunt. Nam Romæ bos humana voce locutus est; et alius ludis Romanis ex ædibus se in Tiberim præcipitavit, ac periit; fulmina multa sunt delata; sanguis tum e statuis manavit, tum e militis cujusdam clypeo; alterius ensem lupus ex ipsis castris rapuit. Annibali vero multæ ignotæ bestiæ Iberum transeunti, veluti viam monstrarunt; et somnium hujusmodi apparuit. Aliquando sibi visus est a diis in concilio sedentibus accersi et quamprimum in Italiam exercitum ducere juberi : ab eisque ducem itineris accepisse, quem non respectans sequeretur. Sed cum se **409** convertisset, magnam ingruere tempestatem vidisse, draconemque sequi ingentis magnitudinis. Quæ cum miraretur, ductorem rogasse, quidnam ea sibi vellent? qui responderit : *Ea illi ad vastitatem Italiæ adjumento futura esse.*

τέον ἐσκόπουν. Καί τις Ἀσδρούβας, εἷς τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀννίβου προπαρεσκευασμένων, συνεβούλευσε σφίσι χρῆναι τήν τε ἀρχαίαν ἐλευθερίαν ἀνακτήσασθαι, καὶ τὴν ἐκ τῆς εἰρήνης δουλείαν ἀποτρίψασθαι καὶ χρήμασι, καὶ δυνάμεσι, καὶ συμμάχοις συγκεκροτημένοις, ἐπαγαγὼν ὅτι, *Κἂν τῷ Ἀννίβᾳ μόνῳ ὅσα βούλεται πρᾶξαι ἐπιτρέψητε, καὶ τὰ προσήκοντα ἔσται, καὶ οὐδὲν αὐτοὶ πονήσετε.* Τοιαῦτα δὲ αὐτοῦ εἰπόντος, Ἄννων ὁ μέγας ἐναντιούμενος τοῖς τοῦ Ἀσδρούβου λόγοις, γνώμην εἰσήνεγκε, μήτε ῥᾳδίως, μήτε μικρῶν καὶ ἀλλοτρίων ἐγκλημάτων ἕνεκα τὸν πόλεμον ἐφ' ἑαυτοὺς ἐπισπάσασθαι, παρὸν τὰ μὲν λῦσαι, τὰ δὲ ἐς τοὺς δράσαντας αὐτὰ τρέψαι. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα εἰπὼν ἐπαύσατο. Τῶν δὲ Καρχηδονίων οἱ μὲν πρεσβύτεροι καὶ τοῦ πρὶν μεμνημένοι πολέμου, αὐτῷ συνετίθεντο· οἱ δ' ἐν ἡλικίᾳ, καὶ μάλισθ' ὅσοι τὰ τοῦ Ἀννίβου ἔπραττον, ἰσχυρῶς ἀντέλεγον. Ὡς δ' οὐδὲν σαφὲς ἀπεκρίναντο, καὶ ἐν ὀλιγωρίᾳ τοὺς πρέσβεις εἶχον, ὁ Μάρκος ὁ Φάβιος, τὰς χεῖρας ὑπὸ τὸ ἱμάτιον ὑποβαλὼν, καὶ ὑπτιάσας αὐτὰς, ἔφη· *Ἐγὼ μὲν ἐνταῦθ', ὦ Καρχηδόνιοι, καὶ τὸν πόλεμον καὶ τὴν εἰρήνην φέρω· ὑμεῖς δ' ὁπότερον αὐτῶν βούλεσθε ἕλεσθε.* Ἀποκριθέντων δὲ μηδέτερον μὲν αἱρεῖσθαι, δέχεσθαι δ' ἑτοίμως ὁπότερον καταλείψουσιν· ἐπήγγειλεν αὐτοῖς αὐτίκα τὸν πόλεμον. Οὕτω μὲν καὶ διὰ ταῦτα οἵ τε Ῥωμαῖοι καὶ οἱ Καρχηδόνιοι τὸ δεύτερον ἐπολέμησαν, καὶ τὸ δαιμόνιον τὰ γενησόμενα προεσήμηνεν. Ἐν γὰρ τῇ Ῥώμῃ ἀνθρωπίνως ἐλάλησε βοῦς, καὶ ἕτερος ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων πανηγύρει ἐξ οἰκίας εἰς τὸν Τίβεριν ἑαυτὸν ἔρριψε, καὶ ἐφθάρη, κεραυνοί τε πολλοὶ ἐφέροντο, καὶ αἷμα τὸ μὲν ἐξ ἀγαλμάτων ὤφθη, τὸ δὲ ἐξ ἀσπίδος στρατιώτου ἐρρύη, ἑτέρου τε ξίφος ἐξ αὐτοῦ τοῦ στρατοπέδου λύκος ἥρπασε. Τῷ δ' Ἀννίβᾳ θηρία πολλὰ καὶ ἄγνωστα τὸν Ἴβηρα διαβαίνοντι προκαθηγήσατο, καὶ ὄψις ὀνείρου ἐφάνη. Ἔδοξε γάρ ποτε τοὺς θεοὺς ἐν ἐκκλησίᾳ καθημένους μεταπέμψασθαί τε αὐτὸν καὶ στρατεῦσαι ὅτι τάχιστα εἰς τὴν Ἰταλίαν προστάξαι, καὶ λαβεῖν παρ' αὐτῶν τῆς ὁδοῦ ἡγεμόνα, καὶ ἀμεταστρεπτὶ ὑπ' αὐτοῦ κελευσθῆναι ἕπεσθαι. Μεταστραφῆναι δὲ καὶ ἰδεῖν χειμῶνα μέγαν χωροῦντα, καὶ δράκοντα αὐτῷ ἐπακολουθοῦντα ἀμήχανον, καὶ θαυμάσαι ἔρεσθαί τε τὸν ἀγωγὸν, τί ταῦτα εἶεν· καὶ τὸν εἰπεῖν· *Ὦ Ἀννίβα, ταῦτα συμπορθήσοντά σοι τὴν Ἰταλίαν ἔρχεται.*

XXIII. Hæc bonam spem Annibali, Romanis magnum timorem attulerunt. Qui copiis et coss. bifariam distributis, Sempronium Longum in Siciliam miserunt, in Hispaniam P. Scipionem. Annibal vero impressionis in Italiam primo quoque tempore faciendæ cupidus, iter acceleravit : ac Galliam, quæ intra Pyrenæum et Rhodanum est, citra dimicationem transiit : neque quisquam cum eo congressus est, priusquam ad Rhodanum venisset. Ibi se illi ostendit Scipio : et quanquam ejus copiæ nondum advenissent, tamen cum popularibus, eorumque finitimis, naves quæ in flumine erant, communiit, alveumque custodiit. Annibal, etsi temporis aliquid instruendis ratibus, scaphis et lintribus consumpsit, tamen omnia ad trajectum necessaria, multitudine operarum prius paravit, quam Scipioni suæ legiones advenissent. Fratrem-

ΚΓ'. Ταῦτα τῷ μὲν Ἀννίβᾳ χρηστὴν ἐλπίδα, τοῖς δὲ Ῥωμαίοις δεινὴν ἐνεποίει ἐκφόβησιν. Διχῇ δὲ τὰς δυνάμεις οἱ Ῥωμαῖοι διελόντες, καὶ τοὺς ὑπάτους Σεμπρώνιον μὲν Λόγγον ἐς Σικελίαν ἔπεμψαν, ἐς δὲ τὴν Ἰβηρίαν Σκιπίωνα Πούπλιον. Ὁ δὲ Ἀννίβας, εἰς τὴν Ἰταλίαν ὡς τάχιστα ἐπιθυμῶν εἰσβαλεῖν, σπουδῇ ἐχώρει, καὶ πᾶσαν τὴν Γαλατίαν τὴν μεταξὺ τοῦ Πυρηναίου καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ οὖσαν ἀμαχεὶ διῆλθε, καὶ μέχρι μὲν τοῦ ποταμοῦ Ῥοδανοῦ οὐδεὶς εἰς χεῖρας ἧκεν αὐτῷ. Ἐκεῖ δ' ὁ Σκιπίων ἐπεφάνη, καίπερ μὴ παρούσης αὐτῷ τῆς δυνάμεως, ὅμως μετὰ τῶν ἐπιχωρίων καὶ τῶν αὐτοῖς προσοίκων τά τε πλοῖα τὰ ἐν τῷ ποταμῷ προδιέφθειρε, καὶ τὸ ῥεῦμα αὐτοῦ διὰ φυλακῆς ἐποιήσατο. Ὁ οὖν Ἀννίβας ἔτριψε μέν τινα χρόνον, καὶ σχεδίας, καὶ σκάφη, ἄλλα τε καὶ μονόξυλα κατασκευάζων. Ἔφθη δ' οὖν ὑπὸ πολυχειρίας τὰ πρὸς περαίωσιν

ἀναγκαῖα πάντα, πρὶν τῷ Σκιπίωνι τὸ οἰκεῖον ἀφικέσθαι στράτευμα, προετοιμασάμενος, καὶ τὸν ἀδελφὸν Μάγωνα σὺν τοῖς ἱππεῦσι καὶ ψιλοῖς τισιν, ᾗ σκιδάννυται ὁ ποταμὸς ἐπὶ πολὺ καὶ νήσοις διαλαμβάνεται, διαβησόμενον ἔπεμψεν. Αὐτὸς δὲ κατὰ τὸν ἐμφανῆ πόρον ἐχώρει δῆθεν, ἵν' οἱ Γαλάται ἀπατηθεῖεν, πρὸς αὐτὸν ἀντιταττόμενοι, καὶ ἀμελέστερον ἐν ἄλλοις τοῦ ποταμοῦ τὴν φυλακὴν θῶνται. Ὃ καὶ γέγονε. Καὶ ὁ Μάγων διέβη τὸν ποταμόν· ὁ δὲ Ἀννίβας καὶ οἱ περὶ αὐτὸν κατὰ τὸν πόρον ἐπεραιοῦντο· καὶ γενόμενοι κατὰ τὸ μέσον, ἠλάλαξαν, καὶ αἱ σαλπιγκταὶ δὲ συνήχησαν· καὶ ὁ Μάγων κατὰ νώτου τοῖς ἀνθεστηκόσι προσέπεσε, καὶ οὕτως οἵ τε ἄλλοι καὶ οἱ ἐλέφαντες ἀκινδύνως ἐπεραιώθησαν. Ἄρτι δὲ περαιωθέντων αὐτῶν, καὶ τῷ Σκιπίωνι οἰκεία ἀφίκετο δύναμις. Πέμψαντες οὖν εἰς προσκοπὴν ἱππέας ἀμφότεροι, τοιούτῳ τέλει τῆς ἱππομαχίας ἐχρήσαντο, ὁποῖον ὁ σύμπας ἔσχηκε πόλεμος. Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι καὶ ἔλαττον τὴν πρώτην ἐνεγκάμενοι, καὶ συχνοὺς ἀποβαλόντες ἐνίκησαν· ἐντεῦθεν Ἀννίβας, ἐπιμένει πρὸς Ἰταλίαν σπεύδων, ὑποπτεύων δὲ τὰς ἐπιτομωτέρας τῶν ὁδῶν, ἐκείνας μὲν παρεξῆλθεν, ἑτέραν δὲ πορευθεὶς ἰσχυρῶς ἐπόνησε· τά τε γὰρ ὄρη ἐκεῖνα ἀποτομώτατά ἐστι, καὶ ἡ χιὼν πολλὴ γενομένη, καὶ τὰς φάραγγας ὑπ' ἀνέμων πληρώσασα, καὶ ὁ κρύσταλλος ἰσχυρότατα παγεὶς, δεινῶς σφᾶς ἐταλαιπώρησε· καὶ πολλοὶ τῶν αὐτοῦ στρατιωτῶν ὑπό τε τοῦ χειμῶνος, καὶ ὑπὸ σιτοδείας ἀπώλοντο, πολλοὶ δὲ καὶ οἴκαδε ἀνεχώρησαν. Ἔχει δὲ λόγος ὅτι καὶ αὐτὸς ἀνέστρεψεν ἂν, εἰ μὴ πλείων καὶ ἀπορωτέρα ἡ προδιηνυσμένη ὁδὸς τῆς λειπομένης ἐτύγχανε. Διὰ μὲν δὴ τοῦτο οὐκ ἀπετράπετο· ἐξαπίνης δὲ ἐκτὸς τῶν Ἄλπεων ἐκφανεὶς, θαῦμα καὶ δέος τοῖς Ῥωμαίοις ἐνέβαλε. Καὶ ὁ μὲν προεχώρει τὰ ἐν ποσὶ προσποιούμενος. Σκιπίων δὲ τὸν μὲν ἀδελφὸν Γάϊον Σκιπίωνα ὑποστρατηγοῦντα αὐτῷ εἰς τὴν Ἰβηρίαν ἔπεμψεν, ὡς καταληψόμενον αὐτὴν ἢ τὸν Ἀννίβαν ἐπανάξοντα. Αὐτὸς δ' ἐπὶ τὸν Ἀννίβαν ἤλασε, καὶ ἡμέρας μέν τινας ἐπέσχον, ἔπειτα ἄμφω πρὸς τὴν μάχην ὥρμησαν. Πρὶν δὲ δὴ ἔργου ἔχεσθαι, συγκαλέσας ὁ Ἀννίβας τοὺς στρατιώτας, παρήγαγε τοὺς αἰχμαλώτους, οὓς κατὰ τὴν ὁδὸν εἰλήφει, καὶ ἤρετο αὐτοὺς πότερον δεδέσθαι καὶ δουλεύειν κακῶς βούλοιντο, ἢ μονομαχῆσαι ἀλλήλοις, ὥστ' ἀφεθῆναι προῖκα τοὺς νικήσαντας. Καὶ ὡς τὸ δεύτερον εἵλοντο, συνέβαλεν αὐτοὺς, καὶ μαχεσαμένων ἐδημηγόρησε, τοὺς οἰκείους στρατιώτας ἐπιρωννὺς καὶ παραθήγων εἰς πόλεμον. Τοῦτο δ' ἑτέρωθεν καὶ ὁ Σκιπίων ἐποίησεν. Εἶτα συνῆλθον μὲν ὡς ὅλοις τοῖς στρατοπέδοις μαχούμενοι. Ὁ Σκιπίων δὲ, προσμίξας τῷ ἱππικῷ καὶ ἡττηθεὶς συχνούς τε ἀποβαλὼν καὶ αὐτὸς τρωθεὶς, ἀποθανὼν τ' ἂν, εἰ μή περ αὐτῷ Σκιπίων ὁ υἱὸς, καίπερ ὢν ἑπτακαιδεκαέτης, ἐπήμυνε, κατέδεισε μὴ καὶ τῷ πεζῷ σφαλῇ, καὶ αὐτίκα τε ἐπανήγαγε καὶ τῆς νυκτὸς ὑπεχώρησεν.

A que Magonem cum equitibus et velitibus nonnullis, qua amnis late spargitur, et insulis distinguitur, trajicere jussit. Ipse ad evidens vadum contendit: nimirum ut Galli, dum ipsi obsisterent, fallerentur, et in aliis ripis fluminis negligentius custodias haberent. Itaque contigit. Cum Magon flumen transmisisset, Annibal suique vadum ingressi, ubi ad medium pervenere, clamorem sustulerunt et classico cecinerunt: et Magone adversarios a tergo adorto, et cæteri et elephantes citra periculum transierunt. Vix transierant, cum Scipionis copiæ advenerunt. Cum igitur utrinque speculatum equites misissent, is equestris prælii fuit exitus, qui belli totius. Romani enim principio inferiores, multis amissis, vicerunt. Inde Annibal in Italiam properans, cum vias B compendiosiores suspectas haberet: illis vitatis, atque aliis tramitibus quæsitis, magnas ærumnas toleravit. Nam et montes admodum prærupti, et valles flatu ventorum profundis nivibus expletæ, et glacies densissima **410** graviter exercitum afflixerunt: multique milites vel hieme, vel inedia perierunt: multi etiam domum redierunt. Fertur et ipse Annibal reverti voluisse, nisi confectum iter longius et difficilius fuisset eo quod restabat. Eaque de causa cœptis non destitit: ac subito extra Alpes conspectus, admirationem simul et terrorem Romanis injecit, interque progrediendum obvia quæque subegit. Scipio fratrem C. Scipionem, legatum suum, in Hispaniam misit, ut aut eam occuparet, aut Annibalem eo retraheret: ipse con- C tra Annibalem est profectus. Ac dies quidem aliquot quieverunt, deinde autem ambo pugnæ se pararunt. Sed priusquam ad manus veniretur, Annibal, militibus convocatis, in itinere captos produxit in medium, rogans utrum vincti duram perpeti servitutem mallent, an inter sese singulari certamine congredi, ut victores gratis manumitterentur? Ut posterius prætulerunt, eos inter sese commisit: peractoque certamine, militum suorum animos pro concione confirmavit, atque ad bellum acuit. Idem et Scipio ex altera parte fecit. Deinde ita congressi sunt, quasi cum totis exercitibus conflicturi essent. Sed Scipio equestri D prælio in primis tentato, multis amissis victus et vulneratus, atque adeo perimendus, nisi a filio septemdecim annos nato protectus esset: timens ne pedites etiam succumberent, statim receptui cecinit, ac noctu recessit.

ΚΔ'. Ἀννίβας δὲ μεθ' ἡμέραν τὴν ἀποχώρησιν αὐτοῦ μαθὼν, πρὸς τὸν Ἠριδανὸν ἦλθε, καὶ μήτε σχεδίας ἢ πλοῖα εὑρὼν (ἐνεπέπρηστο γὰρ παρὰ τοῦ Σκιπίωνος), τὸν μὲν ἀδελφὸν Μάγωνα σὺν τοῖς ἱππεῦσι διανήξασθαι καὶ ἐπιδιῶξαι τοὺς Ῥωμαίους ἐκέλευσεν· αὐτὸς δὲ, ἄνω πρὸς τὰς πηγὰς χωρήσας τοῦ ποταμοῦ, τοὺς ἐλέφαντας κατὰ τὸν ἐπίρρουν

XXIV. Annibal, ejus discessu mane cognito, ad Eridanum venit: ubi cum ne unam quidem ratem invenisset (cremarat enim omnia navigia Scipio), fratrem Magonem cum equitibus tranare jussit, Romanosque persequi: ipse sursum ad fontes amnis profectus, elephantes, qua flumen concitatius fertur, traducit: et aqua in belluarum mole

resistente et sparsa, facilius infra eos transiit. Scipio ab hostibus deprehensus, se loco non movit. Ac pugnam iniisset, nisi Gallica auxilia noctu ad hostes transfugissent. Ea re turbatus, et dolore vulneris vexatus, sub noctem castra in editiorem locum transtulit, vallumque communiit, persequente nemine. Deinde Carthaginienses venerunt, et flumine interjecto **411** castrametati sunt. Dum Scipio tum ex dolore vulneris, tum ob acceptam cladem sese continens, plures copias exspectat, Annibal multis frustra tentatis; ut eum ad pugnam eliceret, cum penuria commeatus laboraret, castellum quoddam est adortus, in quo Romani multum frumenti repositum habebant : et quia vi nihil proficiebat, castellanum pecunia corrumpit, ut id sibi prodat : quo occupato, etiam cæteris partim vi, partim auro se potiturum speravit. Interea Longus, Siciliam legato credita, accersitus ad Scipionem venit : nec multo post ex ambitione, et quod prædatores quosdam superarat, dum in pugnam ruit, in insidias delapsus impingit, et ab Annibale cum equitibus et elephantis in fugam convertitur : in qua multi cæsi, multi temere in fluvium præcipitati perierunt, pauci cum Longo evasere. Annibal vero ea victoria non est lætatus, quod et milites multos et elephantos omnes præter unum, frigore et vulneribus confectos amiserat. Factis igitur sine fœdere induciis, utrique ad socios se contulerunt, et in eorum urbibus hibernarunt. Ac Romanis commeatus abunde suppetebat. Annibal autem cum ea quæ socii dabant, satis non essent, Romanorum pagos et oppida invadendo, alias vincebat, alias repellebatur : aliquando equestri certamine a Longo victus, vulnus accepit. Unde quidam ex Romanis sumpta fiducia, per sese contra eum mœnia oppugnantem, eruperunt. Sed et illi cæsi sunt, et oppidum facta deditione eversum : et ex captivis Romani omnes interfecti, cæteri dimissi. Eamdem rationem in omnibus captivis observavit, ut per eos urbes sibi conciliaret. Quin ex reliquis etiam Gallis, Liguribus et Etruscis multi, Romanis in suis oppidis partim occisis, partim deditis, defecerunt. Annibal in Etruriam iturus, a Longo magna tempestate lacessitus est : et multis utrinque cæsis, in Liguriam profectus, diu ibi se continuit, suos quoque suspectos habens, nemini temere credens : sed et veste mutata et coma appositītia utens, et alias alia lingua loquens (plures enim norat, ipsamque Latinam) et noctu et interdiu plurima et videbat **412** et audiebat : quædam etiam loquebatur, persona sua dissimulata.

A διαβῆναι προσέταξε. Καὶ οὕτω τοῦ ὕδατος περὶ τοῖς ὄγκοις τῶν ζώων ἐμποδιζομένου, καὶ σκεδαννυμένου ῥᾷον κάτω σφῶν διεπεραιώθη. Καταληφθεὶς οὖν ὁ Σκιπίων κατὰ χώραν ἔμεινε. Καὶ ἐμαχέσατ' ἄν, εἰ μὴ νυκτὸς οἱ Γαλάται, οἱ μετ' αὐτοῦ ηὐτομόλησαν. Ὁ δ' οὖν Σκιπίων, ἐπὶ τούτῳ ταραχθεὶς, καὶ ὑπὸ τοῦ τραύματος ταλαιπωρήσας, ὑπὸ νύκτα αὖθις ἐξανέστη, καὶ ἐπὶ μετεώρου τὸ τάφρευμα ἐποιήσατο. Δίωξις δὲ αὐτοῦ οὐκ ἐγένετο. Μετὰ δὲ τοῦτο ἀφίκοντο καὶ οἱ Καρχηδόνιοι, καὶ τὸν ποταμὸν διὰ μέσου ποιησάμενοι, ἐστρατοπεδεύσαντο. Ὁ μὲν οὖν Σκιπίων διά τε τὸ τραῦμα καὶ διὰ τὰ συμβεβηκότα ἀνεῖχε καὶ δύναμιν μετεπέμπετο· Ἀννίβας δὲ, πολλὰ πειράσας παρακινῆσαι πρὸς μάχην αὐτὸν, ἐπεὶ οὔτε τοῦτ' ἠδυνήθη, καὶ τροφῆς ἐσπάνισε, φρουρίῳ προσ-
B έβαλεν, ἐν ᾧ σῖτος πολὺς τῶν Ῥωμαίων ἔκειτο. Καὶ μηδὲν περαίνων, τὸν φρούραρχον διέφθειρε χρήμασι, κἀκεῖνό τε προδοθὲν ἔλαβε, καὶ τὰ ἄλλα σχεῖν τὰ μὲν ὅπλοις, τὰ δὲ χρυσίῳ ἐπήλπισε. Κἀν τούτῳ ὁ Λόγγος, τὴν Σικελίαν τῷ ὑποστρατήγῳ πιστεύσας, πρὸς τὸν Σκιπίωνα κεκλημένος ἀφίκετο· καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον ὑπὸ φιλοτιμίας, καὶ ὅτι τινὰς κατατρέχοντας τὴν χώραν ἐκράτησεν, εἰς παράταξιν ὥρμησε, καὶ ἐσφάλη ἐνέδραις περιπεσών· καὶ τοῦ Ἀννίβα ἐπεξελθόντος μετὰ τῶν πεζῶν καὶ τῶν ἐλεφάντων, οἱ μετ' αὐτοῦ ἐτράπησαν εἰς φυγὴν, καὶ πολλοὶ διεφθάρησαν φόνῳ, πολλοὶ δὲ καὶ εἰς τὸν ποταμὸν ἀπερισκέπτως ἐμπεσόντες ἐπνίγησαν, ὡς ὀλίγους μετὰ τοῦ Λόγγου περισωθῆναι. Νικήσας μέν-
C τοι ὁ Ἀννίβας, οὐκ ἔχαιρεν, ὅτι στρατιώτας τε πολλοὺς καὶ τοὺς ἐλέφαντας πλὴν ἑνὸς ὑπὸ τοῦ χειμῶνος καὶ τῶν τραυμάτων ἀπέβαλεν. Ἀνοχὴν οὖν ἄσπονδον ποιησάμενοι, πρὸς τὴν συμμαχίδα σφῶν ἑκάτεροι ἐχώρησαν, κἀν ταῖς πόλεσιν αὐτῶν ἐχείμαζον. Καὶ τοῖς μὲν Ῥωμαίοις ἄφθονα ἐφοίτα τὰ ἐπιτήδεια· Ὁ δ' Ἀννίβας, οὐκ ἀρκούμενος τοῖς παρὰ τῶν συμμάχων διδομένοις, ταῖς τε κώμαις καὶ ταῖς πόλεσι τῶν Ῥωμαίων προσπίπτων, τὰ μὲν ἐκράτει, τὰ δ' ἀπεκρούετο, καί ποτε τῷ ἱππικῷ ὑπὸ τοῦ Λόγγου νικηθεὶς ἐτρώθη. Θαρσήσαντες οὖν ἐκ τούτου τινὲς τῶν Ῥωμαίων, καὶ καθ' ἑαυτοὺς προσβάλλοντι αὐτοῖς ἐπεξῆλθον, κἀκείνους τε ἔφθειρε, καὶ τοῦ χωρίου ὁμολογίᾳ ἐκράτησε. Καὶ αὐτὸ μὲν κατέσκαψε· τῶν δ' αἰχμαλώτων τοὺς μὲν Ῥωμαίους
D ἀπέκτεινε, τοὺς δ' ἄλλους ἀφῆκε· τοῦτο δὲ ἐφ' ἅπασι τοῖς ζωγρουμένοις ἐποίει, τὰς πόλεις δι' αὐτῶν οἰκειούμενος. Ἀμέλει καὶ τῶν λοιπῶν Γαλατῶν πολλοὶ καὶ Λιγύων καὶ Τυρσηνῶν τοὺς Ῥωμαίους τοὺς παρ' αὐτοῖς ὄντας οἱ μὲν φονεύσαντες οἱ δὲ ἐκδόντες μετέστησαν· ἐς δὲ τὴν Τυρσηνίδα τῷ Ἀννίβᾳ πορευομένῳ ὁ Λόγγος ἐπέθετο, χειμῶνος πολλοῦ γενομένου. Πεσόντων δὲ ἀμφοτέροις πολλῶν, ὁ Ἀννίβας, ἐς τὴν Λιγυστικὴν ἐλθὼν, ἐνδιέτριψεν· ὑποπτεύων δὲ καὶ τοὺς σφετέρους, οὐδενὶ ῥᾳδίως ἐπίστευεν, ἀλλὰ τὴν ἐσθῆτά τε μεταβάλλων καὶ κόμαις χρώμενος περιθέτοις, τήν τε διάλεξιν ἄλλοτε ἄλλην ποιούμενος (ᾔδει γὰρ πλείους, καὶ τὴν τῶν Λατίνων) καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν πολλὰ ἐπεσκόπει ἤκουέ τε πλεῖστα ὡς οὐκ Ἀννίβας, καί τινα ὡς ἕτερός τις ἐφθέγγετο.

XXV. Dum hæc in Italia geruntur, alter Scipio Caius in Hispaniis appulit : et oram ejus maritimam omnem usque ad Iberum, multa etiam supe-

ΚΕ'. Ἐν μὲν οὖν τῇ Ἰταλίᾳ ταῦτα ἐγίνετο. Ὁ δ' ἕτερος Σκιπίων ὁ Γάϊος εἰς τὴν Ἰβηρίαν περιέπλευσε, καὶ τὰ παραθαλάσσια αὐτῆς μέχρι τοῦ Ἴβη-

ρος πάντα καὶ τῶν ἄνω συχνὰ τὰ μὲν βίᾳ, τὰ δ' A ἑκόντα προσείληφε, καὶ τὸν Βαννῶνα (32) μάχῃ νικήσας ἐζώγρησεν. Ὁ δὲ τοῦ Ἀννίβου ὁμαίμων Ἀσδρούβας, μαθὼν ταῦτα, διέβη τὸν Ἴβηρα, καὶ τῶν μεταστάντων τινὰς ἐπηγάγετο· τοῦ δὲ Σκιπίωνος ἐπελθόντος αὐτῷ, ἀνεχώρησεν. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ τὸν Φλαμίνιον καὶ τὸν Γάϊον αὖθις ὑπάτους εἵλοντο. Ἀννίβας δ' ἄρτι τοῦ ἔαρος ἐπιστάντος, ὡς ἔγνω τὸν Φλαμίνιον μετὰ τοῦ Σερουϊλίου Γεμίνου χειρὶ πολλῇ ἐπ' αὐτὸν ἰόντα, πρὸς ἐξαπάτην αὐτῶν ἐτράπη, καὶ πλαττόμενος ἐνδιατρίψειν ἐκεῖ καὶ μάχην συνάψειν, ἐπεὶ νομίσαντες αὐτὸν οἱ Ῥωμαῖοι κατὰ χώραν μένειν, ἀμελῶς τῶν ὁδῶν ἔσχον, ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου τοὺς ἱππέας κατέλιπεν. Αὐτὸς δ' ὑπὸ νύκτα ἄρας τά τε στενόπορα μεθ' ἡσυχίας B διῆλθε καὶ πρὸς Ἀρίτιον ἠπείγετο. Καὶ οἱ ἱππεῖς, ἐπεὶ πολὺ προῆλθεν, ἀπῄεσαν αὐτῷ ἑπόμενοι· οἱ δ' ὕπατοι, γνόντες ἠπατημένοι, Γεμῖνος μὲν αὐτοῦ ὑπέμεινε, τούς τ' ἀφεστηκότας κακώσων καὶ κωλύσων ἐπικουρῆσαι Καρχηδονίοις· Φλαμίνιος δὲ μόνος ἐδίωκεν, ἵν' αὐτοῦ μόνου τὸ ἔργον τῆς νίκης, ὡς ᾤετο, γένηται, καὶ τὸ Ἀρίτιον προκατέλαβεν. Ὁ γὰρ Ἀννίβας, συντομωτέραν τραπόμενος, δυσόδοις ἐνέτυχε, καὶ ἀνθρώπους συχνούς, καὶ πολλὰ ὑποζύγια, καὶ τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν ἀπέβαλεν. Ὀψὲ δ' οὖν πρὸς τὸ Ἀρίτιον ἐλθών, καὶ εὑρὼν ἐκεῖ τὸν Φλαμίνιον, κατεφρόνησεν αὐτοῦ, καὶ μάχῃ μὲν οὐ συνέβαλε (τὸ γὰρ χωρίον ἀνεπιτήδειόν οἱ ἐδόκει), πεῖραν δὲ αὐτοῦ ποιούμενος, ἔκειρε τὴν χώραν· κἂν τούτῳ ἐπεκδραμόντων τῶν Ῥωμαίων, ἐπανήγαγεν, C ἵνα φοβεῖσθαι δόξῃ. Τῆς δὲ νυκτὸς ἐξαναστάς, ἐπιτήδειόν τι χωρίον πρὸς τὴν μάχην εὑρών, ἔμεινε. Καὶ τοῦ μὲν πεζοῦ τὸ πλεῖον κατὰ τὰ ὄρη λοχᾷν ἔταξε, τὸ δ' ἱππικὸν σύμπαν ἔξω τῶν στενῶν ἀφανῶς ἐφεδρεύειν ἐκέλευσε, καὶ αὐτὸς ἐπὶ τοῦ γηλόφου μετ' ὀλίγων ἐστρατοπεδεύσατο. Ὁ δὲ Φλαμίνιος ἐν φρονήματι ὤν, καὶ ἐπὶ μετεώρου σὺν ὀλίγοις αὐτὸν ἰδών, τήν τε λοιπὴν στρατιὰν πόῤῥω ποι πεπομφέναι νομίσας, ῥᾳδίως μεμονωμένον αἱρήσειν ἤλπισε, καὶ ἐς τὸ στενὸν ἀπερισκέπτως εἰσῆλθε, κἀνταῦθα (ὀψὲ γὰρ ἦν) ηὐλίσατο, καὶ ὑπὸ μέσας νύκτας ὑπὸ καταφρονήσεως αὐτοὺς ἀφυλάκτους καθεύδοντας πανταχόθεν ὁμοῦ περιέσχον οἱ Καρχηδόνιοι καὶ πόῤῥωθεν ἀκοντίοις καὶ σφενδόναις καὶ τοξεύμασι, τοὺς μὲν εὐναζομένους ἔτι, τοὺς δὲ τὰ ὅπλα λαμβάνοντας D ἔκτεινον, αὐτοὶ μή τι δεινὸν ἀντιπάσχοντες· οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι, μηδενὸς αὐτοῖς συμπλεκομένου, σκότους τε καὶ ὁμίχλης οὔσης, οὐχ εἶχον τῇ σφετέρᾳ χρήσασθαι ἀρετῇ. Τοσοῦτος δ' ἐγένετο θόρυβος, καὶ τοιαύτη ταραχώδης ἔκπληξις κατέσχεν αὐτούς, ὡς μηδὲ τῶν σεισμῶν τῶν τότε γενομένων αἰσθέσθαι, καίπερ πολλὰ μὲν οἰκοδομήματα κατεῤῥάγη, πολλὰ δὲ καὶ τῶν ὀρῶν τὰ μὲν διέσχε, τὰ δὲ καὶ συνέπεσεν, ὥς καὶ τὰς φάραγγας ἐμφράξαι, καὶ ποταμοὶ δὲ τῆς ἀρχαίας ἐξόδου ἀποκλεισθέντες ἄλλην ἐτράποντο. Τοιοῦτοι σεισμοὶ μὲν τὴν Τυρσηνίδα κατ-

A riora loca, partim vi, partim deditione, Bannonem quoque prælio victum cepit. Quibus Asdrubal frater Annibalis cognitis, Ibero superato, et quibusdam ex iis qui defecerant receptis, Scipioni contra se eunti cessit. Romani Flaminium et Caium denuo consules crearunt. Annibal ubi ineunte vere, Flaminium et Servilium Geminum cum magna manu adventare cognovit, ad eos decipiendos conversus, seque ibi moraturum et pugnæ copiam illis facturum simulando, dum Romani verum id esse rati, vias negligenter custodiunt, equitibus in castris relictis, noctuque sarcinis collectis, et angustiis per otium superatis, Aretium contendit: equitibus etiam, cum longe processisset, consecutis. B Consules ut se deceptos esse senserunt, Geminus ibi mansit, ut eos qui defecerant vexaret, et Carthaginiensibus opem ferre prohiberet. Flaminius vero solus abeuntes persecutus, ut victoria scilicet sui unius esset, Aretium ante occupavit. Nam Annibal dum compendia quærit, in invia incidit; multosque mortales, multa jumenta, et alterum oculum amisit. Sero tandem ad Aretium progressus, Flaminium illic inventum contempsit: ac pugna quidem abstinuit (locus enim incommodus videbatur), sed hominis ingenium periclitans, agrum vastavit. Cum vero Romani excurrissent, simulato metu reduxit exercitum: et noctu castris promotis, locoque pugnæ idoneo capto, peditum partem maximam in montibus in insidiis collocavit, equi- C tatum omnem extra angustias clam in subsidiis esse jussit, ipse in tumulo cum paucis castra habuit. At Flaminius sibi fidens, cum eum cum paucis in colle vidisset, et longe ablegasse reliquum exercitum putaret, spe ejus ita destituti facile capiendi concepta, temere angustias est ingressus, ibique (serum enim diei erat) quievit. Sub noctem mediam Carthaginienses eos sine excubiis (adeo sibi præfidebant) dormientes, cum **413** eodem tempore ab omni parte circumdederunt: atque eminus jaculis, fundis, sagittis, alios cubantes adhuc, alios arma induentes, impune occiderunt. Romani enim in tenebris et nebula nemine cominus congresso, virtute sua uti non potuerunt. Tantus autem tumultus fuit, tanta per- D turbatio, tantus terror eos invasit, ut terræmotus qui tum fiebant, non sentirent, quamvis multa ædificia corruerent, multi montes partim finderentur, partim collapsi valles complanarent, et flumina veteribus alveis exclusa, alio verterentur. Quæ cum in Etruria fierent, a pugnantibus non sunt animadversa. Cecidit ipse Flaminius, et maxima multitudo: complures etiam tumulo quodam occupato, ubi diluxit, fuga salutem quæsituri, capti, arma et semetipsos, impunitate promissa, dediderunt. Sed Annibal jurisjurandi parum memor, omnes captivos qui in castris erant, ex subditis et sociis Ro-

Variæ lectiones et notæ.

(32) *Βαννῶνα.* Ita Regii et Colbert. Wolfius Βαανῶνα ediderat.

manorum dimisit: Romanos ipsos in vinculis asservavit. His actis, itinere Romam intento, Narniam usque agros vastando, et urbes subigendo, Spoleto excepto, progressus, C. Centenium prætorem circumventum, evitatis ejus insidiis, occidit. A Spoleto repulsus, cum pontem Naris dejectum vidisset, idemque cæteris fluminibus, quæ transire necesse habebat, esse factum audisset: omisso Romano itinere, in Campaniam se convertit, cujus solum fertilissimum, et urbem Capuam maximam esse audiebat. Quas si occupasset, se cætera brevi tempore adjecturum putabat. Romani clade audita mœsti atque anxii, et semetipsos et cæsos lugentes, pontes Tiberis, præter unum, dejecerunt, et mœnia multis in locis ruinosa celeriter refecerunt, et dictatorem in concione dixerunt: ac bene secum agi existimantes, si ipsi manerent incolumes, nulla sociis auxilia miserunt. Sed Annibalis in Campaniam profectione audita, etiam sociis opem ferre decreverunt. Annibali dictatorem Fabium et M. minutium magistrum equitum opposuerunt: qui cum eo venissent, cum illo non congressi sunt, sed tergis inhærentes, observarunt quando se pugnæ offerret occasio. Fabius enim cum militibus trepidis et victis contra **414** plures, et victores, Martis aleam experiri noluit: simulque putabat, quo magis agrum vastassent, eo citius commeatus penuria laboraturos. His rationibus adductus, neque alteri regioni ulli, neque Campaniæ opem tulit: et omnes hostes in Campania conclusos, et undique ignorantes circumdatos observavit. Nam ipsi quidem et ex mari et ex sociis civitatibus commeatus abunde suppetebat: illis vero nihil esse nisi ex agrorum vastatione norat. His de causis moram æquo ferebat animo, et a civibus non sine querelis Cunctator dicebatur.

A σχον, οὐ μέντοι καὶ οἱ μαχόμενοι ἐν ἐννοίᾳ σφῶν ἐγένοντο. Αὐτός τε οὖν ὁ Φλαμίνιος, καὶ ἄλλοι παμπληθεῖς ἔπεσον· συχνοὶ δὲ ἐπί τινα λόφον ἀνέβησαν· ἐπεὶ δ' ἡμέρα ἐγένετο, εἰς φυγὴν ὥρμησαν, καὶ καταληφθέντες, τά τε ὅπλα καὶ ἑαυτοὺς ἐπ' ἀδείᾳ παρέδοσαν. Ὁ γε μὴν Ἀννίβας βραχὺ τῶν ὁμωμοσμένων ἐφρόντισε, πάντων δὲ τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἁλόντων, τὸ μὲν ὑπήκοον, τό τε συμμαχικὸν τῶν Ῥωμαίων ἀφῆκεν, αὐτοὺς δὲ ἐκείνους δήσας ἐφύλασσε. Πράξας δὲ ταῦτα, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἠπείγετο, καὶ μέχρι μὲν Ναρνιᾶς τήν τε γῆν τέμνων, καὶ τὰς πόλεις προσαγόμενος πλὴν Σπολιτίου, προῆλθε, Γάϊόν τε ἐνταῦθα Κεντήνιον στρατηγὸν ἐνεδρεύοντα περισχὼν ἔκτεινεν. Ὡς δὲ τῷ Σπολιτίῳ προσβαλὼν ἀπεκρούσθη, καὶ τὴν τοῦ Ναείρου γέφυραν καθB ῃρημένην εἶδε, καὶ περὶ τοὺς ἄλλους ποταμοὺς, οὓς ἀναγκαῖον διελθεῖν, τοῦτο γεγονὸς ἐπύθετο, τῆς μὲν ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὁρμῆς ἐπέσχεν· ἐς δὲ τὴν Καμπανίαν ἐτράπετο, τήν τε χώραν ἀρίστην καὶ τὴν πόλιν τὴν Καπύην μεγίστην οὖσαν ἀκούων, ἐνόμιζεν, εἰ σφᾶς προκαταλάβοι, καὶ τἄλλα δι' ὀλίγου προσκτήσασθαι. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ πυθόμενοι περὶ τῆς ἥττης ἤλγησαν καὶ διὰ ἐκείνους καὶ δι' ἑαυτοὺς ὀδυρόμενοι καὶ ἐν ἀπόρῳ ἦσαν τάς τε γεφύρας τοῦ Τιβέριδος πλὴν μιᾶς καθεῖλον, καὶ τὰ τείχη πολλαχῇ πεπονηκότα σπουδῇ ἐπεσκεύαζον. Δικτάτορά τε προχειρίσασθαι βουληθέντες, αὐτοὶ ἐν ἐκκλησίᾳ αὐτὸν ἀνεῖπον. Ἀγαπῶντες δὲ εἰ αὐτοὶ μόνοι σωθεῖεν, οὐκ ἔστειλαν τοῖς συμμάχοις βοήθειαν. Πυθόμενοι δὲ τὸν Ἀννίβαν ἐς Καμπανίαν ὁρμηθῆναι, τό τε καὶ τοῖς συμμάχοις C ἐπικουρῆσαι ἔγνωσαν· τῷ δ' Ἀννίβᾳ τὸν δικτάτορα τὸν Φάβιον, καὶ τὸν ἵππαρχον τὸν Μάρκον τὸν Μινούκιον ἀντικατέστησαν. Οἳ ἐπ' ἐκεῖνον ἐλθόντες, ἐς μὲν χεῖρας αὐτῷ οὐκ ᾔεσαν· παρεπόμενοι δὲ ἐπετήρουν, εἴπου καιρὸς μάχης παραπέσοι· ἀποκινδυνεῦσαι γὰρ ὁ Φάβιος κατεπτηχόσι στρατιώταις καὶ ἡττημένοις, πρὸς πλείους καὶ νενικηκότας οὐκ ἤθελε, καὶ ἅμα ὅσῳ μᾶλλον τὴν χώραν κακώσειαν, τοσούτῳ θᾶσσον ἀπορῆσαι τροφῆς αὐτοὺς ἤλπισε. Τοιούτοις χρώμενος λογισμοῖς, οὔτ' ἄλλῃ χώρᾳ ἐπήμυνεν, οὔτε τῇ Καμπανίᾳ· κατέκλεισεν οὖν διὰ ταῦτα πᾶν τὸ πολέμιον εἰς τὴν Καμπανίαν. Περισχὼν γὰρ αὐτοὺς ἀπανταχόθεν οὐκ εἰδότας ἐν φυλακῇ ἐποιήσατο. Αὐτὸς μὲν γὰρ κἀκ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐκ τῆς συμμαχίδος τῶν ἐπιτηδείων εὐπορεῖ· ἐκείνοις δὲ μόνα τὰ ἐκ τῆς γῆς ἣν ἔκειρον, ὑπάρχοντα ᾔδει. Καὶ διὰ τοῦτο ἀνεῖχε καὶ τῆς μελλήσεως οὐκ ἐφρόντισε. Διὸ καὶ παρὰ τῶν πολιτῶν αἰτίαν εἶχεν ὡς καὶ Μελλητὴς ἐπωνομασθῆναι.

XXVI. Annibal autem, instante hieme, cum ob commeatus penuriam eo loco hibernare non posset, et varias rationes Campaniæ exeundi frustra tentasset, hujusmodi consilium cepit. Captivos omnes convocatos, ne quis eorum effugeret, et quid ageretur Romanis significaret, occidit: et boum, quos in castris habebat, cornibus faces alligavit, noctuque ad Samniticos montes profectus, facibus incensis boves extimulavit, qui igni et verberibus in rabiem acti, multis in locis silva incensa, facilem ei transitum præbuerunt. Nam Romani qui in castris et collibus erant, insidias veriti, se non commoverunt. Sic Annibal ad Samnites pervenit. Ea re Fabius mane cognita, abeuntes persequens, iis qui ad hostes repellendos in via relicti erant, fugatis, eorumque sociis superatis: non procul a

ΚϚ'. Ὁ δ' Ἀννίβας ἐπεὶ πρὸς χειμῶνα ἐγίνετο, D καὶ οὔτε κατὰ χώραν χειμάσαι σπάνει τῶν ἀναγκαίων ἠδύνατο, καὶ πολλαχῇ πειράσας ἐξιέναι τῆς Καμπανίας κεκώλυτο, τοιοῦτόν τι ἐμηχανήσατο. Τοὺς αἰχμαλώτους πάντας, ἵνα μή τις αὐτῶν διαφύγῃ, καὶ τὸ γινόμενον γνωρίσῃ τοῖς Ῥωμαίοις, κατέσφαξε· καὶ τὰς ἐν τῷ στρατοπέδῳ βοῦς ἀθροίσας, δᾷδας τοῖς αὐτῶν προσέδησε κέρασι, καὶ πρὸς τὰ κατὰ τοὺς Σαμνίτας ὄρη ὑπὸ νύκτα χωρήσας, τάς τε δᾷδας ἀνῆψε καὶ τὰς βοῦς ἐπετάραξεν. Οἰστρηθεῖσαι δ' ἐκεῖναι διὰ τὸ πῦρ καὶ τὴν ἔλασιν, πολλαχῇ τὴν ὕλην ἐνέπρησαν, κἀκ τούτου ῥᾳδίαν παρέσχον αὐτῷ τὴν ὑπέρβασιν. Οἱ γὰρ ἐν τῷ πεδίῳ Ῥωμαῖοι καὶ οἱ ἐν τοῖς μετεώροις, ἐνέδρας πτοηθέντες, οὐκ ἐκινήθησαν. Καὶ οὕτως ὁ Ἀννίβας διῆλθε, καὶ ἐς τὴν Σαμνίτιδα ἐκομίσθη. Ὁ οὖν Φά-

βιος, μεθ' ἡμέραν τὸ γενόμενον γνοὺς, κατεδίωξε, καὶ τούς τε καταλελειμμένους ἐν τῇ ὁδῷ ἵνα σφᾶς εἵρξωσι τρεψάμενος, καὶ τοὺς βοηθήσαντας αὐτοῖς κρατήσας, ἐστρατοπεδεύσατο μὲν οὐ πόῤῥω τῶν πολεμίων, οὐ μέντοι καὶ ἐς χεῖρας ἐκείνοις ἦλθεν, ἀλλ' ἀποσκίδνασθαί τε αὐτοὺς καὶ προνομεύειν ἐκώλυεν. Ὥστε τὸν Ἀννίβαν, ἀπορήσαντα, τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὁρμῆσαι· ὡς δ' οὐκ ἐμάχετο, δι' ἡσυχίας δὲ παρηκολούθει ὁ Φάβιος, αὖθις ὑπέστρεψεν εἰς τὸ Σάμνιον. Καὶ ὁ Φάβιος αὐτῷ ἑπόμενος δι' ἀσφαλείας προσήδρευε προμηθούμενος μήτε τῶν οἰκείων ἀποβαλεῖν τινας, καὶ αὐτὸς μὲν ἐν εὐπορίᾳ τῶν ἀναγκαίων τυγχάνων, ἐκείνῳ δὲ τῶν ὅπλων ἐκτὸς οὐδὲν προσεῖναι ὁρῶν, καὶ μηδ' οἴκοθεν προσιοῦσαν ἐπικουρίαν. Οἱ γὰρ Καρχηδόνιοι καὶ ἐν γέλωτι αὐτὸν ἐποιοῦντο, γράφοντα εὖ πράττειν καὶ πολλὰ κατορθοῦν, καὶ στρατιώτας παρ' αὐτῶν αἰτοῦντα, καὶ χρήματα, λέγοντες μὴ συμφωνεῖν τὰς αἰτήσεις ταῖς κατορθώσεσι. Τοὺς γὰρ νικῶντας προσήκει καὶ τῷ παρόντι ἀρκεῖσθαι στρατεύματι, καὶ χρήματα στέλλειν οἴκαδε, ἀλλ' οὐ προσαιτεῖν. Ἕως μὲν οὖν ἐνεδήμει ὁ Φάβιος, δεινὸν οὐδὲν τοῖς Ῥωμαίοις ἐγένετο· ὡς δ' ἐκεῖνος εἰς τὴν Ῥώμην ἀπῆρε κατά τι δημόσιον, ἔπταισαν. Ὁ γὰρ Ῥοῦφος ὁ ἵππαρχος, φρόνημα κενὸν ὑπὸ νεότητος ἔχων καὶ τῶν πολεμικῶν σφαλμάτων ἀπερίοπτος ὢν καὶ τῇ μελλήσει τοῦ Φαβίου ἀχθόμενος, ἐπεὶ τὴν προστασίαν τῆς στρατιᾶς μόνος ἔσχε, τῶν μὲν ἐντολῶν τοῦ δικτάτορος ὠλιγώρησεν· ὁρμήσας δ' εἰς παράταξιν, τὸ μὲν πρῶτον νικᾷν ἔδοξεν, εἶτα ἡττήθη. Κἂν πανσυδὶ διεφθάρη, εἰ μή τινες Σαμνιτῶν κατὰ τύχην τοῖς Ῥωμαίοις ἐπίκουροι ἀφικνούμενοι δόξαν τοῖς Καρχηδονίοις παρέσχον προσιέναι τὸν Φάβιον. Ἀναχωρησάντων οὖν διὰ τοῦτο, κεκρατηκέναι ἐνόμισε, καὶ ἐς τὴν Ῥώμην τὸ ἔργον μεγαλύνων καὶ τὸν δικτάτορα προσδιαβάλλων ἐπέστειλεν, ὀκνηρὸν καὶ μελλητὴν αὐτὸν καλῶν, καὶ τὰ τῶν ἐναντίων φρονοῦντα. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ νενικηκέναι τὸν Ῥοῦφον ὄντως ἐνόμισαν, καὶ οἷα παρὰ δόξαν θαρσήσαντες, καὶ ἐπῄνουν αὐτὸν καὶ ἐτίμων. Καὶ τὸν Φάβιον ἐν ὑποψίᾳ σχόντες διὰ ταῦτα, καὶ ὅτι τὰ ἐν Καμπανίᾳ χωρία αὐτοῦ οὐκ ἐδῄωσαν, μικροῦ καὶ τῆς ἀρχῆς ἂν παρέλυσαν. Ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν χρήσιμον νομίζοντες εἶναι, οὐκ ἔπαυσαν, τῷ δ' ἱππάρχῳ τὴν αὐτὴν ἐξουσίαν προσένειμαν, ὥστ' ἄμφω ἀπὸ τῆς ἴσης ἄρχειν. Δοξάντων δὲ τούτων, ὁ μὲν Φάβιος οὔτε τοῖς πολίταις, οὔτε τῷ Ῥούφῳ ἔσχεν ὀργήν. Ὁ δὲ Ῥοῦφος, οὐδὲ πρὶν ὀρθῶς φρονῶν, τότε μάλιστα ἐπεφύσητο, καὶ κατέχειν ἑαυτὸν οὐκ ἠδύνατο, ἀλλ' ἡμέραν ἠξίου παρ' ἡμέραν ἢ καὶ πλείους ἐφεξῆς ἐναλλὰξ μόνος ἄρχειν. Δείσας δ' ὁ Φάβιος μή τι κακὸν ἐξεργάσηται, εἰ πάσης τῆς δυνάμεως γένοιτο ἐγκρατής, πρὸς οὐδέτερον αὐτῷ συνῄνεσεν, ἀλλ' ἐνείματο τὸ στρατόπεδον, ὥστε τοῖς ὑπάτοις ἐπίσης ἰδίαν ἑκάτερον ἰσχὺν ἔχειν· καὶ παραχρῆμα ὁ Ῥοῦφος ἀπεστρατοπεδεύσατο, ἵνα διάδηλος ᾖ ὅτι καθ' ἑαυτὸν ἄρχει, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ τῷ δικτάτορι. Ὁ οὖν Ἀννίβας, τοῦτο αἰσθόμενος, ἐς μάχην αὐτὸν ὑπηγάγετο, ὡς ἐπὶ καταλήψει τοῦ χωρίου προσελθών· καὶ περιστοι-

A Pœnis castra posuit, sed pugna detrectata, eos vagari et prædas agere prohibuit. Itaque Annibal ob cibariorum penuriam primum Romam invadere statuit. Ut autem Fabius pugnæ copia negata, eum pedetentim assectabatur, in Samninm rediit: dictatore nunquam ab eo discedente, atque in id intento, ne quos suorum amitteret, utque ipse commeatu abundaret: ille autem præter arma nihil haberet, neque domo auxilia acciperet. Nam Carthaginienses eum deridebant, scribentem se bene rem gerere, et prosperis uti successibus, et tamen pecuniam et milites flagitantem: neque enim petitiones cum successibus consentire. Victores enim decere, exercitibus quos habeant contentos, pecuniam domum mittere, **415** non emendicare. Ac B dum Fabius apud exercitum fuit, nihil adversi Romanis accidit. Eo autem Romam ob publica negotia profecto, impegerunt. Rufus enim magister equitum juvenili audacia exsultans, bellique casus non prospiciens, et Fabii cunctationem ægre ferens, cum solus imperium adeptus esset, mandatorum dictatoris immemor, acie cum hoste congressus principio bene pugnavit, sed tandem succubuit: ac internecione deletus esset, nisi forte fortuna Samnitum auxilia ad Romanos accedentia Carthaginiensibus adventus Fabii opinionem attulissent. Qui cum hac de causa recessissent, se victorem esse arbitratus, Romam litteras misit, quibus et rem gestam exaggerabat, et dictatorem, ut segnem et cunctatorem et hostium C studiosum criminabatur. Romani vere vicisse Rufum opinati, præter exspectationem receptis animis, eo collaudato et honorato, Fabium et ob calumniam eam, et quod hostes ejus prædia in Campania non incendissent, suspectum habentes, parum abfuit quin magistratu privarent. Sed cum eum usui reipublicæ esse putarent, id quidem non fecerunt, sed magistro equitum eamdem potestatem dederunt, : ut ambo ex æquo imperarent. His decretis, Fabius neque civibus neque collegæ succensuit. Rufus vero jam ante parum prudens, tum magis etiam inflatus, temperare sibi non potuit, quin postularet ut diebus alternis, aut etiam pluribus diebus per vices solus imperaret. Fabius autem veritus, ne totius exercitus accepto D imperio rem male gereret, neutrum concessit, sed divisit exercitum, ut more coss. uterque ex æquo privatas vires haberet. Rufus igitur statim castra transtulit, ut appareret, se suapte auctoritate imperare, non subesse dictatori. Quo Annibal animadverso, eum ad pugnam elicuit per speciem ejus loci occupandi: et undique per insidias circumventum, in discrimen adduxit totius amittendi exercitus, nisi Fabius hostem a tergo adortus obstitisset. Hac plaga accepta, Rufus mutavit animum: et reliquiis exercitus statim ad Fabium adductis, imperium una, non exspectatis populi suffragiis, ultro ei tradidit, **416** quod solus ex magistris equitum acceperat: quo nomine ab omnibus est laudatus. Idque Fabius statim citra ullam dubi-

tationem universum recepit, approbante populo. Deinde milites cautissime duxit, et magistratu abiturus, consules, tradito exercitu, candidissime de omnibus rebus monuit : qui confidenter nihil, sed ex Fabii consiliis omnia administrarunt, quamvis Geminus rem bene gesserat. Nam cum classem Carthaginiensium tendere in Italiam, sed ob Romanorum instructionem non appellere vidisset, inter navigandum Corsicam et Sardiniam firmavit : et exscensu in Africa facto, ex ora maritima prædas egit. Quæ cum egisset, non tamen elatus fuit, ut temere Annibalem aggrederetur : sed Fabii mandatis paruit. Unde urbes non tam facile ut prius ad Carthaginienses defecerunt, metuentes, ne Annibale Italia pulso, a Romanis finitimis male tractarentur. Ac plerique futura considerabant, sed pauci ad Romanorum societatem redibant, quidam etiam donaria miserunt. Ex multis autem Hieronis muneribus, frumentum duntaxat et victoriæ signum acceperunt : quanquam adeo pecuniæ inopes, ut argenteum nummum prius impermistum et purum, ære admisto adulterarent.

A χισάμενος ἐξ ἐνέδρας, εἰς κίνδυνον κατέστησεν, ὡς πανστρατιᾷ ἐξελεῖν, εἰ μὴ ὁ Φάβιος κατὰ νώτου αὐτῷ προσπεσὼν ἐκώλυσε. Παθὼν οὖν τοῦτο ὁ Ῥοῦφος, μετεβάλετο, καὶ τὸ στράτευμά τε τὸ περίλοιπον ἐς τὸν Φάβιον εὐθὺς ἤγαγε, καὶ τὴν ἀρχὴν παραδέδωκεν, οὐδ' ἀνέμεινε τὸν δῆμον ἀναψηφίσασθαι, ἀλλ' ἐθελοντὴς τὴν ἡγεμονίαν, ἣν παρ' αὐτοῦ μόνος ἱππάρχων (33) ἔλαβεν ἀφῆκε· καὶ αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ πάντες ἐπῄνεσαν. Καὶ ὁ Φάβιος αὐτίκα, μηδὲν ἐνδοιάσας, πᾶσαν ἐδέξατο, καὶ ὁ δῆμος αὐτὸ ἀπεδέξατο. Καὶ μετὰ ταῦτα αὐτός τε ἀσφαλέστατα προέστη τοῦ στρατεύματος· καὶ μέλλων ἀπαλλαγήσεσθαι τῆς ἀρχῆς, τοὺς ὑπάτους μετεπέμψατο, καὶ τὸ στράτευμα σφίσι παρέδωκε, καὶ πάνθ' ὅσα πραχθῆναι ἐχρῆν B παρῄνεσεν ἀφθονώτατα· κἀκεῖνοι θρασέως οὐδὲν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ὑποθήκην τοῦ Φαβίου ἅπαντα ἔπραξαν, καίπερ ὁ Γεμῖνος καὶ προκατωρθώκει τι. Τὸ γὰρ ναυτικὸν τῶν Καρχηδονίων ἰδὼν ὁρμῆσαν μὲν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, διὰ δὲ τὴν ἀντιπαρασκευὴν αὐτῶν μὴ προσμίξαν αὐτῇ, ἐπεκπλεύσας τά τε τῶν Κυρνίων, καὶ τὰ τῶν Σαρδονίων ἐν τῷ παράπλῳ ἐβεβαιώσατο. Καὶ ἐς τὴν Λιβύην ἐκβὰς, ἐλεηλάτησε τὴν παραλίαν αὐτῆς. Ταῦτα μὲν ἔπραξεν, οὐ μέντοι δι' αὐτὰ ἐπεφύσητο ὥστε πρὸς τὸν Ἀννίβαν διακινδυνεῦσαι, ἀλλὰ ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Φαβίου ἐνέμεινεν. Ὅθεν περ καὶ αἱ πόλεις οὐκέθ' ὁμοίως τοῖς Καρχηδονίοις προσετίθεντο. Ἐφοβοῦντο γὰρ μὴ ὁ Ἀννίβας τῆς Ἰταλίας ἐκπέσῃ, καὶ κακόν τι αὐτοὶ ὑπὸ Ῥωμαίων ἅτε προσοίκων πάθωσι. Καὶ οἱ μὲν πλείους τὸ ἀποβησόμενον ἐσκόπουν, ὀλίγοι δὲ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους αὖθις μετέστησαν, καὶ ἀναθήματά τινες αὐτοῖς ἔπεμψαν. Καὶ τοῦ Ἱέρωνος πολλὰ πεπομφότος, σῖτον καὶ νίκης ἄγαλμα οἱ Ῥωμαῖοι μόνα ἔλαβον, καίπερ ἐν ἀχρηματίᾳ ὄντες, ὥστε τὸ ἀργυροῦν νόμισμα, ἀμιγὲς καὶ καθαρὸν γινόμενον πρότερον, χαλκῷ προσμίξαι.

Variæ lectiones et notæ.

(33) *Μόνος ἱππάρχων*. Excerpta Dionis Valesiana, p. 597.

LIBER NONUS.

I. Hæc tum in Italia acta sunt, ac Romæ servilis conjuratio mature oppressa. Explorator quidam in urbe deprehensus, amputatis manibus dimissus est, ut ipse Carthaginiensibus suæ cladis nuntius esset. In Hispania Scipio navali prælio, ad Iberi ostia vicit. Nam cum pugna principio anceps esset, velis navium refectis, suos ad promptius dimicandum cohortari voluit : nec agros duntaxat vastavit, sed etiam multa loca munita subegit : et per fratrem P. Scipionom urbes Hispanicas Romano imperio adjecit. Abelus enim quidam Hispanus, cum Carthaginiensibus fidus esse crederetur, revera Romanis favens, persuasit ei qui obsides Hispanorum custodiebat, ut eos domum abire sineret, quo facilius civitates ad benevolentiam adducerentur. Quos cum, ut illius cônsilii **417** auctor, legatis prius ad Scipionem missis, et communicatis iis quæ volebat, noctu abduceret, captus est scilicet : Romani iis domum remissis, patrias eorum in deditionem acceperunt. Quæ cum feliciter succederent, in eam cladem inciderunt, qua nec ante nec post graviorem senserunt : eaque prodigiis præsignifi-

C Α'. Ταῦτα ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τότε ἐπράχθη. Καί τινες δοῦλοι συνωμοσίαν ἐπὶ τῇ Ῥώμῃ πεποιηκότες προκατελήφθησαν. Κατάσκοπός τέ τις ἁλοὺς ἐν αὐτῇ τὰς χεῖρας ἀπεκόπη, καὶ ἀφείθη, ἵνα τοῖς Καρχηδονίοις γένηται τοῦ πάθους αὐτάγγελος. Ἐν δὲ τῇ Ἰβηρίᾳ, ναυμαχίᾳ πρὸς τῇ τοῦ Ἴβηρος ἐκβολῇ ὁ Σκιπίων ἐνίκησεν. Ἰσοπαλῶς γὰρ ἀγωνιζομένων, τὰ ἱστία τῶν νεῶν ὑπετέμετο, ὅπως ἀπογνόντες προθυμότερον ἀγωνίσωνται, καὶ τήν τε χώραν ἐπόρθησε, καὶ τείχη συχνὰ ἐχειρώσατο, καὶ διὰ τοῦ ἀδελφοῦ Πουπλίου Σκιπίωνος πόλεις τῶν Ἰβήρων προσεκτήσατο. Ἄβελος γάρ τις Ἴβηρ δοκῶν μὲν τοῖς Καρχηδονίοις πιστὸς, τὰ τῶν Ῥωμαίων δὲ θεραπεύων, ἀνέπεισε τὸν φρουροῦντα τοὺς τῶν Ἰβήρων ὁμήρους, οἴκαδε αὐτοὺς ἀποπέμψαι, ἵν' ἐς εὔ- D νοιαν τάχα ὑπ' αὐτῶν αἱ πόλεις ὑπαχθῶσι· καὶ παραλαβὼν σφᾶς ἅτε καὶ τῆς ἐπινοίας εἰσηγητὴς γεγονὼς, πρὸς τοὺς Σκιπίωνας τὸ πρότερον πέμψας, καὶ κοινολογησάμενος περὶ ὧν ἠξίου, εἶτα νυκτὸς ὑπεκκομίζων αὐτοὺς, ἑάλω δῆθεν· καὶ οὕτως ἐκείνων τε ἐγκρατεῖς ἐγένοντο οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ τὰς πατρίδας αὐτῶν ἀνακομισθέντων οἴκαδε κατεκτή-

σαντο. Ἐν μὲν οὖν τούτοις εὐτύχουν, συμφορᾷ δ' αὖ περιέπεσον ἧς οὔτε πρόσθεν οὔθ' ὕστερον δεινοτέρᾳ οὐδὲ μιᾷ. Προηγήσατο δὲ ταύτης καί τινα τέρατα καὶ τὰ τῆς Σιβύλλης λόγια, ἥτις πρὸ τοσούτων ἐτῶν τὴν συμφορὰν αὐτοῖς ἐμαντεύσατο. Θαυμαστὸν δὲ καὶ τὸ τοῦ Μάρκου προμάντευμα· χρησμολόγος γάρ τις καὶ οὗτος γενόμενος ἐν τῷ Διομηδείῳ πεδίῳ πταίσειν αὐτοὺς ἅτε καὶ Τρῶας τὸ ἀρχαῖον ὄντας ἐφοίβασε. Τοῦτο δ' ἐν Ἀπουλίᾳ τῇ Δαυνίων ἐστὶ, καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς τοῦ Διομήδους κατοικήσεως, ἣν ἐκεῖ ἀλητεύσας ἐποιήσατο, ἔσχηκεν. Ἐν γὰρ τῷ πεδίῳ ἐκείνῳ καὶ αἱ Κάνναι, ἔνθα τότε ἐδυστύχησαν, παρά τε τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ, καὶ περὶ τὰς τοῦ Αὐφιδίου ἐκβολάς εἰσιν. Ἡ δὲ Σιβύλλα φυλάττεσθαι μὲν τὸ χωρίον παρῄνεσεν, οὐ μέντοι καὶ πλεῖόν τι γενήσεσθαι ἔφη, οὐδ' εἰ διὰ πάσης αὐτὸ ποιήσαιντο φυλακῆς. Τοιαῦτα μὲν οὖν ἦσαν τὰ χρησμοδοτήματα, τὰ δὲ τοῖς Ῥωμαίοις συμβάντα οὕτως ἐγένετο. Ἦρχον μὲν Παῦλος Αἰμίλιος καὶ Τερέντιος Οὐάρρων, ἄνδρες οὐχ ὁμοιότροποι. Ὁ μὲν γὰρ εὐπατρίδης ἦν καὶ παιδείᾳ κεκόσμητο καὶ τὸ ἀσφαλὲς προετίμα τοῦ προπετοῦς· Τερέντιος δὲ ἐν τῷ ὁμίλῳ ἐτέθραπτο καὶ ἐν βαναυσικῇ θρασύτητι ἤσκητο, καὶ τἄλλα τε ἐξεφρόνει, καὶ τὴν ἡγεμονίαν μόνος ἔχειν ἡγεῖτο διὰ τὴν τοῦ συνάρχοντος ἐπιείκειαν. Ἦλθον οὖν ἄμφω εἰς τὸ στρατόπεδον εὐκαιρότατα. Οὔτε γὰρ τροφὴ ἔτι ἦν τῷ Ἀννίβᾳ, καὶ τὰ τῶν Ἰβήρων κεκίνητο, τά τε τῶν συμμάχων αὐτοῦ ἠλλοτριοῦτο· καὶ εἴ γε καὶ τὸ βραχύτατον ἐπεσχήκεσαν, ἀπόνως ἐκράτησαν ἄν. Νῦν δέ γε τοῦ Τερεντίου τὸ ἀπερίοπτον καὶ τὸ τοῦ Παύλου ἐπιεικὲς ἥττησεν αὐτούς. Ὁ γὰρ Ἀννίβας ἐπεχείρησε μὲν καὶ παραχρῆμα πρὸς μάχην αὐτοὺς ὑπαγαγέσθαι, καὶ σὺν ὀλίγοις προσπελάσας αὐτῶν τῷ ἐρύματι, ἐπεὶ ἐκδρομὴ ἐγένετο, ἑκὼν ὑπεχώρησεν, ὅπως δεδιέναι νομισθεὶς, ἐπισπάσαιτο μᾶλλον αὐτοὺς εἰς παράταξιν. Τοῦ δὲ Παύλου τοῖς οἰκείοις στρατιώταις ἐπισχόντος τὴν δίωξιν, ὁ Ἀννίβας προσεποιήσατο φοβεῖσθαι· καὶ τῆς νυκτὸς ἀνασκευασάμενος ὡς ἀπιὼν, σκεύη τε συχνὰ κατέλιπεν ἐν τῷ χαρακώματι, καὶ τὰ λοιπὰ ἀμελέστερον κομίζεσθαι ἐνετείλατο, ἵνα τῶν Ῥωμαίων ἐφ' ἁρπαγὴν αὐτῶν τραπομένων ἐπίθηται σφίσι. Καὶ εἰς ἔργον ἂν τὸ βούλευμα ἤγαγεν, εἰ μὴ ὁ Παῦλος καὶ ἄκοντας κατεσχήκει τοὺς στρατιώτας καὶ τὸν Τερέντιον. Ὁ οὖν Ἀννίβας, καὶ τούτου διαμαρτὼν, νυκτὸς πρὸς τὰς Κάννας ἀφίκετο. Καὶ γνοὺς τὸ χωρίον καὶ πρὸς ἐνέδρας, καὶ πρὸς παράταξιν ἐπιτήδειον, ἐστρατοπεδεύσατο καὶ προήροσε πάντα τὸν τόπον ὑπόψαμμον ὄντα, ἵνα κονιορτὸς ἐν τῇ μάχῃ ἀρθῇ. Τὸν γὰρ ἄνεμον ὃς ἐν θέρει ἐκεῖσε περὶ τὴν μεσημβρίαν εἰώθει γίνεσθαι, κατὰ νώτου ἔχειν ἐμηχανήσατο. Οἱ δὲ ὕπατοι ἕωθεν κενὸν ἀνδρῶν ἰδόντες αὐτοῦ τὸ χαράκωμα, πρῶτον μὲν ἐπέσχον, ἐνεδρεύεσθαι δόξαντες· εἶτα μεθ' ἡμέρας πρὸς τὰς Κάννας ἀφίκοντο, καὶ παρὰ τῷ ποταμῷ ἑκάτερος ἰδίᾳ ηὐλίσατο. Οὐχ ὄντες γὰρ ὁμοήθεις τὴν πρὸς ἀλλήλους συνουσίαν ἐξέκλινον. Καὶ ὁ μὲν Παῦλος ἡσύχασεν, ὁ δέ γε Τερέντιος ἤθελε συμβαλεῖν· ἀμβλυτέρους δὲ τοὺς στρατιώτας ὁρῶν, ἀνεκόπτετο. Ὁ

A cata est, et Sibyllinis oraculis tot ante ætatibus prædicta. Mirabilis fuit et Marci vatis divinatio, qui eos, quippe a prima stirpe Trojanos, in campo Diomedæo cladem accepturos prædixit. Is vero in Apulia Dauniorum est, nomen ab habitatione Diomedis sortitus, cum illic oberraret. In eo enim campo Cannæ sunt, ubi cæsi fuerunt, juxta sinum Ionium, et Aufidi ostia. Sibylla autem monuit ut eum locum caverent, neque tamen quidquam cautione vel diligentissima profecturos adjecit. Ac talia fuerunt oracula : res autem ita gesta est. Legionibus præerant Paulus Æmilius et Terentius Varro, viri dissimilibus ingeniis. Nam alter patricius erat, doctrina ornatus, tutasque rationes audaciæ præponebat. Terentius vero inter plebeios B educatus, et importunæ audaciæ assuetus, tum aliis de rebus perperam sentiebat, tum se solum habere imperium ob collegæ moderationem opinabatur. Ambo autem perquam in tempore in castra venerunt. Neque enim commeatum habebat Annibal, et res Hispanicæ turbatæ erant, et socii ab eo alienabantur. Quod si perpusillum morati essent, citra laborem vicissent. Nunc Terentii temeritas et Pauli moderatio causæ cladis exstiterunt. Nam Annibal statim eos ad pugnam elicere studens, cum paucis munitionem aggressus est : factaque excursione, sponte recessit, ut timore simulato facilius eos in prælium attraheret. Cumque Paulus suos milites ab hoste persequendo revocasset, timore simulato, vasis noctu collectis, tanquam abiturus, multa in C vallo reliquit, cæteraque negligentius portari jussit, ut Romanos in rapinam intentos aggrederetur : ac id omnino accidisset, nisi Paulus milites et Terentium vel invitos cohibuisset. Annibal, etiam hoc consilio frustratus, noctu ad Cannas venit : cognitoque loci situ, et ad parandas **418** insidias, et ad prælium committendum idoneo, castra ibi posuit, ac omnem eum agrum subarenosum aratro proscidit, ut in pugna pulvis tolleretur : id machinatus, ut ventum qui ibi sub meridiem flare consuevit a tergo haberet. Coss. cum mane castra viris vacua vidissent, primum se represserunt, insidias veriti. Postridie ad Cannas venerunt, juxta flumen uterque seorsim castrametatus. Ob morum D enim diversitatem alter alterius consuetudinem declinabat. Paulo quiescente, Terentius confligere voluit : nec tamen fecit, cum milites parum esse alacres vidisset. At Annibal vel invitos ad pugnam eliciens, aquatione prohibebat, nec palari sinebat, et cadavera cæsorum supra in profluentem ante vallum eorum projiciebat, ut a potu abhorrerent. His rebus Romani concitati, aciem instruxerunt. Quo Annibal præcognito, insidiis sub tumulis collocatis, et reliquo exercitu ordinato, nonnullos transfugas subornavit, quos signo dato clypeis, hastis et ensibus gravioribus abjectis, solos pugiones retinere jussit, ut ab adversariis pro inermibus accepti, eos ex improviso aggrederentur. Romani, cum Annibalis exercitum mane in procinctu

staie viderent, armis captis et ipsi instruebantur. Classicis igitur utrinque canentibus, collatisque signis, varie et usque meridiem ancipiti Marte pugnaverunt. Ut autem ventus est exortus, et fictitii transfugæ pro inermibus accepti, post Romanos steterunt, ne scilicet a Carthaginiensibus opprimerentur : tunc qui in insidiis erant, utrinque consurrexerunt, et Annibal a fronte cum equitibus, et hostes, nec minus ventus et pulvis in facies eorum violenter incidentes, Romanos undique turbabant, et creber ex fatigatione anhelitus, ut et visu et voce privati, promiscue nulloque ordine cæderentur. Tanta igitur multitudo cecidit, ut Annibal vulgi inire numerum ne tentarit quidem : equitum autem et senatorum numerum ad senatum Carthaginiensem non scripserit, sed per modios annulorum demonstrarit. Soli enim senatores et equites annulis utebantur. Multi tamen cum Terentio tum quoque evaserunt, sed Paulus occubuit. At Annibal fugientes **419** non persecutus est, neque Romam properavit. Nam cum vel totum exercitum, vel partem ejus evestigio Romam perducere, atque in urbe bellum gerere potuisset, non tamen fecit, quamvis suadente Maharbale. Quare probro ei datum est, quod vincere possit, sed uti victoria nesciat. Rem sane tum neglectam postea nunquam resarcire potuerunt : et Annibalem cessationis ita pœnituit, ut continenter exclamaret: *O Cannæ! Cannæ!*

A δὲ Ἀννίβας, καὶ ἄκοντας αὐτοὺς εἰς μάχην παρακινῶν, τῆς τε ὑδρείας εἶργε, καὶ ἀποσκεδάννυσθαι σφᾶς ἐκώλυε, καὶ τὰ σώματα τῶν φονευομένων ἄνω πρὸ τῶν ταφρευμάτων ἐνέβαλλεν, ὅπως σφίσι τὸ ποτὸν δυσχεραίνηται. Κἀντεῦθεν καὶ οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς παράταξιν ὥρμησαν. Τοῦτο δὲ προγνοὺς ὁ Ἀννίβας, λόχους μὲν ὑπὸ τοὺς ὄχθους ἐκάθισε, τὴν δὲ λοιπὴν στρατιὰν συνέταξε, καί τινας ψευδαυτομολῆσαι, ὅταν σημήνῃ, ἐκέλευσε τὰς μὲν ἀσπίδας καὶ τὰ δόρατα, καὶ τὰ μείζω τῶν ξιφῶν ἀποῤῥίψαντας, τὰ δ' ἐγχειρίδια φέροντας κρύφα, ἵνα, δεξαμένων αὐτοὺς τῶν ἀντικαθεστηκότων ὡς ἀόπλους, ἐπίθωνται αὐτοῖς ἀπροσδοκήτως. Οἱ δὲ δὴ Ῥωμαῖοι, ἰδόντες πρωῒθεν τοὺς περὶ τὸν Ἀννίβαν παρατεταγμένους, ὡπλίζοντό τε καὶ παρετάσσοντο· καὶ B οἱ σαλπιγκταὶ ἀμφοτέρους ἐξώτρυναν, καὶ τὰ σημεῖα ἤρθη, καὶ συμπεσόντες πολυτρόπως ἠγωνίσαντο, καὶ μέχρι τῆς μεσημβρίας οὐδετέροις τὸ κράτος ἀπονενέμητο. Ἐπεὶ δὲ τὸ πνεῦμα ἐπῆλθε, καὶ οἱ ψευδαυτόμολοι δεχθέντες ὡς ὅπλων γυμνοὶ ὄπισθεν τῶν Ῥωμαίων ἐγένοντο, ἵνα μὴ σφίσιν ἐπιτιθῶσι δῆθεν οἱ Καρχηδόνιοι, τότε καὶ οἱ λόχοι ἑκατέρωθεν ἐπανέστησαν, καὶ ὁ Ἀννίβας κατὰ πρόσωπον σὺν τοῖς ἱππεῦσι προσέμιξε, καὶ οἵ τε πολέμιοι τοὺς Ῥωμαίους πανταχόθεν ἐθορύβουν, καὶ ὁ ἄνεμος ὅ τε κονιορτὸς ἐς τὰς ὄψεις αὐτῶν βιαίως ἐμπίπτων ἐτάραττε, καὶ τὸ ἆσθμα γινόμενον συνεχὲς ἐκ τοῦ καμάτου ἀπέφραττεν, ὥστ' ἀπεστερημένοι μὲν τῆς ὄψεως, ἀπεστερημένοι δὲ καὶ φωνῆς, φύρδην καὶ ἐν οὐδενὶ κόσμῳ ἐφθείροντο. Καὶ τοσοῦτον ἔπεσε πλῆθος ὥστε τὸν Ἀννίβαν τῶν μὲν ἐκ τοῦ ὁμίλου μηδὲ πειραθῆναι ἐξευρεῖν ἀριθμόν, περὶ δὲ τῶν ἱππέων καὶ τῶν ἐκ τῆς βουλῆς ἀριθμὸν μὲν μὴ γράψαι τοῖς οἴκοι Καρχηδονίοις, διὰ δὲ τῶν δακτυλίων ἐνδείξασθαι τοῦτον· χοίνιξι γὰρ σφᾶς ἀπομετρήσας ἀπέστειλε. Μόνοι γὰρ οἱ βουλευταὶ καὶ οἱ ἱππεῖς δακτυλίοις ἐκέχρηντο. Συχνοὶ δ' οὖν ὅμως καὶ τότε διέφυγον, καὶ ὁ Τερέντιος· ὁ γὰρ Παῦλος ἀπέθανεν. Ὁ δ' Ἀννίβας οὐκ ἐπεδίωξεν, οὐδ' εἰς τὴν Ῥώμην ἠπείχθη. Δυνάμενος γὰρ ἢ παντὶ τῷ στρατεύματι, ἢ καὶ μέρει τούτου πρὸς τὴν Ῥώμην παραυτίκα ὁρμῆσαι, καὶ ταχέως διαπολεμῆσαι, οὐκ ἐποίησε τοῦτο, καίτοι τοῦ Μαάρβου συναινοῦντος τοῦτο ποιῆσαι. Διὸ καὶ αἰτίαν ἔσχεν ὡς νικᾷν μὲν δυνάμενος, χρῆσθαι δὲ ταῖς νίκαις οὐκ ἐπιστάμενος. Ἐπεὶ δὲ τότε ἠμέλησαν, οὐκέτι οὐδ' αὖθις ἠπείχθησαν. Διὸ καὶ ὁ Ἀννίβας ὡς ἁμαρτὼν μετεμέλετο, συνεχῶς ἀναβοῶν, *Ὦ Κάνναι, Κάνναι.*

II. Romani autem excidio proximi, victoriam per Scipionem recuperarunt, P. Scipionis in Hispania bellum gerentis filium, qui patrem vulneratum defenderat. Tum vero miles Canusium fugit, adeptusque gloriam ab iis qui eodem se receperant, imperium ultro delatum accepit, et rebus ibi constitutis præsidia misit finitimis, in rebus et deliberandis et gerendis dexter. Qui Romæ erant, cladem audiverunt, sed non crediderunt; cum credidissent, luxerunt, et in curia congressi, rebus infectis recedebant : donec tandem Fabius dixit, exploratores esse mittendos, qui et rem gestam, et quid ageret Annibal, nuntiarent. Ipsis vero non plorandum esse, sed pedetentim procedendum, ut ea quæ facto essent opus, tempestive gererentur : et copias quantæ possint maximæ conscribendas esse, et finitimorum opem implorandam. Posthæc cum Annibalem in Apulia esse cognovissent, et a Terentio litteras accepissent de salute et actis ejus, nonnihil receptis animis, dictatorem Marcum Ju-

τὴν Ῥώμην ἀφίκετο, καὶ εὕρατο παρ' αὐτῶν καὶ τὴν Κύπρον. Ὁ δὲ πρεσβύτερος συμβάσεις ἔθετο αὖθις πρὸς τὸν νεώτερον, πόλεις τέ τινας ἀντὶ τῆς Κύπρου δοὺς, καὶ χρήματα καὶ σῖτον ταξάμενος συντελεῖν. Τοῦ δ' Ἀντιόχου τελευτῶντος μετὰ τοῦτο, καὶ παιδὶ ὁμωνύμῳ τὴν βασιλείαν καταλιπόντος, ταύτην τε αὐτῷ ἐβεβαίωσαν, καὶ τρεῖς ἄνδρας ἐπιτρόπους δῆθεν (μικρὸς γὰρ ἦν) ἔπεμψαν, οἳ, παρὰ τὰς συνθήκας εὑρόντες ἐλέφαντας καὶ τριήρεις, τούς τε ἐλέφαντας σφαγῆναι πάντας ἐκέλευσαν, καὶ τἄλλα πρὸς τὸ τῇ Ῥώμῃ συμφέρον διῴκησαν. Διάπερ Λυσίας ὁ τοῦ βασιλέως τὴν κηδεμονίαν ἐγκεχειρισμένος παρώξυνε τὸ πλῆθος, ἐκβαλεῖν τοὺς Ῥωμαίους, τὸν δὲ Γάϊον τὸν Ὀκτάβιον καὶ ἀποκτεῖναι. Καὶ τούτων γενομένων, ὁ μὲν πρέσβεις εὐθὺς εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέστειλεν ὑπὲρ τῶν πεπραγμένων ἀπολογούμενος· Δημήτριος δὲ ὁ Σελεύκου υἱὸς τοῦ παιδὸς Ἀντιόχου ὁμηρεύων ἐν Ῥώμῃ κατὰ τὸν τοῦ πατρὸς θάνατον, καὶ ὑπὸ Ἀντιόχου τοῦ θείου τῆς βασιλείας ἐστερημένος, ὡς τὸν τοῦ Ἀντιόχου θάνατον ἔγνω, ᾔτει μὲν τὴν πατρῴαν ἀρχήν· οἱ δὲ οὔτε ταύτην αὐτῷ συνέπραξαν, οὔτ' ἀπᾶραι τῆς Ῥώμης ἐπέτρεψαν. Καὶ ὃς καὶ δυσχεραίνων ὅμως ἡσύχαζεν. Ἐπεὶ δὲ τὰ κατὰ τὸν Λυσίαν ἐγένετο, οὐκέτ' ἐμέλλησεν, ἀλλ' ἀπέδρα· καὶ ἐκ Λυκίας τῇ γερουσίᾳ ἐπέστειλε, μὴ ἐπὶ τὸν ἀνεψιὸν τὸν Ἀντίοχον (οὕτω γὰρ οἱ πάλαι τοὺς ἐξαδέλφους ἐκάλουν), ἀλλ' ἐπὶ τὸν Λυσίαν τὴν ὁρμὴν ἔχειν, ὥστε τῷ Ὀκταβίῳ τιμωρήσειν. Ἐς Τρίπολιν δὲ τῆς Συρίας ἐπειχθεὶς, καὶ ταύτην προσαγαγόμενος ὡς ὑπὸ Ῥωμαίων ἐπὶ τὴν βασιλείαν σταλεὶς (τὴν γὰρ ἀπόδρασιν αὐτοῦ οὐδεὶς ἐνενόει) καὶ Ἀπαμείας κρατήσας δύναμίν τε συναγαγὼν, ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν ἤλασε, καὶ τό τε παιδίον καὶ τὸν Λυσίαν φιλικῶς ἀπαντήσαντας αὐτῷ (δεδιότες γὰρ τοὺς Ῥωμαίους οὐκ ἀντῇραν) διέφθειρε, καὶ τὴν βασιλείαν ἀνεκομίσατο, κἂν τῇ Ῥώμῃ στέφανον καὶ τοὺς τοῦ Ὀκταβίου αὐθέντας ἀπέστειλεν. Οἱ δὲ χαλεπαίνοντες αὐτῷ οὐδέτερον ἐδέξαντο. Μετὰ ταῦτα δ' ἐπὶ Δαλμάτας οἱ Ῥωμαῖοι ἐστράτευσαν. Τὸ δ' ἔθνος τοῦτο ἐστι μὲν Ἰλλυριῶν τῶν παρὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον, ὧν τινας Ταυλαντίους ὠνόμαζον Ἕλληνες. Ἔχονται δὲ τοῦ Δυῤῥαχίου ἐν μέρει. Αἴτιον δὲ τοῦ πολέμου, ὅτι τινὰς τῶν προσχώρων αὐτοῖς ἐν φιλίᾳ τοῖς Ῥωμαίοις ὄντας ἠδίκουν. Συμπρεσβευσαμένοις τε ὑπὲρ αὐτῶν τοῖς Ῥωμαίοις οὐδὲν μέτριον ἀπεκρίναντο, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῶν ἄλλων πρέσβεις συλλαβόντες ἀπέκτειναν. Τούτους ὁ Σκιπίων ὁ Νασικᾶς ὑπέταξεν, ἐπ' αὐτοὺς στρατεύσας. Τάς τε γὰρ πόλεις αὐτῶν εἷλε καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἐπίπρασκε. Καὶ ἄλλα δὲ κατ' ἐκείνους συνέβη τοὺς χρόνους, οὐ μνήμης μέντοι οὐδ' ἱστορίας ἐπάξια.

teneram ætatem scilicet, tres curatores miserunt: qui cum præter pacta et conventa triremes et elephantos invenissent, belluas occidi jusserunt, ac cætera ex Romanorum utilitate administrarunt. Qua de causa Lysias, cui regis tutela commissa erat, populum concitavit, ut Romanos ejiceret, Caium vero Octavium occideret. His factis, statim legatos Romam misit, ut id facinus purgaret. Demetrius autem Seleuci filius Antiochi nepos. Romæ obses tempore **462** paterni obitus, ab Antiocho patruo regno spoliatus, cum ejus interitu cognito, paternum regnum repeteret, a senatu nec adjutus, nec Roma exire situs est. Quod quamvis ægre ferret, tamen quievit. Cæterum cum Lysias illa fecisset, nihil cunctatus Roma profugit: et ad senatum e Lycia scripsit, se non contra patruelem Antiochum, sed contra Lysiam proficisci et Octavii necem ulturum esse. Cum Tripolim Syriæ celeriter sibi adjunxisset, tanquam a senatu ad regnum occupandum missus (de fuga enim ejus nemo cogitabat) et Apamea potitus, comparatis copiis Antiochiam contendit, ibique puerum et Lysiam amice obviam egressos (Romanorum enim metu armis abstinuerant) interfecit. Regno recuperato, coronam et Octavii percussores Romam misit: quorum neutrum Romani illi irati acceperunt. Post hæc Dalmatis bellum intulerunt, quæ gens Illyrica est in sinu Ionio: quorum quosdam Græci Taulantios nominant, ex parte Dyrrachio vicinos. Belli causa erat, quod in finitimos, Romanis amicos injurii, nec Romanorum legatis moderate respondissent, et aliorum legatos occidissent. Hos Scipio Nasica domuit: eorumque urbibus expugnatis, captivos vendidit. Iisdem temporibus alia quoque acciderunt, memoria et scriptione parum digna.

ΚϚ'. Ἐντεῦθεν αὖθις ὁ πρὸς τοὺς Καρχηδονίους τὸ τρίτον ἀνεῤῥιπίζετο πόλεμος. Οἱ μὲν γὰρ οὐκ ἔφερον ἐλαττούμενοι, ἀλλὰ καὶ συμμαχικὰ καὶ ναυτικὸν ἐπὶ τῇ τοῦ Νομαδικοῦ πολέμου παρασκευῇ παρὰ τὰς συνθήκας ἡτοίμαζον· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ὡς τὰ ἄλλα κατὰ γνώμην ἔθεντο, οὐχ ἡσύχασάν, ἀλλὰ πέμψαντες τὸν Σκιπίωνα τὸν Νασικᾶν, ταῦτά τε αὐτοῖς ἐνεκάλουν καὶ τὴν παρασκευὴν διαλῦσαι ἐκέλευον. Καὶ ἐπεὶ τὸν Μασινίσσαν ᾐτιῶντο ἐκεῖνοι, καὶ διὰ τὸν πρὸς ἐκεῖνον πόλεμον ἀπειρήκασι ποιῆσαι τὸ κελευόμενον, σύμβασίν τινα πρὸς τὸν Μασινίσσαν αὐτοῖς ἔπραξαν, καί τινος αὐτοῖς ἀποστῆναι χώρας αὐτὸν ἔπεισαν. Ὡς δ' οὐδὲν μᾶλλον εἰσήκουον, μικρὸν ἐπισχόντες Ῥωμαῖοι, ἐπεὶ τάχιστα νικηθέντας σφᾶς μεγάλῃ μάχῃ πρὸς τοῦ Μασινίσσου ἐπύ-

XXVI. Dehinc tertium bellum punicum est conflatum. Carthaginienses enim humilem illam fortunam haud ferentes, socios et classem ad bellum Numidicum contra fœdus comparabant. Romani autem cæteris rebus ex sententia confectis, non quieverunt: sed per Nasicam Scipionem iis de rebus expostulantes, apparatum illum omitti jusserunt. Et quia de Masinissa querebantur, et propter bellum cum illo susceptum, imperata detrectabant: pactione inter illos facta, a Masinissa impetravit, ut quadam provincia eis cederet. Sed cum nihilo magis parerent. Romani paulisper cunctati, cum primum magno prælio a Masinissa victos esse audiverunt, bellum eis indixerunt. Carthaginienses vero ea clade afflicti et territi

(nam ab aliis quoque finitimis premebantur) legatis Romam missis auxilia petiverunt, se **463** Romanis omnibus in rebus obsecuturos simulantes. Nam cum fœdus rupturi essent, facile quidvis promittebant. Ea de re concilio a senatu indicto, Scipio Nasica legatos Carthaginiensium admittendos, et pacem cum eis faciendam esse censuit. M. Cato contra, nec admittendos esse, nec belli decretum abrogandum. Verum senatus et preces legatorum admisit, et pacem eis est pollicitus, obsidibus petitis, quos L. Martius et M. Manilius in Sicilia acceptos Romam miserunt: ipsi festinanter in Africam appulerunt, castrisque positis, et magistratibus Carthaginiensium accersitis, non omnia simul quæ postulabant, exposuerunt, veriti ne iis præcognitis, rebus integris bellum capesserent. Ac primum frumentum petentibus datum, deinde triremes, postea machinæ, denique armis etiam acceptis (Carthaginenses enim clam alium magnum apparatum habebant) eos urbem diruere, et aliam in mediterraneo sine muris extruere, LXXX stadiis a mari dissitam jusserunt. Ad illud Carthaginienses in lacrymas soluti, tanquam urbe capta lamentati sunt: precatique consules, ne patriæ afferre manus cogerentur. Sed cum nihil proficerent, et aut imperata exsequi, aut bellum experiri juberentur, multi apud Romanos, ut jam victores, remanserunt. Cæteri in urbem regressi, quosdam ex magistratibus occiderunt, quod non principio bellum amplexi essent: et Romanis, quos intra mœnia repererant, interfectis, bellum aggressi, omnes servos manumiserunt, exsules revocarunt: et Asdrubale denuo imperatore creato, arma, triremes, machinas repararunt. Quasi enim bellum urgeret, et de excidio periclitarentur, ita omnia quibus erat opus, perexiguo tempore compararunt, nulli rei parcentes, adeo ut statuas quoque ob æris penuriam conflarent, et capillis mulierum ad funes conficiendos uterentur. Consules principio spe concepta, se eos ut inermes facile capturos, scalas duntaxat pararunt, quibus mœnia transcenderent: sed ea oppugnare adorti, cum hostes armatos et rebus ad propulsandam obsidionem necessariis instructos vidissent: machinas fabricare instituerunt, quibus non sine periculo **464** confectis (Asdrubal enim materiam comportantes ex insidiis vexabat) urbem sunt aggressi. Ac Manilius terra impetu facto, nihil urbi nocuit. Martius qua mare paludosum est, parte muri dejecta, non ingressus est. Carthaginienses enim eos qui penetrare conabantur, repulerunt: et noctu per ruinas eruptione facta, multis occisis, machinas plures cremarunt. Neque etiam Asdrubal cum equitibus eos late vagari in agris patiebatur, neque auxiliis Masinissa juvabat. Nam principio belli non accersitus, neque permissum ei pollicenti fuerat, ut solus Asdrubalem debellaret.

A θοντο, εὐθὺς αὐτοῖς τὸν πόλεμον ἐψηφίσαντο. Ὃ
μαθόντες οἱ Καρχηδόνιοι, οὐκ εὖ ὑπὸ τῆς συμφορᾶς
ἔχοντες, κατέδεισαν, καὶ πρέσβεις ἐς τὴν Ῥώμην
διὰ συμμαχίαν ἐστάλκασι (καὶ ἄλλοι γὰρ τῶν προσ-
χώρων αὐτοῖς ἐπετίθεντο) καὶ ἐς πᾶν τοῖς Ῥωμαίοις
ὑπείξειν ἐπλάττοντο. Μὴ γὰρ ταῖς σπονδαῖς ἐμμένειν
μέλλοντες, ῥᾷον ἅπαντα ἐπηγγέλλοντο. Τῆς δὲ γε-
ρουσίας βουλὴν περὶ τούτου συναγαγούσης, ὁ μὲν
Σκιπίων ὁ Νασικᾶς δέξασθαι τὴν τῶν Καρχηδονίων
πρεσβείαν καὶ σπονδὰς αὐτοῖς ποιήσασθαι συνεβού-
λευσεν· ὁ δὲ Κάτων ὁ Μάρκος μήτε σπείσασθαι
τούτοις δεῖν εἶπε, μήτε λῦσαι τοῦ πολέμου τὸ ψή-
φισμα. Οἱ δέ γε βουλευταὶ τήν τε τῶν πρέσβεων
ἱκετείαν ἐδέξαντο καὶ σπονδὰς αὐτοῖς ὑπέσχοντο
παρασχεῖν, καὶ ἐπὶ τούτοις ὁμήρους ᾔτησαν· οὓς
B Λούκιος Μάρκιος καὶ Μάρκος Μανίλιος, εἰς τὴν Σι-
κελίαν ἐλθόντες, ἐκεῖσε πεμφθέντας ἔλαβον, καὶ τοὺς
μὲν εἰς τὴν Ῥώμην ἔπεμψαν, αὐτοὶ δὲ σπουδῇ τὴν
Ἀφρικὴν κατειλήφασι. Καὶ στρατοπεδευσάμενοι τὰ
τέλη τῶν Καρχηδονίων ἐκεῖ μετεπέμψαντο· καὶ ὡς
ἀφίκοντο, οὐ πάντα ἅμα σφίσιν ὅσα ᾔτουν ἐξέφηναν,
δείσαντες μὴ, ταῦτα προμαθόντες, ἀκεραίοις τοῖς
πράγμασι σφῶν καταστῶσιν εἰς πόλεμον. Καὶ τὸ
μὲν πρῶτον σῖτον ᾔτησαν καὶ ἔλαβον· εἶτα τὰς
τριήρεις, καὶ ἐπὶ ταύταις τὰ μηχανήματα, εἶτα τὰ
ὅπλα προσῄτησαν. Λαβόντες οὖν πάντα (οἱ γὰρ
Καρχηδόνιοι πολλὴν ἑτέραν παρασκευὴν κεκρυμμέ-
νην εἶχον) τέλος ἐκέλευον αὐτοὺς κατασκάψαι μὲν
τὴν πόλιν αὐτῶν, ἑτέραν δ' ἐν μεσογείῳ οἰκοδομῆ-
C σαι ἀτείχιστον, ὀγδοήκοντα σταδίους τῆς θαλάσσης
διέχουσαν. Πρὸς τοῦτο δ' οἱ Καρχηδόνιοι ἐς δάκρυα
κατηνέχθησαν, καὶ ὡς ἑαλωκότες ἀνωλοφύροντο καὶ
ἐδέοντο τῶν ὑπάτων μὴ καταναγκάσαι σφᾶς γενέ-
σθαι τῆς πατρίδος αὐτόχειρας. Ὡς δ' οὐδὲν ἤνυον,
ἀλλ' ἢ πρᾶξαι τὸ προσταττόμενον ἐκελεύοντο ἢ
ἀναρρῖψαι τὸν πόλεμον, συχνοὶ μὲν αὐτοῦ παρὰ τοῖς
Ῥωμαίοις ὡς ἤδη κεκρατηκόσι κατέμειναν. Οἱ δὲ
λοιποὶ ἀπαναχωρήσαντες τῶν τε σφετέρων ἀρχόντων
ἐνίους ἀπέκτειναν, ὅτι μὴ κατ' ἀρχὰς τὸν πόλεμον
εἵλοντο, καὶ τοὺς ἐντὸς τοῦ τείχους εὑρεθέντας
Ῥωμαίους διέφθειραν, καὶ πρὸς τὸν πόλεμον ὥρ-
μησαν. Διὸ τούς τε δούλους ἅπαντας ἠλευθέρωσαν,
καὶ τοὺς φυγάδας κατήγαγον· καὶ τὸν Ἀσδρούβαν
στρατηγὸν αὖθις εἵλοντο, καὶ ὅπλα καὶ μηχανὰς
D τριήρεις τε ἡτοιμάσαντο. Ὡς γὰρ τοῦ πολέμου ἐπι-
κειμένου, καὶ περὶ ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεύοντες,
δι' ἐλαχίστου πάνθ' ὅσων ἔχρῃζον κατεσκεύαζον.
Ἐφείδοντο γὰρ οὐδενὸς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀνδριάντας
πρὸς τὴν χρείαν τοῦ χαλκοῦ συνεχώνευσαν, καὶ ἐς
τὰς σχοίνους τῶν γυναικῶν ταῖς κόμαις ἐχρήσαντο.
Οἱ δ' ὕπατοι τὸ μὲν πρῶτον αὐτοὺς ὡς ἀόπλους
ταχέως αἱρήσειν ἐλπίσαντες, μόνας ἡτοιμάσαντο
κλίμακας, ὡς δι' αὐτῶν εὐθὺς τοῦ τείχους ἐπιβησόμε-
νοι· ἔπειτα προσβαλόντες καὶ ὡπλισμένους σφᾶς
καὶ τὰ πρὸς πολιορκίαν ἔχοντας ἰδόντες, πρὸς μηχα-
νῶν ἐργασίαν ἐτράποντο, καὶ αὐτὰς ἐπικινδύνως
κατασκευάσαντες (ὁ γὰρ Ἀσδρούβας ὑλαγωγοῦντας
ἐνεδρεύων ἐλύπει) προσέμισγον τῇ πόλει. Καὶ Μανίλιος μὲν ἐκ τῆς ἠπείρου αὐτῇ προσβαλὼν οὐδὲν
αὐτοὺς ἔβλαψε Μάρκιος δ' ἐκ θαλάσσης κατὰ τὸ λιμνῶδες προσπεσὼν κατέσεισε μέν τι τοῦ τείχους·

οὐ μέντοι καὶ εἰσῆλθεν. Οἱ γὰρ Καρχηδόνιοι τούς τε βιαζομένους εἰσελθεῖν ἐξεκρούσαντο. Καὶ νύκτωρ διὰ τῶν ἐρειπίων ἐξελθόντες ἀνθρώπους τε συχνοὺς ἔκτειναν καὶ μηχανήματα πλεῖστα κατέπρησαν. Ἀλλ' οὐδὲ ἐπὶ πολὺ τῆς χώρας παρὰ τοῦ Ἀσδρούβου καὶ τῶν ἱππέων εἰῶντο σκεδάννυσθαι, οὔτε μὴν ὁ Μασινίσσας αὐτοῖς ἐπεκούρησεν. Οὐ γὰρ ἐν ἀρχῇ τοῦ πολέμου προσεκέκλητο, καὶ πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν τότε διαπολεμήσειν ὑποσχομένῳ οὐκ ἐπέτρεψαν.

ΚΖ'. Οἱ δ' ὕπατοι διά τε τὰ συμβάντα καὶ ὅτι τὸ ναυτικὸν αὐτῶν ἐκ τῆς ἐν τῇ λίμνῃ διατριβῆς ἐνόσησεν, ἔλυσαν τὴν πολιορκίαν. Καὶ Μάρκιος μὲν ἐπιχειρήσας κατὰ θάλασσάν τι πρᾶξαι ἢ τὴν παραλίαν κακῶσαι, ὡς οὐδὲν ἤνυεν, ἀπέπλευσεν οἴκαδε, καὶ ἀνθυποστρέψας Αἰγίμουρον ἐχειρώσατο. Μανίλιος δὲ ὥρμησε μὲν εἰς τὴν μεσόγειον· κακούμενος δ' ὑπὸ Ἰμίλκωνος τοῦ τῶν Καρχηδονίων ἱππάρχου, ὃν καὶ Φαβέαν (53) ἐκάλουν, πρὸς τὴν Καρχηδόνα ἐπανῆλυθε. Κἀκεῖ δὲ ἔξωθεν ὁ Ἀσδρούβας, ἔνδοθεν δ' ἐπεξιόντες οἱ ἐν τῇ πόλει, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν αὐτὸν ἐκάκουν. Καταφρονήσαντες οὖν οἱ Καρχηδόνιοι καὶ μέχρι τοῦ στρατοπέδου αὐτῶν ἐπῆλθον, καὶ συχνοὺς ἀποβαλόντες (ἄοπλοι γὰρ οἱ πλείους ἦσαν) εἰς τὸ τεῖχος αὖθις συνεκλείσθησαν. Ὁ δὲ Μανίλιος τῷ Ἀσδρούβᾳ συμμῖξαι μάλιστα εἵλετο, καὶ εἰ ἐκεῖνον νικήσει ῥᾷον τοῖς λοιποῖς προσπολεμήσειν ἐνόμιζε, καί οἱ προσέμιξε. Πρὸς δέ τι φρούριον ἀναχωροῦντι ἐπακολουθήσας, ἔλαθεν εἴσω χώρας τραχείας καὶ στενοπόρου γενόμενος, καὶ δεινῶς ἐκακώθη. Καὶ πανσυδὶ ἂν διεφθάρη, εἰ μὴ Σκιπίων ὁ τοῦ Ἀφρικανοῦ χρησιμώτατος αὐτῷ ἐγένετο, ἀνὴρ ἄριστος μὲν νοῆσαι καὶ προβουλεῦσαι τὰ κράτιστα, ἄριστος δὲ χειρουργῆσαι (καὶ γὰρ τῷ σώματι ἔῤῥωτο), ἐπιεικής τε καὶ μέτριος ἦν, δι' ἃ καὶ τὸν φθόνον ἐξέφυγεν. Ἴσος μὲν γὰρ τοῖς ὑποδεεστέροις, οὐκ ἀμείνων δὲ τῶν ὁμοτίμων (ἐχιλιάρχει γὰρ) ἀσθενέστερος δὲ τῶν μειζόνων ἠξίου εἶναι. Ὁ οὖν Μανίλιος καὶ εἶπε τὰ περὶ αὐτοῦ, καὶ ἐπέστειλε τοῖς ἐν τῇ Ῥώμῃ, μή τι ἀποκρυψάμενος, καὶ τἄλλα καὶ τὰ κατὰ Μασινίσσαν καὶ τὸν Φαβέαν, ἃ ἔσχον οὕτως. Θνήσκων ὁ Μασινίσσας ἠπόρει ὅπως περὶ τῆς βασιλείας διάθηται, διὰ τὸ τῶν υἱέων πλῆθος καὶ τὸ διάφορον τοῦ κατὰ τὰς μητέρας γένους αὐτῶν. Διὸ πρὸς συμβουλίαν τὸν Σκιπίωνα μετεπέμψατο, ὃν ὁ ὕπατος ἔστειλεν. Ἀλλ' ὁ Μασινίσσας πρὶν ἐλθεῖν τὸν Σκιπίωνα ἐκλείπων, τὸν μὲν δακτύλιον τῷ Μικίψᾳ τῷ υἱῷ ἔδωκε, τὰ δ' ἄλλα πάντα τὰ τῇ ἀρχῇ προσήκοντα τῷ Σκιπίωνι ἄρτι ἐλθόντι παρέσχεν καὶ ἐνετείλατο. Ὁ οὖν Σκιπίων, κατανοήσας τὰς προαιρέσεις τῶν υἱέων αὐτοῦ, οὐδενὶ μὲν αὐτῶν μόνῳ τὴν βασιλείαν ἀπένειμε· τριῶν δὲ τῶν ἐλλογιμωτάτων ὄντων, πρεσβυτάτου μὲν Μικίψου, νεωτάτου Γουλούσσου, μέσου δὲ Μαστανάβου (54), τούτοις τὰ πράγματα, μεμερισμένος μέντοι, κατένειμε. Τῷ μὲν γὰρ πρεσβυτάτῳ χρηματιστῇ τε ὄντι καὶ φιλοπλούτῳ τὴν διοίκησιν ἐνεχείρισε· τῷ δὲ μετ' αὐτὸν τὰς διαφορὰς κρίνειν ἐπέτρεψε, δικαστῇ ὄντι· τῷ δὲ Γουλούσσᾳ πολεμικῷ τυγχάνοντι τὰς δυνάμεις παρέδωκε. Τοῖς δ' ἀδελφοῖς αὐτῶν πολλοῖς οὖσι πόλεις

XXVII. Consules igitur propter eventus illos, et classem ex statione in paludibus morbo laborantem, obsidionem solverunt. Ac Martius mari aliquid efficere aggressus, aut oram maritimam vexare, cum res non succederet, domum versus abiit, cursuque converso Ægimurum subegit. Manilius in mediterranea profectus, cum ab Himilcone, qui etiam Fabeas dicebatur, Carthaginiensis equitatus præfecto lacesseretur, Carthaginem rediit. Sed ibi quoque foris ab Asdrubale, intus eruptione civium noctu et interdiu fatigabatur. Itaque Carthaginienses per contemptum usque ad castra processerunt, ac multis amissis (nam plerique inermes erant) rursus in mœnia sunt conclusi. Manilius vero si Asdrubalem vicisset, cætera in proclivi fore ratus, in primis operam dedit, ut cum eo congrederetur, factaque pugnandi copia, recedentem in castellum quoddam persecuturus, per imprudentiam in locum asperum et angustum delapsus, graviter impegit: ac cum toto exercitu periisset, ni Scipio Africani filius strenuam operam ei navasset, vir præsentis animi, optimique consilii, et manu promptissimus (erat enim robusto etiam corpore), æquitate autem modestiaque morum invidiam effugit. Nam cum tribunus militum esset, inferioribus par, paribus non melior, majoribus infirmior esse volebat. Manilius igitur de eo et locutus est, et Romam scripsit, nulla re dissimulata: atque inter cætera de Masinissa quoque, et Fabea, quæ ita se habebant. Massinissa moriturus, quid de regno statueret, ob **465** filiorum multitudinem ex diversæ conditionis mulieribus susceptorum dubitans, Scipionem consilii capiendi causa accersivit. Quem cum misisset cos., Masinissa ante adventum ejus moribundus, Micipsæ filio annulum dederat: cætera vero omnia quæ ad regnum pertinebant, Scipioni, cum primum venisset, commendavit. Is vero animadversis filiorum ejus ingeniis, nulli uni regnum attribuit: sed cum tres ex iis præcipui essent, Micipsa natu maximus, Gulussa minimus, medius Mastanavus: inter eos rerum administrationem trifariam partitus, natu maximo avaro et pecuniæ amanti vectigalium tractatione mandata: proximo post eum disceptandi controversias munere assignato, Gulussæ homini bellicoso exercitus tradidit. Reliquis fratribus, qui multi erant, urbes quasdam et prædia divisit, Gulussam vero ad consulem perduxit. Sub veris initium Carthaginiensium fœderatos aggressi, multos vi, multos pactione, Scipio

Variæ lectiones et notæ.

(53) *Φαβέαν*. Φαμέαν, mss. Reg. et Colbert.

(54) *Μαστανάβου*. Ita reposuimus ex Reg. et Colbert. quomodo appellatur ab Appiano Wolfius Μαστανάμου ediderat: quem errorem viderat Henricus Valesius ad Polybii Excerpta.

præsertim, subegerunt. Ut vero Fabeas desperatis Carthaginiensium rebus ad Romanos inclinans, cum Scipione collocutus est : tum vero omnes armis in Asdrubalem conversis, cum per dies plures castellum oppugnassent, commeatu destituti, citra dedecus recesserunt. Nam durante adhuc obsidione, Fabeas hostilem in modum eos aggressus in ipsa pugna cum aliquot equitibus ad Romanos transiit. Inde Manilius Uticam profectus quievit. Scipio Fabea Romam perducto laudatus est : et is honos Fabeæ habitus, ut in consessum a senatu reciperetur.

τινὰς καὶ χώρας ἔνειμε. Καὶ τὸν Γουλοῦσσαν παραλαβὼν πρὸς τὸν ὕπατον ἤγαγεν. Ἀρχομένου δὲ τοῦ ἔαρος ἐπὶ τοὺς τῶν Καρχηδονίων συμμάχους ἐστράτευσαν, καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν βίᾳ, πολλοὺς δὲ ὁμολογίᾳ, καὶ μάλιστα ὁ Σκιπίων, παρεστήσαντο. Ὡς δὲ Φαβέας ἀπογνοὺς τὰ τῶν Καρχηδονίων πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἀπέκλινε, καὶ εἰς λόγους τῷ Σκιπίωνι ἦλθε· τότε καὶ ἐπὶ τὸν Ἀσδρούβαν ἅπαντες ὥρμησαν, καὶ προσέμιξαν μὲν τῷ φρουρίῳ συχναῖς ἡμέραις· ἐπιλιπόντων δὲ αὐτοὺς αὖθις τῶν ἀναγκαίων ἀνεχώρησαν εὐπρεπῶς. Προσέβαλε γὰρ αὐτοῖς ὁ Φαβέας προσεδρεύουσιν ἔτι ὡς πολεμήσων, καὶ ἐ τῷ ἔργῳ μεθ' ἱππέων τινῶν ηὐτομόλησε. Κἀντεῦθεν Μανίλιος μὲν εἰς τὴν Οὐτικὴν ἐλθὼν ἡσύχαζε, Σκιπίων δὲ τὸν Φαβέαν εἰς τὴν Ῥώμην ἀνήγαγε, καὶ αὐτός τε ἐπῃνεῖτο καὶ ὁ Φαβέας τετίμητο, ὥστε καὶ ἐν τῷ βουλευτηρίῳ συγκαθῆσθαι τῇ γερουσίᾳ.

XXVIII. Tum Prusias, homo senex et asperis moribus, veritus ne Bithyni se ejecto Nicomedem filium regem crearent, eum per causam quamdam Romam missum, ibi degere jussit. Sed cum etiam Romæ agentem per insidias occisum vellet : Bithyni quidam Nicomedem clam in Bithyniam perductum, sene occiso, regem dixerunt. Hæc Romanos, quamvis molesta, non tamen ad bellum inferendum commoverunt. Andriscus vero quidam Adramyttenus, Perseo forma non dissimilis, ascito sibi Philippi nomine, ejusque filium sese dictitans, ad defectionem plurimos impulit. Nam primo adventu Macedoniam **466** turbare conatus, cum a nemine curaretur, in Syriam ad Demetrium se contulit, spe auxilii propter cognationem impetrandi, ab eoque comprehensus, et Romam missus, cum neque Persei filium esse constaret, et alioqui nihil insigne haberet, per contemptum dimissus, magnam factiosorum hominum manum coegit, multas urbes attraxit. Denique regio habitu sumpto, collectoque exercitu in Thraciam profectus : multis liberis populis, multis dynastis Romanum imperium ægre ferentibus ascitis, impressionem in Macedoniam fecit : eaque occupata, in Thessaliam transgressus, non pauca loca subegit. Romani Andrisco primum despecto, postea Scipionem Nasicam ad tumultum illum pacandum miserunt. Qui rebus illis in Græcia cognitis, ad Romanos scripsit omnia : et coacto a sociis exercitu rei gerendæ intentus, ad Macedoniam processit. Romani igitur P. Juventium cum exercitu contra eum miserunt. Quem Andriscus circa Macedoniam adortus interfecit : ac cæteros etiam trucidasset, nisi noctu discessissent. Post hæc in Thessalia passim grassatus, Thraces sibi adjunxit. Quamobrem Romani Quintum Cœcilium Metellum prætorem cum magnis copiis miserunt. Cui Macedoniam ingresso, Attalus classe auxilio venit. Andriscus igitur de ora maritima sollicitus, ulterius progredi non est ausus, sed paulum extra Pydnam productis copiis, equestri prælio victor, metu pedestris exercitus retro abiit. Ea tamen victoria elatus copiis bifariam divisis, partem ad vastandam Thessaliam misit, partem apud se retinuit. Proinde Metellus eorum paucitate contempta, in faciem descendit, ac victis iis qui primi ad manus

ΚΗ'. Τότε δὲ συνηνέχθη καὶ τὰ κατὰ τὸν Προυσίαν, ὃς γέρων ὢν καὶ τοὺς τρόπους τραχὺς, ἐφοβήθη τοὺς Βιθυνοὺς, μὴ τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐκβάλωσι, τὸν Νικομήδη τὸν υἱὸν ἀνθελόμενοι. Καὶ κατά τινα πρόφασιν ἔπεμψεν εἰς τὴν Ῥώμην αὐτὸν, κἀκεῖ διάγειν ἐκέλευσεν. Ὡς τε κἀν τῇ Ῥώμῃ διαιτωμένῳ τῷ υἱῷ ἐπεβούλευσε καὶ ἔσπευδε κτεῖναι αὐτὸν, Βιθυνοί τινες, εἰς Ῥώμην φοιτήσαντες, ἐξήγαγον λάθρα τὸν Νικομήδη· καὶ ἐς τὴν Βιθυνίαν κομίσαντες, τὸν μὲν γέροντα ἐφόνευσαν, βασιλέα δ' ἐκεῖνον ἀπέδειξαν. Ταῦτα ἠνίασε μὲν τοὺς Ῥωμαίους, οὐ μὴν καὶ εἰς πόλεμον ἐξηρέθισε. Τὴν δὲ Μακεδονίαν Ἀνδρίσκος τις ἐξ Ἀτραμυττίου φὺς, τῷ Περσεῖ δ' ἐμφερὴς τὸ εἶδος γενόμενος, καὶ παῖς εἶναι ἐκείνου πλαττόμενος, καὶ Φίλιππον ἑαυτὸν ὀνομάζων, ἐπὶ πλεῖστον ἀπέστησε. Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἐς τὴν Μακεδονίαν ἐλθὼν, ταράττειν αὐτὴν ἐπειρᾶτο· ὡς δὲ οὐδεὶς προσεῖχεν αὐτῷ, πρὸς τὸν Δημήτριον εἰς τὴν Συρίαν ἐτράπετο, ὡς ἐξ ἐκείνου διὰ τὸ γένος βοηθείας τευξόμενος. Συλληφθεὶς δὲ παρ' ἐκείνου καὶ εἰς τὴν Ῥώμην πεμφθεὶς, ὅτι τε μὴ ὢν τοῦ Περσέως υἱὸς ἠλέγχθη, καὶ οὐδέ τι ἕτερον εἶχεν ἄξιον λόγου, κατεφρονήθη. Καὶ ἀφεθεὶς χεῖρά τε συνήγαγεν ἀνθρώπων νεωτεροποιῶν καὶ πόλεις πολλὰς ἐπηγάγετο, καὶ τέλος βασιλικὴν στολὴν περιθέμενος, καὶ δύναμιν συγκροτήσας, εἰς Θρᾴκην ἀφίκετο, καὶ συχνοὺς μὲν τῶν αὐτονόμων, συχνοὺς δὲ καὶ τῶν δυναστῶν τοῖς Ῥωμαίοις ἀχθομένοις παραλαβὼν, εἰς Μακεδονίαν ἐνέβαλε καὶ αὐτὴν κατέσχε· καὶ ἐπὶ τὴν Θεσσαλίαν ὁρμήσας οὐκ ὀλίγα ταύτης προσεποιήσατο. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι κατεφρόνουν μὲν πρότερον τοῦ Ἀνδρίσκου· εἶτα τὸν Σκιπίωνα τὸν Νασικᾶν ἔπεμψαν εἰρηνικῶς πως τὰ ἐκεῖ διοικήσοντα. Ὃς, εἰς τὴν Ἑλλάδα ἐλθὼν, καὶ μαθὼν τὰ γενόμενα, τοῖς μὲν Ῥωμαίοις δηλῶν ταῦτα ἐπέστειλε· δύναμιν δὲ παρὰ τῶν ἐκεῖ συμμάχων ἀθροίσας ἔργου εἴχετο, καὶ προῆλθε μέχρι Μακεδονίας. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ γνόντες τὰ κατὰ τὸν Ἀνδρίσκον, στράτευμα ἔπεμψαν καὶ στρατηγὸν Πούπλιον Ἰουβέντιον. Ὧ περὶ Μακεδονίαν γενομένῳ συμβαλὼν ὁ Ἀνδρίσκος ἐκεῖνον μὲν ἀπέκτεινε, καὶ τοὺς ἄλλους πάντας ἂν κατειργάσατο, εἰ μὴ τῆς νυκτὸς ἀπεχώρησαν. Καὶ εἰς τὴν Θετταλίαν μετὰ ταῦτα εἰσέβαλε καὶ πλεῖστα αὐτῆς ἐκάκωσε, καὶ τὰ τῶν Θρᾳκῶν προσηταιρίσατο. Πάλιν οὖν διὰ

ταῦτα ἐν τῇ Ῥώμῃ Κύϊντον Καικίλιον Μέτελλον στρατηγὸν σὺν δυνάμει πολλῇ ἔστειλαν. Καὶ ὃς εἰς τὴν Μακεδονίαν ἦλθε, καὶ ὁ Ἄτταλος προσήμυνε ναυτικῷ. Διὸ δείσας ὁ Ἀνδρίσκος περὶ τῶν παραθαλασσίων, οὐκ ἐτόλμησε περαιτέρω προελθεῖν· ὀλίγον δὲ τῆς Πύδνης ἔξω προχωρήσας, ἱππομαχίᾳ μὲν ὑπερέσχε· φοβηθεὶς δὲ τὸ πεζὸν ἀνέστρεψε, καὶ ἐπαρθεὶς διχῇ τὸν στρατὸν διεῖλε, καὶ τοῖς μὲν αὐτὸς κατὰ χώραν προσήδρευε, τοὺς δὲ πορθῆσαι τὴν Θεσσαλίαν ἀπέστειλε. Καταφρονήσας οὖν ὁ Μέτελλος τῶν παρόντων συνέμιξε· καὶ τῶν πρῶτον αὐτῷ εἰς χεῖρας ἐλθόντων περιγενόμενος ῥᾷον καὶ τοὺς λοιποὺς παρεστήσατο· ἑτοίμως γὰρ ὡς ἐξήμαρτον αὐτῷ ὁμολόγησαν. Ὁ δὲ Ἀνδρίσκος εἰς τὴν Θρᾴκην ἀπέδρα, καὶ δύναμιν ἀθροίσας συνέβαλε τῷ Μετέλλῳ προϊόντι οὗ προεχώρει. Καὶ τῶν προμάχων αὐτοῦ τραπέντων τό τε συμμαχικὸν αὐτοῦ ἐσκεδάσθη καὶ αὐτὸς ὑπὸ Βύζου Θρᾳκὸς δυνάστου προδοθεὶς ἐδικαιώθη. Καὶ Ἀλέξανδρος δέ τις, Περσέως καὶ αὐτὸς λέγων εἶναι υἱὸς καὶ χεῖρα συναγαγὼν, κατέλαβε τὴν περὶ τὸν Μέστον καλούμενον ποταμὸν χώραν, ὃν ὁ Μέτελλος ἐπεδίωξεν ὑποφυγόντα μέχρι τῆς Δαρδανίας.

A venerant, facilius etiam cæteros ad officium reduxit, ingenue peccatum suum agnoscentes. Andriscus vero in Thraciam profugus, reparatis copiis cum Metello, progrediente qua res ferebat, conflixit: suisque propugnatoribus profligatis, sociisque dissipatis, a Byzo Thrace proditus, pœnas dedit. Sed et Alexander quidam Persei filium se professus, regionem Mesto flumini adjacentem occupavit: quem Metellus usque in Dardaniam est persecutus.

ΚΘ. Ἐπὶ δὲ τοὺς Καρχηδονίους οἱ Ῥωμαῖοι Πείσωνα τὸν ὕπατον ἔστειλαν, ὃς τῇ μὲν Καρχηδόνι καὶ τῷ Ἀσδρούβᾳ οὐ προσέμιξεν, ἐπὶ δὲ τὰς παραλίους πόλεις ἐτράπετο· καὶ τῆς μὲν Ἀσπίδος ἀπεκρούσθη, τὴν δὲ Νέαν πόλιν ἑλὼν, κατέσκαψεν· ἐπὶ δὲ Ἱππῶνα (35) πόλιν ὁρμήσας κατέτριψε τὸν καιρὸν μηδὲν περάνας. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι ἀνεθάρσησαν διὰ ταῦτα, καὶ ὅτι καί τινες αὐτοῖς προσεγένοντο σύμμαχοι. Μαθόντες οὖν ταῦτα οἱ Ῥωμαῖοι οἵ τε ἐν τῷ στρατοπέδῳ καὶ οἱ ἐν τῇ πόλει, ἐπὶ τὸν Σκιπίωνα ὥρμησαν καὶ ὕπατον ἐψηφίσαντο, καίτοι τῆς ἡλικίας μὴ ἐφιείσης αὐτῷ τὴν ἀρχήν· ἀλλά τά τε ἔργα αὐτοῦ καὶ ἡ ἀρετὴ τοῦ πατρὸς Παύλου, καὶ τοῦ πάππου Ἀφρικανοῦ ἐλπίδα παρεῖχον ἅπασι βεβαίαν καὶ τῶν πολεμίων δι' αὐτοῦ κρατήσειν καὶ τὴν Καρχηδόνα παντελῶς ἐξαιρήσειν. Ἐν ᾧ δ' ὁ Σκιπίων εἰς τὴν Λιβύην ἐκομίζετο, Μαγκῖνος παραπλέων τὴν Καρχηδόνα, χωρίον τι τοῦ τείχους αὐτῆς ἐντὸς ὂν, Μεγαλία ὀνομαζόμενον καὶ ἐπὶ πέτρας ἀποτόμου καθῆκον πρὸς θάλασσαν πολύ τε τῆς ἄλλης πόλεως ἀπηρτημένον καὶ μηδὲ πολλοὺς φρουροὺς ἔχον, ὡς τῇ φύσει ὂν ἐρυμνὸν κατανοήσας, κλίμακας ἐξαπιναίως προσθεὶς ἀπὸ τῶν νεῶν ἐπανέβη. Ἤδη δὲ ἀνελθόντος συνέδραμον μὲν τῶν Καρχηδονίων τινὲς, οὐ μέντοι καὶ ἐκκροῦσαι αὐτὸν ἠδυνήθησαν. Ὁ δὲ πέμψας πρὸς τὸν Πείσωνα τά τε γεγονότα ἐδήλωσε καὶ αὐτῷ ἐπαμῦναι ἠξίωσε. Πόῤῥω δ' ὢν ἐν τῇ μεσογείῳ, οὐδὲν αὐτῷ χρήσιμος ὁ Πείσων ἐγένετο· ὁ δὲ Σκιπίων ὑπ' αὐτὴν τὴν ἀγγελίαν νυκτὸς κατὰ τύχην ἐλθὼν, εὐθὺς ἐβοήθησεν. Εἷλον γὰρ ἂν τὸν Μαγκῖνον οἱ Καρχηδόνιοι ἢ καὶ διέφθειραν, εἰ μὴ παραπλεούσας εἶδον τὰς ναῦς τοῦ Σκιπίωνος. Τότε δ' ἠθύμησαν μὲν, οὐκ ἀπέστησαν δέ. Αἰχμαλώτους οὖν τινας ἔπεμψεν ὁ Σκιπίων, ἐροῦντας ὅτι πάρεστι. Καὶ τοῦτο γνόντες οὐχ ὑπέμειναν ἔτι, ἀλλ' ἀνεχώρησαν, καὶ τὸν Ἀσδρούβαν μετεπέμψαντο, καὶ ταφρεύμασι καὶ σταυρώμασι τὸ πρὸ τῶν οἰκιῶν διατείχισμα διεφύλαξαν. Ὁ μέντοι Σκιπίων τὰ μὲν Μεγαλία

B **467** XXIX. Contra Carthaginienses missus Piso consul, urbe et Asdrubale omissis, maritimas urbes invasit: et ab Aspide repulsus, Neapoli capta et eversa, in Hipponis obsidione tempus frustra trivit. Unde Carthaginienses, sociorum etiam auxiliis aucti, animos receperunt. Quo Romani, tam qui in castris quam in urbe erant, cognito, citra dubitationem Scipionem consulem crearunt. Nam quamvis ætas adhuc ei dignitati immatura erat, tamen et res ejus gestæ, et virtus patris Pauli, et avi Africani certam spem afferebant omnibus, ejus armis et hostes superatum iri, et Carthaginem perituram. Scipione in Africam navigante, Mancinus Carthaginis littus legens, castellum quoddam intra mœnia, nomine Megalia, in prærupta petra in mare
C prominens, et longe ab urbe remotum, cum non magno præsidio custodiri, ut quod situ ipso defenderetur, animadverteret: scalis subito ex navibus admotis ascendit. Quod cum jam teneret, etsi Carthaginienses aliquot concurrerunt, eum tamen expellere non potuerunt. At ille Pisoni quid egisset nuntiat, et auxilia sibi mitti petit. Sed Piso, qui procul in mediterraneis aberat, nihil opis ei tulit. Scipio vero sub ipsum nuntium forte fortuna noctu adventans, statim auxilium ei tulit, alioqui a Carthaginiensibus vel capiendo, vel occidendo. Nam cum naves Scipionis appellere vidissent, etsi animos desponderant, non tamen ab obsidione recesserunt, prius quam Scipio se adesse per captivos
D quosdam eis nuntiari jussit: accersitoque Asdrubale, fossis et aggeribus murum ædificiis obductum munierunt. Scipio Mancino Megalia tueri jusso, ad Pisonem et copias abiit, ut cum eis bellum urgeret; sed celeriter cum expeditissimis cohortibus reversus, Mancinum ab acerrima Asdrubalis ex urbe oppugnatione liberavit. Cum jam Piso quoque advenisset, eum extra mœnia ad portas quasdam manere jussit: alios milites ad aliam portam longe

Variæ lectiones et notæ.

(35) *Ἱππῶνα*. Quam Ἱππακρίτας Polybius vocat. Vide Henr. Valesium ad Diodori Siculi Excerpta, p. 45.

distantem, monitos quid facto opus esset, misit. Ipse optima copiarum parte assumpta, sub noctem mediam transfugis ducibus intra mœnia penetravit: et ad portam illam transgressus, vectibus resectis, **468** et introductis iis qui foris exspectabant, vigiles cecidit: propereque ad portas, ante quas Piso stationem habebat, accurrit, profligatis custodibus, qui medias partes tuebantur, et singulis in locis pauci erant. Ita Asdrubal simul et quid actum esset audivit, et Romanas copias pene universas intra urbem vidit: Carthaginienses cum aliquandiu restitissent, in Cothonem et Byrsam confugerunt. Deinde Asdrubal omnes Romanos captivos occidit, ut cives desperata venia hosti alacrius resisterent: multos etiam ex popularibus proditionis suspectos sustulit. Scipio etsi eos muris et aggeribus sepsit, non statim tamen expugnavit. Nam et mœnia firma erant, et multi in angusto conclusi spatio fortiter se defendebant, commeatu abunde instructi, Bithiæ subsidio: qui ex obversa urbi continente, observato fluctu, ventique impetu, onerarias eis naves in portum submittebat. Contra quod Scipio rem magnam et excogitavit et perfecit: aditu portus angusto, difficulter quidem, magnoque cum labore, sed tamen operarum multitudine tandem obstructo, quamvis Carthaginienses crebris dimicationibus id opus prohibere conarentur.

A τὸν Μαγκῖνον φρουρεῖν κατέλιπεν· αὐτὸς δὲ πρὸς τὸν Πείσωνα καὶ πρὸς τὰς δυνάμεις ἀπῆρεν, ὡς ἂν μετ' αὐτῶν ἔργου ἔχηται. Καὶ ἐπανῆλθε ταχέως σὺν τῷ κουφοτάτῳ τῆς στρατιᾶς, καὶ κατέλαβε τὸν Ἀσδρούβαν εἰς τὴν Καρχηδόνα εἰσελθόντα καὶ δεινῶς τῷ Μαγκίνῳ ἐπιτιθέμενον. Καὶ ἐλθὼν ὁ Σκιπίων τὴν ἐπίθεσιν ἔλυσεν. Ἀφικομένου δὲ καὶ τοῦ Πείσωνος ἤδη, ἐκεῖνον μετὰ ἔξω τοῦ τείχους αὐλίσασθαι κατά τινας πύλας ἐκέλευσε. Καὶ στρατιώτας ἑτέρους πρὸς πυλίδα τινὰ πολὺ ἀφ' ἑαυτῶν ἀπέχουσαν περιέπεμψε, παραγγείλας αὐτοῖς ἅττα πράξειν ἐχρῆν. Αὐτὸς δὲ, τὸ κράτιστον τοῦ στρατοῦ κατὰ μέσας νύκτας λαβὼν, ἔνδον τοῦ περιβόλου ἐγένετο, αὐτομόλοις χρησάμενος ἄγουσι, καὶ ὑπὸ τὴν πυλίδα παραδραμὼν καὶ τὸν μοχλὸν διακόψας, τούς B τε ἔξωθεν ἐφεδρεύοντας εἰσήγαγε, καὶ τοὺς φύλακας ἔφθειρε. Καὶ πρὸς τὰς πύλας ἠπείχθη, καθ' ἃς ὁ Πείσων προσήδρευε, τοὺς φρουροὺς τοὺς τὰ μέσα φυλάττοντας ὀλίγους καθ' ἑκάστους ὄντας (56) τρέπων, ὥστε τὸν Ἀσδρούβαν ἅμα τε πυνθάνεσθαι τὰ γενόμενα, καὶ ὁρᾷν τὴν τῶν Ῥωμαίων δύναμιν μικροῦ πᾶσαν οὖσαν ἐντός. Καὶ χρόνον μέν τινα ἀντέσχον, ἔπειτα τὴν μὲν ἄλλην πόλιν ἐξέλιπον, εἰς δὲ τὸν Κώθωνα τήν τε Βύρσαν κατέφυγον. Εἶτα ὁ Ἀσδρούβας πάντας τοὺς τῶν Ῥωμαίων αἰχμαλώτους ἀπέκτεινεν, ὅπως, ἀπόγνωσιν συγγνώμης σχόντες οἱ Καρχηδόνιοι, προθυμότερον ἀντικαρτερήσωσι· πολλοὺς δὲ καὶ τῶν ἐπιχωρίων ὡς προδιδόντας ἑαυτοὺς διεχρήσατο. Καὶ ὁ Σκιπίων περιεσταύρωσε μὲν αὐτοὺς καὶ ἀπετείχισεν, οὐ μὴν καὶ ταχέως εἷλε. Τά τε γὰρ τείχη καρτερὰ ἦν καὶ οἱ ἐντὸς πολλοὶ ὄντες ἰσχυρῶς ἐν ὀλίγῳ χώρῳ ἠμύνοντο καὶ σῖτον ἀφθόνως εἶχον. Ὁ γὰρ Βιθίας ὁλκάδας ἀπὸ τῆς ἄντικρυ τῆς πόλεως ἠπείρου κατὰ κῦμα καὶ ἄνεμον ὁσάκις σφοδρῶς ἔπνει, ἐς τὸν λιμένα αὐτοῖς εἰσέπεμπε, πρὸς ὅπερ ὁ Σκιπίων μέγα ἔργον καὶ ἐπενόησε καὶ ἐπετέλεσε. Τὸν γὰρ εἴσπλουν τοῦ λιμένος στενὸν ὄντα συνέχωσε, χαλεπῶς μὲν καὶ ἐπιπόνως, ὅμως μέντοι ὑπὸ πολυχειρίας τὸ ἔργον ἐξείργαστο. Εἴργειν μὲν γὰρ αὐτοὺς ἐπιχείρουν οἱ Καρχηδόνιοι, καὶ πολλαὶ μάχαι ἐν τούτῳ ἐγίνοντο, οὐ μέντοι καὶ κωλῦσαι τὸ χῶσαι ἠδυνήθησαν.

XXX. Tum vero Carthaginienses penuria commeatus graviter urgente, alii transfugerunt: alii qui obsidionem tolerabant, partim moriebantur, partim cadavera gustabant. Asdrubal igitur spe destitutus, legatis ad Scipionem de pace missis, impunitatem impetrasset, nisi cæteris etiam omnibus salutem et libertatem petiisset. Itaque frustratus, uxorem in arce conclusit, cum de ea et liberis suis caduceatorem ad Scipionem misisset: cæteraque instruxit, desperatione factus audacior. Atque ipse una cum aliis noctes diesque pugnabant, alias vincentes, alias succumbentes, et Romanorum machinis alias machinas opponebant. Ad hæc Bithias, cui munitum castellum erat, longe in continentem excurrendo, et Carthaginienses juvabat, et Romanis incommodabat. Quare Scipio divisis copiis, partem in obsidione reliquit, partem contra Bithiam misit, C. Lælio legato duce: ipse ultro citroque commeans, utrinque inspexit omnia. Castello capto, rursus **469** toto cum exer-

C Λ'. Οἱ οὖν Καρχηδόνιοι τοῦ στόματος τοῦ λιμένος χωσθέντος, τῇ τοῦ σίτου σπάνει δεινῶς ἐπιέσθησαν· καὶ οἱ μὲν ηὐτομόλουν, οἱ δὲ ἐγκαρτεροῦντες ἔθνησκον, οἱ δὲ τῶν νεκρῶν ἐγεύοντο. Ὅθεν ἀθυμήσας Ἀσδρούβας πρέσβεις πρὸς τὸν Σκιπίωνα περὶ σπονδῶν ἔπεμψε· καὶ ἔτυχεν ἂν τῆς ἀδείας, εἰ μὴ καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασι καὶ τὴν σωτηρίαν καὶ τὴν ἐλευθερίαν πρᾶξαι ἠθέλησε. Διαμαρτὼν οὖν αὐτῆς εἰς τὴν ἀκρόπολιν τὴν γυναῖκα κατέκλεισεν, ἐπεὶ τῷ Σκιπίωνι ὑπὲρ αὐτῆς καὶ τῶν τέκνων διεκηρυκεύσατο. Καὶ τἄλλα διῴκει, τολμηρότερος γενόμενος διὰ τὴν ἀπόγνωσιν. Αὐτός τε οὖν καὶ ἄλλοι ἀπονοίᾳ κρατούμενοι, καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐμάχοντο. Καὶ τὰ μὲν ἡττῶντο, τὰ δ' ἐπεκράτουν, καὶ ἀντεμηχανῶντο πρὸς τὰς Ῥωμαϊκὰς μηχανάς. Καὶ ὁ Βιθίας D δὲ φρούριόν τι ἐρυμνὸν ἔχων καὶ ἐπὶ πολλὰ τῆς ἠπείρου προϊὼν, τούς τε Καρχηδονίους ὠφέλει, καὶ τοὺς Ῥωμαίους ἐκάκου. Διὸ καὶ ὁ Σκιπίων τὸ στράτευμα διελὼν τὸ μὲν τῇ Καρχηδόνι προσεδρεύειν ἔταξε, τὸ δὲ ἐπὶ τὸν Βιθίαν ἔπεμψεν, ἐπιστήσας αὐτῷ τὸν

Variæ lectiones et notæ.

(56) Ὀλίγους καθ' ἑκάστους ὄντας. Sic mss. Wolfius legendum censebat, ὀλίγους ὄντας, καθ' ἑκάστους τρέπων.

ὑποστράτηγον τὸν Γάϊον Λαίλιον· καὶ αὐτὸς ἑκατέρωσε διεφοίτα ἄμφω ἐπισκοπῶν, καὶ ἥλω τὸ φρούριον. Εἶτ' αὖθις πάσῃ τῇ στρατιᾷ ἐπολιορκεῖτο ἡ Καρχηδών. Ἀπογνόντες οὖν οἱ Καρχηδόνιοι μηκέτι ἑκάτερον τεῖχος διασώσασθαι δύνασθαι, εἰς τὸν τῆς Βύρσης περίβολον ἅτε καὶ ἐρυμνότερον ἀνεσκευάσαντο, καὶ μετακομίσαντες ὅσα ἠδύναντο, κατέπρησαν. Νυκτὸς τὸ νεώριον, καὶ τῶν ἄλλων τὰ πλείω, ἵνα τῆς ἐξ αὐτῶν ὠφελείας τοὺς πολεμίους στερήσωσιν. Ὡς δ' ἔγνων τὸ ἔργον οἱ Ῥωμαῖοι, τὸν λιμένα κατέσχον, καὶ ἐπὶ τὴν Βύρσαν ὥρμησαν, καὶ κατασχόντες τὰς ἑκατέρωθεν αὐτῆς οἰκίας οἱ μὲν ἐπὶ τῶν τεγῶν αὐτῶν ἐπὶ τὰς ἀεὶ ἐχομένας ἐβάδιζον, οἱ δὲ τοὺς τοίχους διορύσσοντες, κάτωθεν διῄεσαν, ἕως πρὸς αὐτὴν τὴν ἄκραν ἀφίκοντο. Ἐνταῦθα δὲ γενομένοις οὐκ ἔτι ἀντῆραν οἱ Καρχηδόνιοι, ἀλλ' ἐπεκηρυκεύσαντο, πλὴν τοῦ Ἀσδρούβου. Ἐκεῖνος δὲ μετὰ τῶν αὐτομόλων (ὁ γὰρ Σκιπίων οὐκ ἐσπείσατο αὐτοῖς) εἰς τὸ Ἀσκληπίειον ἀνειληλύθει μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν παίδων, κἀντεῦθεν ἠμύνετο τοὺς προσβάλλοντας, μέχρις οὗ ἐμπρήσαντες τὸν νεὼν οἱ αὐτόμολοι ἐπὶ τὸ τέγος αὐτοῦ ἀνέβησαν, τὴν ἐσχάτην τοῦ πυρὸς ἀνάγκην ἀναμένοντες. Τότε γὰρ ἡσσηθεὶς πρὸς τὸν Σκιπίωνα ἦλθεν ἱκετηρίαν ἔχων. Ἰδοῦσα δὲ αὐτὸν ἡ γυνὴ ἀντιβολοῦντα ὀνομαστὶ ἀνεκάλεσεν, καὶ ἐξονειδίσασα ὅτι ἑαυτῷ τὴν σωτηρίαν πράξας οὐκ ἐπέτρεψεν ἐκείνῃ σπείσασθαι, τὰ τέκνα ἐνέβαλεν εἰς τὸ πῦρ, καὶ ἑαυτὴν προσεπέρριψεν. Ἑλὼν οὖν οὕτω τὴν Καρχηδόνα ὁ Σκιπίων, τῇ γερουσίᾳ ἐπέστειλε τάδε· *Καρχηδὼν ἑάλω· τί οὖν κελεύετε;* Ἀναγνωσθέντων οὖν τούτων βουλὴν ἔθεντο περὶ τοῦ τί δέον ποιεῖν. Καὶ ὁ μὲν Κάτων κατασκάψαι τὴν πόλιν καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἐξαφανίσαι δεῖν ἐγνωμάτευσεν· ὁ δὲ Νασικᾶς φείσασθαι τῶν Καρχηδονίων καὶ ἔτι συνεβούλευε, κἀντεῦθεν εἰς ἀντιλογίαν πολλὴν προήχθη καὶ ἀμφισβήτησιν τὸ συνέδριον. Ἕως ἔφη τις, ὅτι, εἰ καὶ δι' οὐδὲν ἕτερον, ἀλλά γε ἑαυτῶν ἕνεκα φείσασθαι αὐτῶν ἀναγκαῖον νομίζοιτο ἄν, ἵν' ἀνταγωνιστὰς αὐτοὺς ἔχοντες, ἀρετὴν ἀσκῶσι, καὶ μὴ πρὸς ἡδονὰς καὶ τρυφὴν τράπωνται, τῶν δυναμένων αὐτοὺς καταναγκάζειν εἰς ἄσκησιν τῶν πολεμικῶν περιαιρεθέντων, καὶ χείρους ὑπ' ἀνασκησίας γένωνται, ἀξιοχρέους ἀντιπολέμους μὴ ἔχοντες. Ἐκ τούτων οὖν τῶν λόγων πάντες κατασκάψαι τὴν Καρχηδόνα ὡμογνωμόνησαν, μήποτε εἰρηνήσειν ἐκείνους πιστεύσαντες ἀκριβῶς· καὶ πᾶσα ἄρδην ἀνάστατος γέγονε, καὶ ἐπάρατον ἐψηφίσθη τὸ ἐπ' αὐτὴν κατοικῆσαί τινα. Καὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν ἁλόντων οἱ μὲν πλείους εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐνεβλήθησαν, κἀκεῖ διεφθάρησαν· ὀλίγοι δέ τινες, πλὴν τῶν πάνυ πρώτων ἐπράθησαν· οὗτοι γὰρ οἵ τε ὅμηροι, καὶ ὁ Ἀσδρούβας καὶ ὁ Βιθίας, ἄλλοι ἄλλῃ τῆς Ἰταλίας ἐν φρουραῖς ἀδέσμοις κατεβίωσαν. Ὁ δὲ Σκιπίων δόξης τε ἔτυχε καὶ τιμῆς, καὶ Ἀφρικανὸς οὐκ ἀπὸ τοῦ πάππου, ἀλλ' ἀπὸ τῶν οἰκείων ἐπεκέκλητο πράξεων.

citu urbem obsedit. Carthaginienses igitur abjecta spe utriusque munitionis defendendæ, in Byrsam ut munitiorem contulere quæ potuerunt omnia, navali noctu incenso, et cæterarum partium plerisque, ne hostibus usui essent. Tum Romani, portu occupato, Byrsam adorti, ædibus quæ utrinque erant conscensis, partim in ipsis tectis ad vicinas transibant : partim parietibus inferne perfossis, in ipsam arcem penetrabant. Quo cum venissent, Carthaginienses pugna omissa, pacem petierunt, præter Asdrubalem : qui cum transfugis (iis enim Scipio veniam negarat) et uxore atque liberis conscenso Æsculapii templo, se contra oppugnantes defendebat : donec transfugæ æde incensa, ejusque tecto conscenso, extremam ignis necessitatem exspectarunt. Tum demum supplex ad Scipionem accessit. Quem cum uxor deprecantem videret, eo nominatim vocato, exprobravit, quod privatæ saluti consulens, ipsi pacem impetrare non permisisset : ac primum liberos, deinde semetipsam in ignem conjecit. Carthagine ad hunc modum capta, Scipio senatui scripsit in hanc sententiam : *Carthago capta est : quid igitur jubetis?* Qua de re cum lectis his deliberaretur, Catone urbem evertendam et Carthaginienses delendos esse censente, Nasica vero adhuc eis parcendum esse asseverante, magna orta est dissensio. Quidam vero dixit : Si nulla alia de causa, propter ipsos Romanos saltem eis parci necesse esse, ut adversarios habentes, virtutem exercerent, neque ad luxum et delicias converterentur, sublatis iis a quibus ad rei bellicæ exercitationem cogerentur : neve per ignaviam deteriores fierent, paribus adversariis carentes. Tandem tamen una omnium sententia fuit, Carthaginem evertendam esse, cum credere non possent, eam urbem unquam sincere pacem servaturam. Itaque funditus eversa est, et ejus solum diris imprecationibus obstrictum, ne quis unquam in eo habitaret. Ex captivis plerique in carcere perierunt : pauci, principibus exceptis, venditi. Nam ii, et obsides, et Asdrubal et Bithias, alii in aliis Italiæ partibus vitam in liberis custodiis exegerunt. Scipio **470** gloriam et honorem adeptus, nomen Africani non jam ab avo hæreditarium, sed per se partum habuit.

ΛΑ'. Τότε δὲ καὶ ἡ Κόρινθος κατεσκάφη. Ἐπεὶ γὰρ τῶν Ἑλλήνων οἱ κορυφαιότατοι ὑπὸ τοῦ Παύλου Αἰμιλίου μετῳκίσθησαν εἰς τὴν Ἰταλίαν, οἱ λοιποὶ τὸ μὲν πρῶτον πρεσβείαις τοὺς ἄνδρας ἀπῄτουν· ὡς δ' οὐκ ἔτυχον, καί τινες ἐκείνων τὴν οἴκαδε ἀπογνόντες ἐπάνοδον ἑαυτοὺς διεχρήσαντο, χαλεπῶς διέκειντο, καὶ πένθος δημόσιον ἐποιήσαντο, τοῖς τε τὰ Ῥωμαίων φρονοῦσι παρὰ σφίσιν ὠργίζοντο, οὐ

XXXI. Tum Corinthus etiam est eversa. Nam cum Paulus Æmilius Græcorum principes in Italiam transtulisset : cæteri primum eos legationibus repetiverunt. Ea re non impetrata, cum quidam eorum domum reditionis spe sublata, ipsi sibi manus attulissent, graviter afflicti publicum luctum instituerunt, Romanorum apud se studiosis irati, nihil tamen hostile præ se tulerunt : donec

reliquis ex iis viris receptis, ii quibus injuriæ factæ erant, et qui aliena tenebant, bellum susceperunt: Achæis dissensionis auctoribus, Lacedæmonios sibi causam malorum exstitisse conquerentibus, Romanis eos conciliare adnitentibus non paruerunt, sed Critolao duce creato, arma ceperunt. Itaque veritus Metellus, ne Macedoniam quoque invaderent (jam enim Thessaliam intrarant) prior obviam profectus, eos profligavit. Critolao cæso, Græci in duas partes sunt distracti, cum alii positis armis pacem expeterent, alii seditionem urgerent, Diæo summa rerum permissa. Quo Romani cognito, Mummium Metello successorem miserunt: qui cum belli administratione suscepta plagam ex insidiis cum parte exercitus accepisset, Diæo fugientes usque ad castra persecuto, vicissim egressus, eo profligato ad Achæorum vallum venit. Diæus vero majoribus copiis collectis, pugnare paratus, Romanos in castris se continentes contempsit, in convallem inter castra mediam progressus. Eo viso Memmius aliquot equites misit, qui hostes ex obliquo aggrederentur, a quibus cum turbati essent, phalange a fronte adducta multos occidit. Unde Diæus desperatis rebus sibi manus attulit, ex iis vero qui e pugna evaserant, Corinthii passim in agris sunt dispersi, cæteri domum refugerunt. Proinde Corinthii qui mœnia tuebantur, omnes periisse rati, urbem deseruerunt, qua Mummius viris vacua capta, et illos et cæteros Græcos citra laborem domuit: ac tum eis arma, donaria templorum, statuas, picturas, et alia ornamenta ademit. Patre autem ejus cum aliis ad res post **471** victoriam componendas misso, quorumdam mœnia evertit: omnesque liberos et sui juris esse passus est, præter Corinthios, quos sub corona vendidit, agro eorum publicato, muris cæterisque omnibus ædificiis subversis: veritus, ne eam alii ob tantam amplitudinem occuparent. Ne quis vero Corinthiorum lateret, aut aliorum Græcorum pro Corinthio veniret: omnes qui aderant, priusquam quid agendum esset declararet, convocavit: iisque dissimulanter militibus circumclusis, tum aliorum libertatem, tum Corinthiorum servitutem pronuntiavit. Deinde quemque sibi proximum apprehendere jussit, ut plane discernerentur. Corintho sic eversa, Græcia initio statim et cædibus et pecuniarum exactionibus est vexata. Deinde tantam libertatem et felicitatem adepta, ut dicerent, ni mature capti essent, se incolumes esse non potuisse. Ac Carthaginis et Corinthi vetustissimarum urbium tum simul hic fuit exitus: longo autem tempore post, colonis Romanorum eo missis, reflorescentes ad pristinum statum redierunt.

A μέντοι καὶ πολέμιόν τι ἐπεδείξαντο, μέχρις οὗ τοὺς περιλιπεῖς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἐκομίσαντο. Τότε δὲ διενεχθέντες ἀλλήλοις οἵ τ' ἠδικημένοι καὶ οἱ τὰ ἀλλότρια ἔχοντες ἐπολέμησαν. Ἤρξαντο δὲ τῆς διαφορᾶς οἱ Ἀχαιοὶ, τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐγκαλοῦντες ὡς αἰτίοις τῶν συμβεβηκότων αὐτοῖς· καὶ τῶν Ῥωμαίων διαλλακτὰς αὐτοῖς στειλάντων, οὐκ ἐπείσθησαν, ἀλλὰ πρὸς πόλεμον ὥρμησαν Κριτόλαον προστησάμενοι. Δείσας οὖν ὁ Μέτελλος μὴ καὶ τῆς Μακεδονίας ἅψωνται (ἤδη γὰρ εἰς τὴν Θεσσαλίαν παρῆλθον), προαπήντησεν αὐτοῖς καὶ ἐτρέψατο. Καὶ τοῦ Κριτολάου πεσόντος διχῇ διῄρητο τὸ Ἑλληνικόν. Οἱ μὲν γὰρ πρὸς εἰρήνην ἀπέκλιναν καὶ τὰ ὅπλα κατέθεντο· οἱ δὲ καὶ ἔτι ἐστασίαζον τῷ Διαίῳ τὰ πράγματα ἐπιτρέψαντες. Ἃ μαθόντες οἱ ἐν τῇ
B Ῥώμῃ, ἐπ' αὐτοὺς τὸν Μόμμιον ἔπεμψαν, ὃς τὸν μὲν Μέτελλον ἀπήλλαξεν, αὐτὸς δὲ τοῦ πολέμου εἴχετο, καί τινα πληγὴν μέρει τῆς στρατιᾶς λαβὼν ἐξ ἐνέδρας, τοῦ Διαίου καταδιώξαντος μέχρι τοῦ σφῶν στρατοπέδου τοὺς φεύγοντας, ἀντεπεξῆλθε, καὶ τρεψάμενος αὐτὸν πρὸς τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἦλθε χαράκωμα. Ἀθροίσας δὲ δύναμιν ὁ Δίαιος πλείονα συμβαλεῖν αὐτοῖς ἐπεχείρησεν. Ὡς δ' οὐκ ἀντεξώρμησαν οἱ Ῥωμαῖοι, κατεφρόνησεν αὐτῶν, καὶ εἰς τὸ μέσον τῶν στρατοπέδων κοῖλον ὂν προῆλθεν. Ἰδὼν οὖν τοῦθ' ὁ Μόμμιος τῶν ἱππέων τινὰς λάθρα ἔπεμψεν, ἵν' ἐκ πλαγίου αὐτοῖς ἐπιγένωνται. Καὶ ἐπεὶ ἐκεῖνοι προσβαλόντες αὐτοὺς συνετάραξαν, ἐπήγαγε τὴν φάλαγγα κατὰ πρόσωπον, καὶ πολλοὺς ἐφόνευ-
C σεν. Ἐκ δὲ τούτου Δίαιος μὲν ἀπογνοὺς ἑαυτὸν ἀπέκτεινε. Τῶν δ' ἐκ τῆς μάχης περισωθέντων οἱ μὲν Κορίνθιοι κατὰ τὴν χώραν ἐσκεδάσθησαν, οἱ δ' ἄλλοι οἴκαδε ἔφυγον. Ὅθεν καὶ οἱ ἐν τῷ τείχει Κορίνθιοι πάντας ἀπολωλέναι νομίσαντες ἐξέλιπον τὴν πόλιν, καὶ κενὴν αὐτὴν ἀνδρῶν ὁ Μόμμιος ἔλαβε. Καὶ μετὰ ταῦτα κἀκείνους καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἀπόνως προσεποιήσατο. Καὶ τότε μὲν τὰ ὅπλα αὐτῶν καὶ ὅσα πρὸς τοῖς ἱεροῖς ἀνέκειντο, καὶ τοὺς ἀνδριάντας, τάς τε γραφὰς καὶ εἴ τι ἄλλο πρὸς κόσμον εἶχον, παρείλετο. Πεμφθέντων δὲ οἱ τοῦ τε πατρὸς (57) καὶ ἄλλων ἐπὶ καταστάσει τῶν ἁλόντων, τείχη τέ τινων περιεῖλε, καὶ ἐλευθέρους πάντας καὶ αὐτονόμους πλὴν τῶν Κορινθίων ἀφῆκε. Τῆς δὲ Κορίνθου τούς τε οἰκήτορας ἀπέδοτο καὶ τὴν χώραν
D ἐδημοσίωσε, τά τε τείχη καὶ τὰ ἄλλα οἰκοδομήματα πάντα κατέσκαψε, φοβηθεὶς μὴ καὶ αὖθίς τινες πρὸς αὐτὴν οἷα μεγίστην συστῶσιν. Ἵνα δὲ μήτε τις ἐκείνων λάθῃ, μήτε τῶν λοιπῶν τις Ἑλλήνων πραθῇ ὡς Κορίνθιος, συνεκάλεσε, πρὶν ἐκφῆναι τὸ ποιητέον, πάντας τοὺς παρόντας, καὶ αὐτοὺς ἀφανῶς πως τοῖς στρατιώταις ἐγκυκλωσάμενος ἐκήρυξε τήν τε τῶν ἄλλων ἐλευθερίαν καὶ τὴν τῶν Κορινθίων δούλωσιν. Ἔπειτα προσέταξε πᾶσι τῶν παρεστηκότων σφίσι λαβέσθαι, καὶ οὕτω σαφῆ τὴν διάκρισιν αὐτῶν ἐποιήσατο. Καὶ ἡ μὲν Κόρινθος οὕτως ἀνάστατος γέγονε, τὸ δ' ἄλλο Ἑλληνικὸν παραχρῆμα μὲν καὶ σφαγαῖς καὶ χρημάτων ἐκλογαῖς ἐκακώθη. Ἔπειτα ἔν τε ἀδείᾳ καὶ ἐν εὐδαιμονίᾳ τοσαύτῃ ἐγένετο ὥστε

Variæ lectiones et notæ.

(57) *Πατρὸς δέ.* Vide notata ab Henrico Valesio ad Excerpta Polybii, p. 32.

λέγειν ὅτι, εἰ μὴ θᾶττον ἑαλώκεισαν, οὐκ ἂν ἐσέσωντο. Ἡ μὲν οὖν Καρχηδὼν ἥ τε Κόρινθος αἱ ἀρχαῖαι ἐκεῖναι τοῦτο τέλος ἔσχον ἅμα. Χρόνῳ δὲ πολλῷ ὕστερον ἀποικίαν Ῥωμαίων λαβοῦσαι ἠνθήσαν αὖθις καὶ εἰς τὴν παλαιὰν ἐπανῆλθον κατάστασιν.

Τὰ μὲν οὖν μέχρι τοῦδε πεπραγμένα Ῥωμαίοις (58), A βίβλων τυχὼν τῶν πάλαι ταῦτα ἱστορησάντων ἀρχαίων ἀνδρῶν, ἐκεῖθεν ἐξείληφα κατ' ἐπιτομὴν καὶ τῷ συγγράμματι τούτῳ ἐντέθεικα. Ἐπὶ δὲ τοῖς ἑξῆς ἃ τοῖς ὑπάτοις καὶ τοῖς δικτάτορσιν ἐπράχθη, μέχρις ἂν ταῖς ἀρχαῖς ταύταις τοῖς ἐν τῇ Ῥώμῃ διῳκεῖτο τὰ πράγματα, μή μέ τις αἰτιῷτο ὡς ἢ καταφρονήσει ἢ ῥᾳθυμίᾳ ἢ ὄκνῳ ταῦτα παρελθόντα, καὶ ἀτελὲς οἷον εἰακότα τὸ σύγγραμμα. Οὐ γὰρ ῥᾳστώνῃ μοι τὰ λείποντα παρεώραται, οὐδ' ἡμιτελὲς ἐχὼν τὸ πόνημα καταλέλοιπα, ἀλλ' ἀπορίᾳ βίβλων αἵπερ αὐτὰ διεξίασι, καὶ ταῦτα πολλάκις ζητήσαντί μοι ταύτας, μὴ εὑρηκότι δ' ὅμως, οὐκ οἶδα εἴθ' ὅτι μὴ σῴζοιντο, τοῦ χρόνου διεφθαρκότος αὐτάς, εἴθ' ὅτι μὴ φροντιστικώτερον τὴν τούτων ἴσως ζήτησιν ἐποιήσαντο, οἷς αὐτὴν ἀνεθέμην, αὐτὸς ὑπερόριος B ὢν καὶ πόῤῥω τοῦ ἄστεος ἐν νησίδι ἐνδιαιτώμενος. Ὅτι γοῦν μοι ταῖς βίβλοις ταύταις νῦν οὐκ ἐξεγένετο ἐντυχεῖν, ἡμίεργος ἐντεῦθεν ὅσον ἐπὶ τοῖς τῶν ὑπάτων ἔργοις, ἀλλὰ μέντοι καὶ τοῖς τῶν δικτατόρων ἡ ἱστορία γεγένηται. Παρελθὼν οὖν αὐτὰ καὶ ἄκων, τὰ τῶν αὐτοκρατόρων συγγράψομαι, μικρά τινα προδιηγησάμενος, ἵν' ὅθεν εἰς αὐταρχίαν ἐξ ἀριστοκρατίας ἢ καὶ δημοκρατίας οἱ Ῥωμαῖοι μετηνέχθησαν, δῆλον εἴη τοῖς ἀναγνωσομένοις τὸ σύγγραμμα, ἅμα τε πρὸς τούτῳ καὶ ἀκολουθίας ἔχοιτο ἡ γραφή.

Hactenus res a Romanis gestas ex veteribus scriptoribus in compendium redactas, exposui. Quæ vero deinceps a consulibus et dictatoribus dum illa reipublicæ forma viguit, gesta sunt: ea nemo putet a me vel contemptu, vel negligentia, vel pigritia præterita esse. Nam quominus absolutum hoc opus ederetur, non per me stetit, sed penuria librorum, quibus ista continentur, voluntati meæ ad perfectionem historiæ contendenti obstitit. Quos cum sæpe quæsierim, reperire non potui, haud scio an vetustate amissos, an vero negligentius inquisitos ab iis quibus id negotii dedi, dum ipse extorris et procul ab urbe in parva insula vitam ago. Unde factum est, ut consulum et dictatorum historia minus absoluta esset. His igitur præter institutum meum omissis, imperatorum historias conscribam, re paulo altius repetita: ut et lectores, qua ratione Romanorum sive democratia sive aristocratia in monarchiam sit mutata, intelligant, et historia certo quodam ordine progrediatur.

LIBER DECIMUS.

Α'. Ἐξ ἀρχῆς μὲν οὖν, ὡς (59) ἱστόρηται, βασι- C λεῦσιν ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀνεῖτο ἀρχὴ μέχρι τῆς τῶν Ταρκυνίων τυραννίδος καὶ καταλύσεως. Ἔκτοτε δὲ στρατηγοῖς καὶ δικτάτορσιν ὑπάτοις τε καὶ χιλιάρχοις, ἀλλὰ μὲν καὶ δημάρχοις ἡ τῶν κοινῶν διοίκησις ἀνετίθετο, καὶ τοιαύταις πολιτείαις τὰ Ῥωμαίων ἰθύνετο μέχρι Πομπηΐου Μάγνου καὶ Γαΐου Ἰουλίου τοῦ Καίσαρος. Υἱὸς δὲ ἦν ὁ Πομπήϊος Στράβωνος, ἑνὸς τῶν ἐπισήμων Ῥωμαίων, καὶ στρατηγίας ἠξιωμένου, τῷ Κίννᾳ τε ἀντιτεταγμένου, τυραννικώτερον τῇ ἀρχῇ χρωμένῳ. Ἤδη γὰρ ἐνόσει Ῥωμαίοις τὰ πράγματα, καὶ ἐπὶ τυραννίδα οἱ σφῶν ἀπέκλινον ἄρχοντες, ἀλλ' οὐ νομίμως ἄρχειν ἐβούλοντο. Ὁ μὲν οὖν πατὴρ αὐτοῦ Στράβων διὰ φιλοχρηματίαν ὑπὸ Ῥωμαίων μεμίσητο· ὁ δὲ Πομπήϊος ἐφιλεῖτο διά τε πίστιν ἤθους, καὶ τὸ εὐέντευ- D

472 I. Romanum imperium, ut dictum est, initio reges tenuere, usque ad eversionem tyrannidis Tarquiniorum. Ab eo tempore administratio rerum penes prætores, dictatores, consules, tribunos consulari potestate, et tribunos plebis fuit, usque ad Pompeium Magnum, et C. Julium Cæsarem. Pompeius porro filius fuit Strabonis, illustris Romani, virique prætorii, qui Cinnæ violentius imperanti restitit. Jam tum enim res Romana laborabat, magistratibus tyrannidem spectantibus, legitimaque imperia aspernantibus. Ut autem pater ejus propter sordes civibus invisus: sic Pompeius ob morum integritatem, affabilitatem, modestiam in victu, armorumque exercitationem usque adeo carus fuit, ut cum metu Cinnæ, apud quem delatus fuerat, clam castris excessisset, quia nusquam

Variæ lectiones et notæ.

(58) *Τὰ μὲν οὖν μέχρι τοῦδε πεπραγμένα Ῥωμαίοις*. Omissa est a Zonara, ut recte observat Wollius, historia belli Lusitanici contra Viriatum gesti: item Numantinum, Asiaticum contra Aristonicum, præterea Allobrogicum, Thracicum: adhæc Jugurthinum in Africa, in Italia Galliaque Cimbricum, Teutonicum, et Tigurinum. Omisit etiam descriptionem tumultuum intestinorum, qui ab istis temporibus Romam labefactaverunt, seditionem scilicet Tiberii Gracchi, ac post eam Caii fratris: deinde Apulei Saturnini, tum bellum Romanorum adversus socios qui defectionem per Italiam fecerant: bellum contra servos, et contra Spartacum; ac postremo Marii et Syllæ civilia bella, atque alia annis circiter LX gesta.

(59) *Ἐξ ἀρχῆς μὲν οὖν*. Addit cod. Reg. 605: ὡς ἐν τῇ προτέρᾳ βίβλῳ μοι προϊστόρηται. βασιλεῦσιν, etc. Alii, ὡς ἱστόρηται tantum præferunt, ut Wolfiana editio. Hic porro initium ducit pars altera Annalium Zonaræ, ut in Præfatione monuimus.

dubitans an rite nuptiæ fierent a pontificibus, hoc responsum tulit : Si conceptus ambiguus esset, eas fuisse differendas : sed cum de eo constet, nihil obstare quominus fiant. Quod haud scio an sic in libris suis scriptum invenerint, an in Cæsaris gratiam sic pronuntiarint. Elocavit autem eam ipse maritus, tanquam pater. Jam Cæsaris materfamilias Cl. Drusum Neronem parit mulier, 514 quem Cæsar patri misit. Is longo tempore post moriens, et huic et Tiberio ipsum Cæsarem tutorem reliquit. Interea Cæsar et Sextus, qui non sponte, sed coacti inter sese pepigerant, rupto fœdere bellum gesserunt : ad quod ultro propensi, præbita occasione, facile inclinarunt. Menas enim Sexti libertus, in Sardinia agens, cum ob alia, tum ob habitos cum Cæsare sermones suspectus, cum a Sexto quasi ad reddendam gestæ provinciæ rationem accerseretur, legatis occisis, insulam, legiones, classem, semetipsum Cæsari tradidit, a quo magnis honoribus ornatus, aureos annulos accepit : quos olim Romæ nec libertis, nec liberis, nisi imperator permisisset, gestare licebat, sed senatoribus et equitibus duntaxat. Hunc igitur cum dedi sibi Sextus postulasset, Cæsar autem non dedisset, vicissim questus, illum et transfugas recipere, et triremes ædificare, et alia præter pacta et conventa facere : tum propter Menam, tum ob alia crimina, missis militibus Campaniam longe lateque vastavit. Quo Cæsar cognito, Lepidum et Antonium accersivit. Ac Lepidus quidem non statim obtemperavit : Antonius etsi e Græcia Brundusium venit, tamen priusquam cum Cæsare congrederetur, lupi in prætorium suum ingressu, qui milites aliquot ibi interfecerat, territus, per causam belli Parthici quo urgeretur, in Græciam rediit. Sextus factus alacrior, classe Italiam aggressus, multas clades et inferebat et accipiebat, in navalibus tamen pugnis superior : ut Cæsar navibus compluribus tam bello quam vi tempestatum amissis, desperata Sicilia, bene secum agi putaret, si oram maritimam tueretur. Quare Sextus elatior Italiam vexabat. Apollophane in Africam misso, Cæsar et navibus multis fabricatis, et remigibus a senatoribus, equitibus et plebeiis corrogatis, et militibus scriptis, et pecunia undique coacta, ordinanda Italia et Gallia occupatus, Agrippæ navalem instructionem exercendam et exornandam tradidit. Is et navibus et remigibus in unum conductis, illas refecit, hos ut in tabulatis remigarent exercuit. Quæ dum fierent, Romani et principum discordiis et prodigiis terrebantur, 515 eo po tissimum, quod albam gallinam ramum lauri cum baccis ferentem, aquila correptam in Liviæ gremium dejecit : id quod signum haud exiguum videbatur. Enimvero Livia gallina curanda, et lauro plantanda, quæ radicibus actis crevit, utique Cæsaris potentiam gremio complectebatur, omnibus in rebus ejus domina futura.

A ταῖς εἰσπράξεσιν ἐστασίασε, κἀκείνοις καὶ τοῖς ὑπηρέταις τοῖς τε στρατιώταις τοῖς συνεισπράττουσι σφίσι τὰ χρήματα ἐς χεῖρας ᾔεσαν. Ὁ δὲ Καῖσαρ τὴν Λιβίαν ἔγημεν· ἦν δ' αὕτη θυγάτηρ μὲν Λιβίου Δρούσου, ὃς ἑαυτὸν μετὰ τὴν ἐν Μακεδονίᾳ ἧτταν διεχειρίσατο, γυνὴ δὲ τοῦ Νέρωνος, καὶ ἔγκυος ἦν ἐξ ἐκείνου μῆνα ἕκτον. Διστάζοντος δὲ διὰ τοῦτο τοῦ Καίσαρος ἀγαγέσθαι αὐτὴν ἐν γαστρὶ ἔχουσαν, οἱ ἱερεῖς οἱ ποντίφικες, εἰ μὴ ἀνόσιον εἴη τοῦτο, ἐρωτηθέντες, εἶπον ὡς εἰ μὲν ἐν ἀμφιβόλῳ τὸ κύημα ἦν, ὑπερτεθῆναι τὸν γάμον ἐχρῆν· ὁμολογουμένου δὲ αὐτοῦ, οὐδὲν κωλύει αὐτὸν γενέσθαι, τάχα μὲν οὕτως καὶ ἐν τοῖς πατρίοις τοῦτο εὑρόντες, εἰ δὲ καὶ μὴ εὗρον, οὕτως αὐτὸ εἰπόντες διὰ τὸν Καίσαρα. Ἐξέδωκε δὲ αὐτὴν αὐτὸς ὁ ἀνὴρ ὥσπερ τις πατήρ. B Συνοικοῦσα δὲ ἤδη ἡ γυνὴ τῷ Καίσαρι, τίκτει Κλαύδιον Δροῦσον Νέρωνα, καὶ αὐτὸν ὁ Καῖσαρ τῷ πατρὶ ἔπεμψεν· ὃς τελευτῶν πολλῷ ὕστερον τούτῳ τε καὶ τῷ Τιβερίῳ ἐπίτροπον αὐτὸν τὸν Καίσαρα καταλέλοιπεν. Ἐν δὲ τούτῳ ὁ Καῖσάρ τε καὶ ὁ Σέξτος ἐπολέμησαν. Οὐ γὰρ ἐθελονταὶ ἀλλ' ἀναγκαστοὶ τὴν ὁμολογίαν πεποιημένοι, οὐδ' ἐνέμειναν ταύτῃ. Ἔμελλον μὲν γὰρ, εἰ καὶ μὴ σκῆψις αὐτοῖς ἐγένετο, μαχέσασθαι. Τέως δ' οὖν καί τινες αὐτοῖς αἰτίαι λαβὰς τῆς μάχης δεδώκασι. Μηνᾶς γὰρ ἐξελεύθερος ὢν τοῦ Σέξτου, καὶ ἐν τῇ Σαρδοῖ τῇ νήσῳ τυγχάνων ὑπωπτεύθη δι' ἄλλα τε καὶ ὅτι τῷ Καίσαρι ἐκεκοινολόγητο, καὶ μεταπεμφθεὶς ὑπὸ Σέξτου ὡς λόγους δώσων περὶ ὧν διῳκήκει, τοὺς μὲν πεμφθέντας ἀπέκτεινε, C τὴν δὲ νῆσον τῷ Καίσαρι, καὶ τὸ ναυτικὸν, καὶ τὸ λοιπὸν στράτευμα, καὶ ἑαυτὸν παραδεδώκει. Ὁ δὲ αὐτὸν μεγάλως τετίμηκε· δακτυλίοις τε γὰρ χρυσοῖς ἐκόσμησε, καὶ τοῖς ἱππεῦσι συγκατηρίθμησε. Τὸ δὲ τῶν δακτυλίων τοιοῦτόν ἐστιν. Οὐδενὶ τῶν πάλαι Ῥωμαίων, οὐχ ὅτι τῶν ἀπελευθέρων, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐλευθέρων, πλὴν τῶν βουλευτῶν καὶ ἱππέων, δακτυλίοις χρυσοῖς κεχρῆσθαι ἐξῆν, εἰ μὴ ὁ τὸ κράτος ἔχων τοῦτο ἐπέτρεψε. Τοῦτον οὖν τοῦ Σέξτου ἐκδοθῆναί οἱ αἰτήσαντος, ὁ Καῖσαρ οὐκ ἐξέδωκεν, ἀντεγκαλῶν τῷ Σέξτῳ τὸ τούς αὐτομόλους τε ὑποδέχεσθαι, καὶ ναυπηγεῖν τριήρεις παρὰ τὰ ὡμολογημένα, καὶ ἕτερα. Ὁ δὲ δὴ Σέξτος διά τε τὸν Μηνᾶν, καὶ δι' ἄλλα τὸν Καίσαρα αἰτιώμενος, πέμψας πολλὰ τῆς Καμπανίας ἐπόρθησε. Καὶ ὁ Καῖσαρ D τοῦτο μαθὼν τὸν Λέπιδον καὶ τὸν Ἀντώνιον μετεπέμψατο. Καὶ ὁ μὲν Λέπιδος οὐκ εὐθὺς ὑπήκουσεν· Ἀντώνιος δὲ ἦλθε μὲν ἐκ τῆς Ἑλλάδος εἰς τὸ Βρεντέσιον, πρὶν δὲ τῷ Καίσαρι συνελθεῖν, δείσας, ὅτι λύκος εἰς τὸ στρατήγιον αὐτοῦ εἰσῆλθε, καὶ στρατιώτας ἔφθειρεν, εἰς τὴν Ἑλλάδα πάλιν ἀνέστρεψε, προφασισάμενος τὰ τῶν Πάρθων ὡς κατεπείγοντα. Ὁ δὲ Σέξτος προθυμότερον ἥπτετο τῶν πραγμάτων, καὶ τῇ Ἰταλίᾳ ἐπέπλει, καὶ πολλὰ μὲν ἐκάκου, οὐ μείω δὲ καὶ ἀντέπασχε. Καὶ ναυμαχιῶν γεγονυιῶν οἱ τοῦ Σέξτου μᾶλλον ἐκράτουν, πολλῶν μὲν νηῶν τοῦ Καίσαρος καὶ ἐν ταῖς ναυμαχίαις φθαρεισῶν, πολλῶν δὲ καὶ ὑπὸ βιαίων πνευμάτων κινδυνευσασῶν, ὥστε τὸν Καίσαρα βουλόμενον εἰς Σικελίαν ἐμβαλεῖν, τοῦτο μὲν ἀπογνῶναι, τῆς δὲ παραθαλασ-

σίας ἠπείρου τὴν φυλακὴν ποιεῖσθαι ἀγαπητῶς. Ὁ Σέξτος δ' ἔτι μᾶλλον ἤρθη, καὶ αὐτὸς μὲν τὴν Ἰταλίαν ἐκάκου, εἰς δὲ τὴν Λιβύην τὸν Ἀπολλοφάνην ἀπέστειλε. Καῖσαρ μέντοι πλοῖά τε πολλὰ ἐναυπήγει, καὶ ἐρέτας παρά τε τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων καὶ τῶν δημοτῶν συνέλεγεν. Ὁπλίτας τε κατελέγετο καὶ χρήματα πανταχόθεν συνήθροιζε· καὶ αὐτὸς μὲν τά τε ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ τῇ Γαλατίᾳ διέταττε, τῷ δὲ Ἀγρίππᾳ τὴν τοῦ ναυτικοῦ παρασκευὴν ἐγχειρίσας, ἐκπονῆσαι καὶ ἐξασκῆσαι τοῦτο ἐκέλευσε. Καὶ ὃς τάς τε ναῦς καὶ τοὺς ἐρέτας ἤθροισε, καὶ τὰς μὲν κατέφραττε, τοὺς δ' ἐπ' ἰκρίων ἐρέττειν ἤσκει. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐταράττοντο μὲν καὶ ταῖς τῶν ἀρχόντων πρὸς ἀλλήλους στάσεσιν, ἔθραττον δὲ αὐτοὺς καὶ σημεῖα ἄλλα τε καὶ ὅτι λευκὴν ὄρνιν χλωνίον δάφνης ἐγκάρπου φέρουσαν ἀετὸς ἁρπάσας εἰς τὸν κόλπον τῆς Λιβίας ἐνέβαλεν· ὃ οὐ μικρὸν σημεῖον ἐδόκει. Ἡ δὲ τῆς τε ὄρνιθος ἐπεμελήθη καὶ τὴν δάφνην ἐφύτευσε, καὶ ἡ μὲν ῥιζωθεῖσα ηὔξησεν, ἡ δὲ Λιβία ἐγκολπώσασθαι τὴν τοῦ Καίσαρος ἰσχὺν, καὶ ἐν πᾶσιν αὐτοῦ κρατήσειν ἔμελλεν.

ΚΔ'. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ ἦλθε μὲν ὁ Ἀντώνιος ἐκ τῆς Συρίας εἰς Ἰταλίαν, ὡς τῷ Καίσαρι διὰ τὰ συμβεβηκότα αὐτῷ τοῦ πρὸς τὸν Σέξτον μεθέξων πολέμου, οὐ μέντοι παρέμεινεν· ἀλλὰ ναῦς δοὺς αὐτῷ καὶ ἑτέρας πέμψειν ἐπαγγειλάμενος, στρατιώτας ἀντείληφεν. Αὐτὸς δὲ ὡς ἐπὶ Πάρθους στρατεύσων ἀπῆρε. Πρὶν δὲ ἀπιέναι αὐτὸν ᾐτιάσαντο ἀλλήλους· εἶτα καὶ διηλλάγησαν, τῆς Ὀκταβίας τὰς διαλλαγὰς πραττούσης. Ἡ δὲ Ὀκταβία τοῦ Καίσαρος ἦν ἀδελφὴ, ἣ μετὰ θάνατον τῆς Φουλβίας τῷ Ἀντωνίῳ συνῴκηθη παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ, τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ᾧ συνῴκει πρότερον τελευτήσαντος. Καὶ ἐπειδὴ οὔπω παρῆκεν ὁ πένθιμος χρόνος, ψήφῳ τῆς συγκλήτου ἐλύθη τὸ ἐπιτίμιον. Καὶ τότε δὲ, ἵνα πλείων αὐτοῖς ἐκ συγγενείας σύνδεσμος γένοιτο, Ἀντύλλῳ τῷ τοῦ Ἀντωνίου υἱῷ τὴν θυγατέρα ὁ Καῖσαρ τὴν ἑαυτοῦ κατηγγύησεν. Ἐπλάττοντο δὲ ταῦτα καὶ ὑπεκρίνοντο διὰ τὰ τότε σφίσιν ὑπάρχοντα πράγματα. Τὸν δὲ Σέξτον τῆς τε ἱερωσύνης ἔπαυσαν καὶ τῆς ὑπατείας, ἑαυτοῖς δὲ τὴν ἡγεμονίαν εἰς ἄλλην πενταετίαν ἐπέτρεψαν· ἡ γὰρ προτέρα ἐκμεμέτρητο ἤδη. Καὶ Ἀντώνιος μὲν εἰς Συρίαν ἠπείγετο, Καῖσαρ δὲ εἰς τὸν πρὸς Σέξτον πόλεμον ἡτοιμάζετο. Ὁ δὲ Μηνᾶς πρὸς τὸν Σέξτον αὖθις ἀπηυτομόλησεν, ἄπιστος ὢν, καὶ θεραπεύων ἀεὶ τὰ τοῦ κρείττονος. Καῖσαρ δ' ἐπιστάντος τοῦ ἔαρος ὥρμησε κατὰ τῆς Σικελίας, περισχεῖν ἐλπίσας τῷ στόλῳ αὐτὴν, καὶ τῷ τε πλήθει τεθαῤῥηκὼς τῶν σκαφῶν καὶ τῷ μεγέθει, καὶ τοῖς πύργοις οὓς ἔφερον, ἵν' ἐξ αὐτῶν ὡς ἀπὸ τείχους ἐξ ὑπερδεξίων ἀνταγωνίζωνται. Ἀπιόντι δὲ χειμὼν συνέβη βαρύτατος καὶ πολλὰς ἔφθειρε τῶν νεῶν, καὶ ὁ Μηνᾶς ταῖς λοιπαῖς τεταραγμέναις ἐπενεχθεὶς, συχνὰς μὲν ἔκαυσε, τὰς δ' ἀνεδήσατο. Καὶ εἰ μὴ αὖθις τῷ Καίσαρι προσεχώρησε καὶ τὸ ναυτικὸν οὗ ἦρχε παρέδωκεν, εἰς κενὸν ἂν καὶ τότε τῷ Καίσαρι ὁ ἐπίπλους ἐγένετο. Ηὐτομόλησε δ' ὁ Μηνᾶς πρὸς ἅπαν παρὰ τοῦ Σέξτου ὑποπτευόμενος· ἀλλ' οὐδ' ὁ Καῖσαρ ἔτι αὐτῷ ἐπίστευεν. Ἐπεὶ δὲ τὸν στόλον αὖθις ὁ Καῖσαρ ἀνεκτήσατο, εἰς τὴν ἤπειρον ἀνεκομίσθη, ὡς τὸ πεζὸν τοῦ στρατεύματος εἰς τὴν Σικελίαν, ὅτε καιρὸς, περαιώσων. Ὁ δὲ Σέξτος ἐν Μεσήνῃ τὸν αὐτοῦ διάπλουν ἐτήρει. Τῷ δ' Ἀγρίππᾳ εἰς Λιπάραν σὺν ναυσὶ καταλειφθέντι παρὰ τοῦ Καίσαρος, Δημόχαριν ἀνθορμίσαι ἐν Μύλαις ἐκέλευσε, καὶ διέτριψαν ἐκεῖσε χρόνον ὑπόσυχνον. Τέλος δὲ ὁ Ἀγρίππας σὺν ταῖς ἀρίσταις τῶν νεῶν ἐπὶ κατασκοπὴν τῶν ἐναντίων ἀπελήλυθε. Καὶ ὡς οὔτε πάντας κατεῖδεν,

A XXIV. Interea temporis Antonius ex Syria in Italiam profectus, ut Cæsari parum feliciter cum Sexto belligeranti opem ferret, non permansit: sed navibus partim ei datis, partim promissis, milites vicissim accepit. Priusquam autem ad bellum Parthicum reverteretur, controversia inter eos orta, per Octaviam Cæsaris sororem composita est, quæ cum Antonio post Fulviæ obitum, luctu ob priorem maritum nondum finito, nupsisset: Senatusconsulto multa illa sublata est. Tum etiam, ut per affinitatem arctiore necessitudinis vinculo astringerentur, Antyllo Cæsar Antonii filio suam filiam despondit. Hæc temporum causa uterque fingebat, et simulabat omnia. Sexto autem et consulatum et auguratum eripuerunt, sibique principatum in
B aliud quinquennium vindicarunt, priore quinquennio jam elapso. Antonio in Syriam properante, Cæsar bello cum Sexto gerendo, ad quem Menas homo perfidus, semperque potentiores colere solitus, denuo transfugerat, intentus primo vere in Siciliam trajecit, et multitudine ac magnitudine navium fretus, turribus præsertim quas gerebant, unde tanquam de muro ex superiore loco pugnarent, spem conceperat insulæ classe occupandæ. Sed inter eundum gravissima tempestate complures naves amisit, et Menas in reliquas turbatas invectus, multas cremavit, nonnullas attraxit. Ac nisi rursus ad Cæsarem defecisset, et classem illi suam tradidisset: tum etiam irrita fuisset illius expeditio. Menæ transfugii
C causa fuit, qui in omnibus suspectum se esse videbat Sexto. Sed ne Cæsar quidem amplius ei fidem habuit, et classe recepta in continentem rediit, peditatum per occasionem transportaturus. Sextus vero ejus trajectum Messanæ observans, 516
Democharem in Mylis contra Agrippam, a Cæsare cum navibus Liparæ relictum, in procinctu esse jussit. Ubi cum diutius commorati essent, tandem Agrippa cum optimis navibus ad speculandam hostilem classem profectus, cum nec omnem conspexisset, et nemo contra iret, reversus, se ut postidie dimicaturus paravit. Idem et Demochari accidit, qui et ipse, ut in hostem pugnaturus, Sextum accersivit. Diluculo ambæ classes productæ, longissimo tempore æquo marte dimi-
D carunt: tandem sub noctem Cæsariani vicerunt, sed victos non persecuti sunt. Cæsar, cum Sextus propter navalem pugnam Messana decessisset,

citra periculum Taurominium trajecit. Peracto prælio Sextus Messanam celeriter reversus, cognito Cæsaris trajectu, terra eum aggressus est: qui classis maxima parte amissa, propemodum ipse quoque periisset, sed tum terra evasit: ægreque ferens exercitum in insula circumventum esse, non prius recepit animum, quam piscis saltu e mari in terram facto, sponte ante pedes ejus concidit. Id enim vates interpretabantur, fore ut mari potiretur. Ejus vero exercitus cum et obsideretur, et alimenta non haberet, et opem ferret nemo, Cornificius dux ejus navibus e pugna reliquis exustis, ipse quoque ad Mylas abduxit copias, ac in itinere multas clades accepit, in fluminum transitu potissimum, hostibus tergo inhærentibus: idque per triduum duravit. Extremo vero die cum Sextus etiam advenisset, undique vexati omnes periissent, nisi Pompeiani coacti essent retrocedere. Aggripa enim navali pugna victor, Siciliam ingressus, exercitui frumentum et auxilia misit: cujus adventum metuens Sextus, tanta festinatione recessit, ut impedimenta quædam et commeatum in munitione relinqueret, quo sustentati Cornificiani, ubi ad Agrippam pervenerunt, a Cæsare laudibus et muneribus recreati sunt.

A οὔτ' ἀναχθῆναί τις ἠθέλησεν, ἐπανῆλθε, καὶ παρεσκευάζετο ὡς πολεμήσων τῇ ἐπιούσῃ. Τὰ δ' αὐτὰ καὶ τῷ Δημοχάρει συμβέβηκε, καὶ ἡτοιμάζετο κἀκεῖνος, ὡς τοῖς πολεμίοις ἐπελευσόμενος, καὶ τὸν Σέξτον δὲ μετεπέμψατο. Ἡμέρα τε ἤδη ὑπέλαμπε, καὶ ἄμφω τὰ ναυτικὰ ἐπ' ἄλληλα ἔπλεον, καὶ τῆς ναυμαχίας ἀπήρξαντο, καὶ ἐπὶ πλεῖστον μὲν ἀγχωμάλως ἠγωνίσαντο. Ὀψὲ δ' οὖν ποτε καὶ πρὸς νύκτα ἤδη οἱ τοῦ Καίσαρος ἐκράτησαν, οὐ μέντοι καὶ ἐπεδίωξαν. Καῖσαρ δὲ, τοῦ Σέξτου ἐκ τῆς Μεσήνης διὰ τὴν ναυμαχίαν ἀπάραντος, ἀκινδύνως ἐπεραιώθη πρὸς Ταυρομένιον. Ἤδη δὲ τῆς ναυμαχίας παυθείσης σπουδῇ πρὸς τὴν Μεσήνην ὁ Σέξτος ἀφίκετο, καὶ μαθὼν περαιωθέντα τὸν Καίσαρα, προσέμιξεν αὐτῷ κατὰ γῆν. Καὶ ὁ Καῖσαρ τοῦ τε ναυτικοῦ τὸ πλεῖον
B ἀπέβαλε καὶ αὐτὸς ὀλίγου προσδιεφθάρη· τέως δ' οὖν εἰς τὴν ἤπειρον διασέσωστο· ἤχθετο δὲ τοῦ στρατεύματος ἐν τῇ νήσῳ ἀπειλημμένου, καὶ οὐ πρὶν ἀνεθάρσησεν ἕως ἰχθὺς ἀναθορὼν ἐκ τῆς θαλάσσης αὐτόματος πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ ἔπεσε. Τοῦτο γὰρ οἱ μάντεις δηλοῦν ἐξηγήσαντο, ὅτι δουλώσεται τὴν θάλασσαν. Ἡ δὲ τοῦ Καίσαρος στρατιὰ ἐπολιορκεῖτο, καὶ ἐπεὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐπέλιπον σφᾶς, καὶ ὁ βοηθήσων οὐκ ἦν, ὁ ταύτης ἄρχων Κουρνοφίκιος τά τε σκάφη ὅσα ἐκ τῆς ναυμαχίας περισέσωστο ἔκαυσε καὶ αὐτὸς πρὸς τὰς Μύλας ἀπῆγε τὴν στρατιάν· καὶ πολλὰ ἐκακώθησαν παρὰ τῶν ἐναντίων ἐφεπομένων αὐτοῖς ἔν τε τῇ ἄλλῃ πορείᾳ καὶ μᾶλλον ἐν ταῖς τῶν ποταμῶν διαβάσεσι, καὶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἔπασχον οὕτως. Τῇ δέ γε τελευταίᾳ πάντῃ αὐτοὺς ἐκάκωσαν προσγενομένου αὐτοῖς καὶ τοῦ Σέξτου. Καὶ πάντες ἂν διεφθάρησαν, εἰ μὴ σφῶν καὶ ἄκοντες ἀπέσχοντο οἱ πολέμιοι. Ὁ γὰρ Ἀγρίππας νικήσας τὴν ναυμαχίαν, ἐς Σικελίαν ἐπεραιώθη, καὶ σῖτόν τε τῷ στρατῷ καὶ βοήθειαν ἔπεμψε. Καὶ ὁ Σέξτος, αὐτὸν τὸν Ἀγρίππαν ἥξειν ἐκεῖ προσδοκήσας καὶ φοβηθεὶς, σπουδῇ ἀνεχώρησεν, ὥστε σκεύη τινὰ καὶ ἐπιτήδεια καταλεῖψαι ἐν τῷ ἐρύματι, ἐξ ὧν τραφέντες οἱ περὶ τὸν Κουρνοφίκιον πρὸς τὸν Ἀγρίππαν ἀπῄεσαν· οὓς ὁ Καῖσαρ ἐπαίνοις καὶ δωρεαῖς ἀνεκτήσατο.

XXV. Post hæc cum Sextus in Siciliam venisset, ad Artemisium castra posuit: ubi cum inter se velitarentur, Gallus suas copias cum Sexto, Lepidus cum Cæsare conjunxit; ac ille quidem Sextum confirmavit, hic autem cum Cæsare **517** contendit; nam ex æquo cum eo administrare voluit omnia; Cæsar vero eo pro legato in omnibus uti voluit: quare ad Sextum inclinavit, et clam cum eo verba contulit; quo Cæsar animadverso, primo quoque tempore priusquam aliquid novaretur, decernere cum Sexto instituit. Cum prælium in mari commissum longissimo tempore, victoria neutram in partem inclinante duraret, utrique pedestres exercitus in procinctu terra stantes, eventum sollicitati speculabantur. Sexto tandem profligato, alteri pœanes canebant, alteri lamentabantur: ac Sexti pedites, quasi et ipsi una cum classe victi essent, Messanam tendebant. Cæsar vero victos qui in terram enatabant, excipiebat; et naves quæ terræ allidebantur, incendebat. Interea Demochares sibi ipsi manus attulit: Apollodorus ad Cæsarem defecit. Idem præter alios et Gallus, et ejus equités omnes, et quidem pedites imitati sunt. Itaque Sextus, desperatis rebus filia cum aliis et pecunia et pretiosissimis quibusque rebus firmissimis navibus impositis, noctu abiit, perse-

C ΚΕ'. Μετὰ τοῦτο δ' ἐς Σικελίαν ἐλθόντι τῷ Καίσαρι περὶ τὸ Ἀρτεμίσιον ὁ Σέξτος ἀντεστρατοπεδεύσατο. Ἀντικαθημένων δ' ἀλλήλοις καὶ ἀκροβολιζομένων τῷ μὲν Σέξτῳ ὁ Γάλλος, τῷ δὲ Καίσαρι ὁ Λέπιδος σὺν ταῖς δυνάμεσι προσήνωντο. Καὶ ὁ μὲν Γάλλος ἐπέῤῥωσε τὸν Σέξτον, ὁ δὲ Λέπιδος διηνέχθη τῷ Καίσαρι, αὐτὸς μὲν ἐκ τοῦ ἴσου συνδιοικεῖν αὐτῷ τὰ πάντα βουλόμενος, ἐκείνου δὲ ὡς ὑποστρατήγῳ αὐτῷ χρωμένου ἐν ἅπασι. Διὸ καὶ πρὸς τὸν Σέξτον ἀπέκλινε, καὶ ἐκοινολογεῖτο δι' ἀποῤῥήτων αὐτῷ. Ὃ ὑπονοήσας ὁ Καῖσαρ ἔσπευσε πρίν τι νεοχμωθῆναι διὰ μάχης τῷ Σέξτῳ χωρῆσαι. Καὶ ναυμαχίας τε κατὰ θάλασσαν συῤῥαγείσης, καὶ κατὰ γῆν τῶν πεζῶν ἀμφοῖν παρατεταγμένων ἐπὶ πολὺ τῆς ναυμαχίας γινομένης ἰσοῤῥόπου τε καὶ ἰσοπα-
D λοῦς, τὰ πεζὰ καὶ ἄμφω στρατεύματα ἐθεῶντο καὶ ἠγωνίων. Ἐπεὶ δ' οἱ τοῦ Σέξτου ἐτράποντο, οἱ μὲν ἐπαιάνισαν, οἱ δ' ὠλοφύροντο. Καὶ οἱ μὲν τοῦ Σέξτου πεζοὶ πρὸς τὴν Μεσήνην ἐχώρουν, ἅτε καὶ αὐτοὶ συνηττηθέντες τῷ ναυτικῷ. Ὁ δὲ Καῖσαρ τοὺς ἐκπίπτοντας τῶν ἡττωμένων εἰς τὴν γῆν ἐξεδέχετο καὶ τῶν σκαφῶν ὅσα προσώκειλον ἐνεπίμπρα. Κἂν τούτῳ ὁ μὲν Δημόχαρις ἑαυτὸν ἀπέσφαξεν, ὁ δ' Ἀπολλόδωρος τῷ Καίσαρι προσεχώρησε. Τοῦτο δὲ ἄλλοι τε καὶ ὁ Γάλλος καὶ οἱ ἱππεῖς οἱ σὺν αὐτῷ πάντες καὶ τινες τῶν πεζῶν πεποιήκασιν. Ὁ Σέξ-

τος δ' ἐντεῦθεν ἀπογνοὺς καὶ τὴν θυγατέρα καὶ ἄλλους παραλαβὼν τά τε χρήματα καὶ τῶν ἄλλων τὰ τιμιώτερα εἰς τὰς ναῦς τὰς κρείττους τῶν σωθεισῶν ἐνθέμενος ἀπῆρε νυκτός, οὐδ' ἐπεδίωξέ τις αὐτόν, ὅτι τε λάθρα ἐξέπλευσε καὶ ὁ Καῖσαρ ἐν μεγάλῃ γέγονε ταραχῇ. Ὁ γὰρ Λέπιδος τῇ Μεσήνῃ ἐπελθὼν καὶ εἰσδεχθεὶς εἰς αὐτήν, τὰ μὲν ἐνεπίμπρα, τὰ δ' ἥρπαζεν. Εἶτα φοβηθεὶς ἐπελθόντα τὸν Καίσαρα ἐπὶ λόφον καρτερὸν στρατοπεδευσάμενος, πάντα τε ὅσα ἐλαττοῦσθαι ἐνόμιζεν ἐπενεκάλει αὐτῷ, καὶ ἀπῄτει ὅσα αὐτῷ κατὰ τὴν πρώτην συνωμοσίαν ἐδίδοτο, καὶ τῆς Σικελίας ἀντεποιεῖτο ὡς αὐτὴν καταστρεψάμενος, καὶ ταῦτα πέμπων τινὰς ὡμίλει τῷ Καίσαρι, ἔχων ἅς τ' ἐκ τῆς Λιβύης ἐπῆκτο δυνάμεις καὶ τοὺς ἐν τῇ Μεσήνῃ ἐγκαταλειφθέντας πάντας. Ὁ δὲ Καῖσαρ τοῖς ὅπλοις θαῤῥῶν εὐθὺς ἐπ' αὐτὸν μετ' ὀλίγων τινῶν ὥρμησε. Δόξας δὲ διὰ τὴν τῶν συνεπομένων ὀλιγανδρίαν εἰρηνικόν τι πράξειν, ἐς τὸ στρατόπεδον εἰσεδέχθη. Ὡς δ' οὐδὲν πρὸς τὴν καταλλαγὴν ἔλεγε, παρωξύνθησαν οἱ τοῦ Λεπίδου, καί τινας τῶν ἐκείνου ἀπέκτειναν, αὐτὸς δ' ἐσώθη βοηθείας τυχών. Καὶ μετὰ τοῦτο αὖθις ἐπῆλθεν αὐτοῖς σὺν παντὶ τῷ στρατεύματι, καὶ ἐπολιόρκει κατακλείσας σφᾶς εἰς τὸ τάφρευμα. Φοβηθέντες οὖν τὴν ἅλωσιν ἀθρόοι μὲν αἰδούμενοι τὸν Λέπιδον οὐ μετέστησαν πρὸς τὸν Καίσαρα, κατ' ὀλίγους δὲ προσεχώρουν αὐτῷ. Καὶ οὕτω κἀκεῖνος ἐθελοντὴς δῆθεν ἐν ἐσθῆτι φαιᾷ ἱκέτης αὐτῷ προσελήλυθε. Καὶ ὁ μὲν τῆς ἐξουσίας τε παρελύθη καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ δίαιταν ἐπεποίητο ἔμφρουρον· τῶν δὲ τὰ τοῦ Σέξτου πραξάντων τινὰς μὲν ἐκόλασεν, ἐνίους δ' ἀφῆκε· καὶ τῶν πόλεων τὰς μὲν ἑκουσίως προσχωρησάσας αὐτῷ συγγνώμης ἠξίωσε, τὰς δ' ἀντιστάσας αὐτῷ ἐδικαίωσεν. Οἱ στρατιῶται δὲ ἐστασίασάν τε καὶ ἐθρασύνοντο, καὶ συλλεγόμενοι ᾔτουν ἕκαστος ὃ ἐπόθει. Τοῦ δὲ Καίσαρος ἐν ὀλιγωρίᾳ σφᾶς ποιουμένου, ὡς μή τινος πολεμίου παρόντος, ἐπηπείλουν. Ὡς δ' οὐδὲν ἤνυον, τῆς στρατείας ἀφεθῆναι ἠξίουν θυμῷ καὶ βοῇ. Λήψεσθαι γὰρ ἤλπισαν ἃ ἀπῄτουν διὰ τὴν ἀπειλὴν τῆς ἐγκαταλείψεως. Ὁ δὲ Καῖσαρ μὴ δεῖν νομίζων τὸν ἄρχοντα ἐξ ἀνάγκης τοῖς ὑπηκόοις ὑπείκειν, εὔλογά τε αὐτοὺς ἀξιοῦν ἔφη, καὶ διῆκε πρῶτον μὲν τοὺς ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον αὐτῷ συστρατεύσαντας· ὡς δὲ καὶ οἱ ἄλλοι ἐνέκειντο, καὶ τοὺς δέκατον ἔτος στρατευσαμένους διαφῆκεν, εἰπὼν ὡς οὐδενὶ ἔτ' αὐτῶν οὐδ' ἂν τὰ μάλιστα ἐθελήσωσι χρήσεται. Οἱ ἀκούσαντες οὐδὲν ἔτι ἐφθέγξαντο, ἀλλὰ προσέχειν αὐτῷ ἤρξαντο. Καὶ τότε μὲν τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ διῴκησε καὶ τὴν Λιβύην ἑκατέραν πέμψας ἀμαχεὶ παρεστήσατο, καὶ οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ πολλὰς αὐτῷ τιμὰς ἐψηφίσαντο. Σέξτος δὲ ἐκ τῆς Μεσήνης ἀναχθείς, ὑποτοπήσας δὲ διωχθῆναι ἢ καὶ προδοθῆναι ὑπὸ τῶν συνόντων, προεῖπε μὲν διὰ τοῦ πελάγους πλεύσειν· ἀποσβέσας δὲ τὸν πυρσὸν ὃν αἱ στρατηγίδες τριήρεις ὡς καὶ αἱ λοιπαὶ αὐταῖς ἐφέπωνται φαίνουσιν, εἰς Κεφαληνίαν κατέπλευσεν· ἔνθα καὶ οἱ λοιποὶ κατὰ τύχην ὑπὸ χειμῶνος εἰσπεσόντες αὖθις αὐτῷ συνεγένοντο. Συγκαλέσας οὖν αὐτούς, καὶ

A quente nemine, tum quod clam solverat, tum quod Cæsar pertimuerat. Lepidus enim Messanam aggressus, et mœnibus receptus, alia incendebat, alia rapiebat. Deinde Cæsaris adventu territus, castris in munitissimum tumulum translatis, cum eo de rebus omnibus in quibus in injuriam sibi fieri putabat, expostulavit, et ea omnia quæ in prima conjuratione sibi concessa essent flagitavit, et Siciliam quod eam subegisset sibi vindicavit. Quæ cum per legatos ageret, copiis quas ex Africa adduxerat munitus, et iis qui Messanæ relicti erant ascitis omnibus Cæsar armis fretus cum paucis ad eum ivit: et quia propter paucitatem comitantium de pace acturus putabatur, in castra est receptus. Sed cum nihil ad reconciliationem B loqueretur, Lepidi milites irritati, quosdam ex ejus comitatu occiderunt; ipse protectus a quibusdam evasit. Deinde toto exercitu rursus adducto, eos in vallo obsedit: cujus expugnationem veriti, Lepidi verecundia universi ad Cæsarem non defecerunt, sed paulatim alii post alios ad eum transierunt. Demum et ipse Lepidus ultro scilicet **518** pulla veste supplex eum adiit: ademptaque potestate in Italia, sub custodia vivere jussus est. Eos qui a Sexto steterant, Cæsar partim supplicio affecit, partim dimisit. Urbibus quæ sponte deditionem fecerunt, veniam dedit: eas quæ restiterunt, multavit. Milites vero per seditionem et tumultum congressi, quod cuisque visum est, postularunt. C Cum autem a Cæsare negligerentur, quasi nullus hostis superesset, minisque nihil proficerent, cum indignatione et clamoribus missionem flagitarunt, eo pacto se quæ peterent impetraturos sperantes. Cæsar non decere ratus, ut princeps necessitate coactus subditis cedere videretur, æquum eos postulare dixit. Ac primum eos dimisit, qui secum contra Antonium militarant: cæteris quoque urgentibus, eos etiam dimisit, qui annum decimum militarant, seque ullo eorum, ut maxime vellent, usurum esse negavit. Quo audito, nihil amplius locuti, ei parere cœperunt. Postea Siciliæ rebus compositis, et utraque Libya per legatos citra pugnam recepta, Romani multos ei honores decreverunt. Sextus vero cum Messana D solvisset, hostem insequi, aut a suis proditum iri se metuens, pelagus trajecturum esse dixit: exstinctoque igni quo prætoriæ triremes sequentibus navibus prælucent, in Cephaleniam appulit, quo reliquæ quoque forte fortuna tempestate compulsæ ad eum redierunt. Iis igitur convocatis, imperatoria veste posita, cum alia dixit, tum illud: Si una manerent, se latere non posse: sin dispergerentur, facilius effugituros. Inde aliis alio digressis, ipse in Asiam trajecit, eo consilio ut ad Antonium se conferret. Sed cum Lesbi didicisset, illum contra Medos profectum esse, Cæsarem vero et Lepidum inter sese pugnare: spe concepta principatum Antonii obtinendi, habitum imperatorium resumpsit, et ita se paravit, quasi transmarinus

provincias occupaturus. Quo conatu Antonius cognito, cum ei et impunitatem et benevolentiam suam promisisset, si arma poneret : annuit ille quidem, sed nec ea quæ promiserat præstitit, et rebus gerendis æque ut prius intentus, per caduceatores Parthorum amicitiam petiit. **519** Sed cum Antonius M. Titium cum classe contra eum misisset, territus, per legatos ab Antonio veniam oravit. Qui cum pacem detrectasset, nisi naves ejus cæterasque copias accepisset : impedimentis gravioribus in naves conjectis, et ipsis navibus crematis, in mediterranea se contulit. Cæterum Antonianis persecutis, vivus in potestatem eorum venit. Eum Antonius ira percitus statim per litteras occidi, post mutata sententia, conservari jussit. Sed cum alter tabellarius priori antevertisset, is qui eum ceperat, litteras de eo occidendo posterius acceptas, seu vere posteriores esse ratus, seu veritatis ignorantia simulata, Sextum Pompeium necavit.

A τὸ στρατηγικὸν ἀποδυσάμενος ἔνδυμα, ἄλλα τε εἶπε καὶ ὅτι ἀθρόοι μὲν ὄντες οὐ λήσουσι· σκεδασθέντες δὲ ῥᾷον ποιήσονται τὴν διάφευξιν. Κἀντεῦθεν ἄλλων ἄλλοσε ἀποχωρησάντων αὐτὸς ἐς τὴν Ἀσίαν ἐπεραιώθη, γνώμης ὢν ὁρμῆσαι πρὸς τὸν Ἀντώνιον. Ἐν Λέσβῳ δὲ μαθὼν ἐκεῖνον μὲν ἐς Μήδους στρατεῦσαι, πεπολεμῶσθαι δὲ τὸν Καίσαρα καὶ τὸν Λέπιδον, καὶ ἐλπίσας τὴν τοῦ Ἀντωνίου ἀρχὴν διαδέξασθαι, τό τε στρατηγικὸν ἀνέλαβε σχῆμα, καὶ παρεσκευάζετο ὡς καὶ τὴν περαίαν καταληψόμενος. Κἀντεῦθεν τοῦ Ἀντωνίου τὰ πραττόμενα ὑπ' αὐτοῦ γνόντος, ἄδειάν τε αὐτῷ καὶ εὔνοιαν, ἂν τὰ ὅπλα κατάθηται, ὑποσχομένου, κατένευσε μὲν, οὐκ ἐποίησε δέ γε ὡς ἐπηγγείλατο, ἀλλὰ καὶ τῶν πραγμάτων ὡς πρώην εἴχετο, καὶ πρὸς τοὺς Πάρθους διεκηρυκεύσατο· ταῦτα μαθὼν ὁ Ἀντώνιος, τὸ ναυτικὸν μετὰ B Μάρκου Τιτίου ἐπ' αὐτὸν ἔπεμψε, καὶ ὃς φοβηθεὶς διεπρεσβεύσατο πρὸς Ἀντώνιον. Ὡς δ' ἐκεῖνος οὐκ ἔφη σπείσασθαι, εἰ μὴ τάς τε ναῦς καὶ τὴν λοιπὴν αὐτοῦ παραλήψοιτο δύναμιν, τὰ βαρύτερα τῶν σκευῶν εἰς τὰς ναῦς ἐμβαλὼν αὐτάς τε κατέκαυσε, καὶ εἰς τὴν μεσόγειον ὥρμησε, καὶ οἱ τοῦ Ἀντωνίου ἐπιδιώξαντες αὐτὸν κατέλαβον καὶ ἐζώγρησαν. Ὃ μαθὼν ὁ Ἀντώνιος εὐθὺς μὲν ὑπ' ὀργῆς ἐπέστειλε κτανθῆναι αὐτόν· ὕστερον δὲ μεταμεληθεὶς ἔγραψε σωθῆναι αὐτόν. Τοῦ οὖν δευτέρου γραμματοφόρου τὸν πρῶτον προφθάσαντος, ὕστερον τὰ περὶ τοῦ θανεῖν ὁ κατέχων αὐτὸν κομισάμενος, καὶ νομίσας ὄντως δεύτερα εἶναι, ἢ ἄγνοιαν τοῦ ὄντος ὑποκρινάμενος, τὸν Σέξτον τὸν Πομπήϊον ἐθανάτωσε. Καὶ τῷ μὲν τοιοῦτον τὸ τέλος ἐγένετο.

XXVI. Eo hunc exitum sortito, Antonius per Ventidium Parthos vicit. Nam et rex eorum Pacorus in bello cecidit ; et barbaris partim in prælio cæsis, partim fugatis, Ventidius Syriacas urbes recepit. Deinde Antiocho Comagenes regi arma intulit. Ubi Antonius ex improviso cum eo congressus, non modo successibus ejus gratulatus non est, sed etiam ex invidia magistratu ei abrogato, ipse cum Antiocho congressus, Samosata regem compulit. Sed cum obsidione nihil proficeret, pace facta, in Italiam est profectus. Orodes vero Parthorum rex grandis admodum natu, ob luctum Pacori abdicato imperio, Phraati e cæteris filiis natu maximo regnum tradidit : qui per summum scelus fratres dolo sustulit, ipsumque patrem ob cædem illorum indignantem, et ex cæteris optimos quosque trucidavit. Antonius legatis ad Parthos de pace missis, interim bello se paravit, ut eos ob spem transactionis imparatos aggrederetur. Sed cum Medum auxilio venire Partho didicisset, impedimentis et magna exercitus parte Statiano relictis, ut sequeretur : ipse cum equitibus et expedito peditatu properavit, quasi Medos statim superaturus esset. Cæterum Parthus et Medus Statianum subito adorti, cum omni exercitu ceciderunt. Nam Antonius suppetias eis laturus serius venit, neque quidquam præter cadavera suorum invenit : nec multo post barbaros profligavit, sed non multum eis nocuit. Dumque regiam **520** Medorum obsidet, magis ipse obsidetur, exercitu penuria commeatus laborante : quem dum ex agris peteret, a Parthis ex insidiis erumpentibus male accipiebatur. Hoc Antonii statu Parthus per suborna-

ΚϚ'. Ἀντώνιος δὲ διὰ τοῦ Βεντιδίου τοὺς Πάρθους ἐνίκησεν. Ὅ τε γὰρ βασιλεὺς ἐκείνων ὁ Πάκορος ἐν τῷ πολέμῳ ἔπεσε, καὶ οἱ βάρβαροι οἱ μὲν ἐκτάνθησαν ἐν τῇ μάχῃ, οἱ δὲ ἔφυγον, καὶ τὰς τῆς Συρίας C πόλεις ὁ Βεντίδιος ὑπηγάγετο. Εἶτα κατὰ τοῦ Ἀντιόχου τοῦ τῆς Κομαγηνῆς βασιλεύοντος ἐπεστράτευσεν. Ἐνταῦθα δὲ ὄντι ἀθρόον ὁ Ἀντώνιος ἐπιστὰς οὐ μόνον ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν οὐχ ἥσθη, ἀλλὰ καὶ ἐφθόνησε καὶ τῆς ἀρχῆς αὐτὸν ἔπαυσεν. Αὐτὸς δὲ τῷ Ἀντιόχῳ προσέβαλε, καὶ κατέκλεισεν αὐτὸν εἰς Σαμόσατα. Ὡς δ' οὐδὲν ἤνυε πολιορκῶν αὐτὸν, συνθήκας σπονδῶν ἐποιήσατο καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀφώρμησεν. Ὀρώδης μέντοι ὁ Πάρθων βασιλεὺς ὑπέργηρως γεγονὼς καὶ τῷ τοῦ Πακόρου πένθει τὴν βασιλείαν ἀπαγορεύσας, Φραάτῃ τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν λοιπῶν αὐτοῦ παίδων τὴν ἀρχὴν ἐνεχείρισεν. Ὁ δὲ, ἀνοσιώτατος γεγονὼς, τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἐδολοφόνησε, καὶ αὐτὸν τὸν πατέρα δυσ- D ανασχετοῦντα δι' ἐκείνους ἀπέκτεινε, καὶ τῶν ἄλλων τοὺς ἀρίστους διέφθειρεν. Ἀντώνιος δὲ πρέσβεις μὲν πρὸς τοὺς Πάρθους περὶ εἰρήνης ἐξέπεμψε, πρὸς δὲ τὸν πόλεμον ἡτοιμάζετο, ἵνα ἀπαρασκεύοις αὐτοῖς ἐντύχῃ διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς συμβάσεως. Καὶ μαθὼν τὸν Μῆδον ἐπὶ συμμαχίαν τοῦ Πάρθου χωρήσαντα, τὰ μὲν σκευοφόρα καὶ πολὺ τῆς στρατιᾶς ὑπελείπετο μετὰ τοῦ Στατιανοῦ ἵν' ἕποιντο· αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς ἱππεῦσι καὶ τῶν πεζῶν τοῖς εὐζώνοις ἠπείγετο ὡς αὐτίκα τὰ τῶν Μήδων καταστρεψόμενος. Ὁ μέντοι Πάρθος καὶ ὁ Μῆδος τῷ Στατιανῷ ἀπροσδοκήτως ἐπιπεσόντες καὶ τῇ μετ' αὐτοῦ στρατιᾷ, πάντας ἐφόνευσαν, τοῦ Ἀντωνίου σπεύσαντος μὲν βοηθῆσαι αὐτοῖς, πλὴν ὑστερίσαντος, καὶ μόνους τοὺς νεκροὺς εὑρηκότος. Ὡς οὐ

A πολλῷ ὕστερον συμβαλὼν τοῖς βαρβάροις, ἐτρέψατο μὲν αὐτούς, οὐ μέντοι μέγα τι ἔβλαψε. Πολιορκῶν δὲ τὰ τοῦ Μήδου βασίλεια, ἐπολιορκεῖτο μᾶλλον αὐτὸς ἐπιλιπόντων τῇ αὐτοῦ στρατιᾷ τῶν ἐπιτηδείων, καὶ ἐπὶ συναγωγὴν αὐτῶν ἐξιόντων σφόδρα παρὰ τῶν βαρβάρων κακουμένων, ἐνεδρευόντων αὐτοῖς. Ἐν τούτοις ὄντος τοῦ Ἀντωνίου ὁ Φραάτης, ὑποβαλών τινας, ἔπεισε δι' ἐκείνων αὐτὸν ἐπικηρυκεύσασθαι συμβάσεων ἕνεκεν· καὶ ὁ Πάρθος τοὺς πεμφθέντας ἐξονειδίσας πολλά, μὴ ἄλλως σπείσασθαι εἶπεν εἰ μὴ αὐτίκα ἀποστρατοπεδεύσωνται. Καὶ ὁ Ἀντώνιος ἀπανέστη. Προσδεχομένου δ' αὐτοῦ τὰς σπονδάς, οἱ Μῆδοι τάς τε πολιορκητικὰς κατέκαυσαν μηχανάς, καὶ τὰ χώματα διεσκέδασαν. Οἱ δέ γε Πάρθοι πολλὰ καὶ δεινὰ αἰφνίδιον προσπεσόντες εἰργάσαντο. B Ὡς οὖν ἔγνω ὅτι ἠπάτηται, ἐς τὴν Ἀρμενίαν ἀπελθεῖν ἐπεχείρησε. Καὶ διὰ χωρίων ἀπιὼν ἀγνώστων, πολλαῖς δυσχερείαις ἐνέτυχε. Καὶ κἂν ἀπώλοντο οἱ μετ' αὐτοῦ ξύμπαντες, εἰς ἐνέδραν ἐμπεσόντες, καὶ πυκνοῖς βαλλόμενοι τοῖς τοξεύμασιν, εἰ μὴ τὴν χελώνην ἐποίησαν συνασπίσαντες. Ἡ δὲ χελώνη γίνεται οὕτως· τὰ μὲν σκευοφόρα καὶ οἱ ψιλοὶ ἐν μέσῳ τοῦ στρατεύματος τέτακται, τῶν δ' ὁπλιτῶν οἱ μὲν ταῖς προμήκεσιν ἀσπίσι ταῖς κοίλαις χρώμενοι περὶ τὰ ἔσχατα τάσσονται καὶ τοὺς ἄλλους τὰ ὅπλα περιβεβλημένοι ἔξω τε βλέποντες περιέχουσιν· οἱ δὲ τὰς πλατείας ἀσπίδας φέροντες ἐν τῷ μέσῳ συσπειρῶνται, κἀκείνας ἄνω ἑαυτῶν τε καὶ τῶν λοιπῶν ὑπεραίρουσιν, ὥστε μηδὲν ἕτερον ἢ ἀσπίδας ὁρᾶσθαι διὰ πάσης τῆς φάλαγγος, καὶ ἐν σκέπῃ C ἐκ τῶν βελῶν πάντας εἶναι αὐτοὺς ἐκ τῆς πυκνότητος τῆς συντάξεως. Οὕτω γάρ τοι πεπύκνωται, ὡς καὶ βαδίζειν τινὰς ἐπάνω αὐτῆς δύνασθαι. Τὸ μὲν οὖν σχῆμα τῆς τάξεως ταύτης τοιοῦτόν ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν χελώνην ἔλαχε κλῆσιν διά τε τὸ ἰσχυρὸν αὐτῆς καὶ τὸ εὐσκεπές. Χρῶνται δὲ αὐτῇ διχῇ· ἢ γὰρ πρός φρούριόν τι προσμίσγοντες προσπορεύονται καὶ τειχομαχοῦσιν· ἢ ὑπὸ τοξοτῶν περιστοιχισθέντες ποτὲ κυπτάζουσιν οὕτω πάντες, ὡς δοκεῖν ὅτι κεκμήκασι· πελασάντων δὲ τῶν ἐναντίων ἐξαίφνης ἐγείρονται, κἀντεῦθεν σφᾶς ἐκπλήττουσι καὶ ταράττουσιν. Ὃ καὶ τότε συμβέβηκε. Πολλοῖς γάρ, ὡς εἴρηται, βαλλόμενοι βέλεσι, τόν τε συνασπισμὸν τῆς χελώνης ἐποίησαν, καὶ τὰ γόνατα D πρὸς τὴν γῆν ἤρεισαν τὰ εὐώνυμα· νομίσαντες οὖν αὐτοὺς οἱ βάρβαροι ὑπὸ τῶν τραυμάτων καταπεσεῖν, τὰ μὲν τόξα ἀπέθεντο, τὰ δὲ ξίφη σπασάμενοι ὡς συγκόψοντες ἐπῆλθον αὐτοῖς. Ἐξαναστάντες δὲ οἱ Ῥωμαῖοι καὶ αὐτοῖς προσπεσόντες, οἷα γυμνοὺς ὡπλισμένοι, ἀπροσδοκήτους παρεσκευασμένοι, τοξότας ὁπλῖται, βαρβάρους Ῥωμαῖοι κατέκοψαν. Ἀντώνιος μὲν οὖν ὑπὸ τῶν πολεμίων οὐκέτι δεινὸν οὐδὲν ἔπαθεν, ὑπὸ δὲ ψύχους τεταλαιπώρητο. Χειμὼν γὰρ ἦν, καὶ τῆς Ἀρμενίας τὰ πρόσορα, δι' ὧν ἐπορεύετο, κρυσταλλώδη ἀεί εἰσιν· ὅθεν συχνοὶ τῶν αὐτοῦ διεφθείροντο. Διὸ ὑπῆλθε τὸν Ἀρμένιον, καὶ ἐθώπευσε, καίτοι δι' ὀργῆς ἐκεῖνον ποιούμενος. Χρήματα δὲ τοῖς περιλειφθεῖσι διανείμας τῆς στρατιᾶς, ἀπῆρεν εἰς Αἴγυπτον πρὸς τὴν Κλεοπάτραν, δι' ἣν μεγάλως ὑπὸ τῶν ὁμογενῶν διεβέβλητο, ὅτι τε παῖδας ἐξ αὐτῆς ἔσχε καὶ ὅτι χώρας αὐτῇ πολλὰς ἐχαρίσατο. Οὕτως γὰρ τῷ ἔρωτι αὐτῆς καὶ ταῖς γοητείαις ἐδούλευσεν, ὡς καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ τὴν Ὀκταβίαν πρὸς αὐτὸν ἐκ Ῥώμης ἀφικνουμένην ἐπανελθεῖν κελεῦσαι, καὶ μὴ αὐτῷ προσελθεῖν.

ΚΖʹ. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἦλθε μὲν εἰς τὴν Σικελίαν, χρονίσας δ' ἐν αὐτῇ διὰ τὸν χειμῶνα, καὶ μαθὼν ὡς τινα τῶν ἐθνῶν τῶν Ῥωμαίοις ὑποκειμένων διὰ τὴν

tos quosdam ei persuasit, ut pacem peteret: ac legatis post multa opprobria respondit se alia conditione pacem non facturum, nisi statim castra moverent. Antonio digresso, et pacis conditiones exspectante, obsidionalibus machinis crematis et aggeribus disjectis a Medis, Parthi repentina impressione facta Romanos graviter afflixerunt. Antonius igitur se deceptum esse videns, in Armeniam abire statuit: et per loca ignota iter faciens, in tantas difficultates incidit, ut exercitus ejus internecione deletus esset in insidias præcipitatus, ubi crebris sagittis obruebatur, nisi conglobati testudinem fecissent. Ea fit hoc modo. Impedimenta et velites in medium agmen compelluntur. Armati, qui oblongos et cavos clypeos gerunt, in extrema acie collocati, et hosti obversi armis cæteros tegunt. Qui vero latis clypeis utuntur, in medio conglobati, eos supra semetipsos et cæteros sustinent, ut in tota phalange nihil præter clypeos cernatur, et omnes propter aciei densitatem a telis defendantur; quæ quidem ita condensata est, ut super ea ingredi possis. Acies igitur et ob hanc formam, et ob robur, et ob protectionem, testudinis nomen accepit. Eaque bifariam utuntur, sive castella et mœnia oppugnaturi, sive a sagittariis circumventi. Et aliquando ita se inclinant, ut fatigati esse videantur: sed hostem appropinquantem, subito exsurgendo percellunt et turbant. Id quod tum quoque accidit. Cum enim, ut dictum est, crebris sagittis ferirentur, testudinem fecerunt, sinistro genu humi nitentes: unde barbari eos præ vulneribus concidisse rati, positis arcubus strictis gladiis ad eos occidendos irruerunt. Verum milites erecti impetu in illos facto, nudos clypeis tecti, inopinantes parati, sagittarios armati, Romani barbaros deleverunt. Hostili metu liberatus Antonius, a frigore est afflictus. Nam hiems erat, et Armeniæ montana semper congelata sunt: unde complures suorum **521** amittebat. Qua re Armenio fucum fecit, atque adulatus est, quamvis ei infensus esset; et reliquiis exercitus pecunia data, in Ægyptum ad Cleopatram abiit, ob quam a civibus pessime audiebat, quod et liberos ex ea suscepisset, et multas ei provincias donasset. Cujus amoribus et præstigiis ita irretitus fuit, ut Octaviam uxorem Roma ad se venientem, in conspectum suum non admissam, domum redire juberet.

XXVII. Cæsar vero, cum, propter hiemem in Sicilia diutius moratus, quasdam Romanæ ditionis gentes per absentiam suam defecisse cognovisset:

reversus contra illas se paravit, atque alias per se, alias per alios ad officium reduxit et subegit. Deinde contra Pannonios est profectus. Hi juxta Dalmatiam ad ipsum Istrum incolentes, a Norico usque ad Europæam Mysiam pertinent: homines asperæ vitæ, ut qui nec terram fertilem, nec aerem clementem habeant, non vinum, non oleum colant, sed hordeo et milio tam in potu quam cibo utantur. Habentur tamen bellicosissimi, et a Græcis nonnullis ignoratione veri Pæones appellantur. Pæones enim ad Rhodopen et ipsam Macedoniam habitant. Hos autem tum alii, tum ipsi sese Pannonios appellant: quos Cæsar crebris præliis tandem ad deditionem compulit. Antonius vero Armenii ulciscendi cupidus, omnem lapidem, ut proverbio dicitur, movit, donec in castra pellectum comprehendit, et in libera custodia ad ea castella circumduxit, ubi thesauri ejus repositi erant, quibus potiri studebat. Sed cum nihil proficeret (nam Armenii filiam ejus natu maximum, Artaxem, regem ejus loco fecerant) eum compedibus argenteis regii honoris causa vinxit, ac totam Armeniam subegit: Artaxes vero acie victus, ad Parthos confugit. Antonius legionibus in Armenia relictis, Armenium in Ægyptum cum uxore et liberis adduxit: prædaque donata Cleopatræ, Armenium cum suis, aureis catenis vinctum, ad eam adduxit. Illi vero nec supplices mulieri facti sunt, neque eam adorarunt, sed suo nomine compellarunt. Post hæc Cleopatram reginam regum appellari jussit, et prioris
522 Cæsaris uxorem, filium ipsius germanum, Cæsaris filium nominavit: ut Cæsarem tanquam adoptivum et alienum criminaretur, eisque provincias assignavit. Suis vero ex Cleopatra filiis Ptolemæo et Alexandro, multa regna attribuit. Quæ dum ageret, ad senatum scripsit, se imperio abiturum, et summam rerum ipsi et populo restituturum: non quod ita sentiret, sed ut ea spe Cæsarem vel ab armis discedere cogerent, vel non obtemperantem odissent. Usque ad Araxem progressus, ut Parthos oppugnaturus, pactis cum Medo factis acquievit. Ita enim convenerat, ut Medus Antonio contra Cæsarem, Antonius Medo contra Parthos præsto esset: et milites inter se commutarunt. Ac Medus Armeniæ recens partæ nonnulla accepit, Antonius Jotapen Medi filiam, quam Alexandro filio desponderet. Post hæc in Ioniam et Græciam ad Cæsarianum bellum est profectus. Medus Romanorum auxiliis munitus, Parthos et Artaxen arma inferentes vicit. Sed cum Antonius suos milites revocasset, illius vero retinuisset, vicissim victus et captus est. Sic et Armenia et Media perierunt. Romani vero etsi libertatem amiserant, non tamen apertæ monarchiæ subjecti sunt, priusquam Sexto interfecto, et seditionis gentibus subactis, a Partho quoque

A ἀποδημίαν αὐτοῦ ἐπανέστησαν, ἐπανῆλθε καὶ ἐπ' ἐκείνους παρεσκευάζετο, καὶ τοὺς μὲν δι' αὐτοῦ, τοὺς δὲ δι' ἑτέρων προσηγάγετο καὶ ὑπέταξεν. Εἶτα καὶ ἐπὶ Παννονίους ἐστράτευσεν, οἳ νέμονται μὲν πρὸς τῇ Δαλματίᾳ παρ' αὐτὸν τὸν Ἴστρον ἀπὸ Νωρίκου μέχρι τῆς ἐν τῇ Εὐρώπῃ Μυσίας, κακόβιοτοι μὲν ὄντες, ἅτε μὴ γῆς μηδ' ἀέρων εὖ ἥκοντες, οὐκ οἶνον γεωργοῦντες, οὐκ ἔλαιον, τὰς δὲ κριθὰς καὶ τὰς κέγχρους ἐσθίοντες ὁμοίως καὶ πίνοντες· νομίζονται δ' οὖν ἀνδρειότατοι, οὓς καί τινες τῶν Ἑλλήνων Παίονας προσηγόρευσαν, τὸ ἀληθὲς ἀγνοήσαντες. Πρὸς γὰρ τῇ Ῥοδόπῃ καὶ πρὸς αὐτῇ τῇ Μακεδονίᾳ τὸ τῶν Παιόνων ἔθνος ἐστί. Τούτους δὲ Παννονίους καὶ οἱ ἄλλοι καλοῦσι, καὶ αὐτοὶ ἑαυτούς.
B Ἐπὶ τούτους ὁ Καῖσαρ τότε στρατεύσας, καὶ διὰ μάχης αὐτοῖς πολλάκις χωρήσας, ὁμολογίᾳ προσηγάγετο ὕστερον. Ἀντώνιος δὲ, τὸν Ἀρμένιον τιμωρήσασθαι μηχανώμενος, οὐκ ἐνέλιπε πάντα λίθον κινῶν, τὸ τῆς παροιμίας, ἕως αὐτὸν ὑπηγάγετο εἰς τὸ στρατόπεδον εἰσελθεῖν. Εἰσελθόντα δὲ κατέσχε καὶ ἐν ἀδέσμῳ εἶχε φρουρᾷ, καὶ περιῆγεν αὐτὸν κατὰ τὰ φρούρια ἔνθα ἐκείνῳ οἱ θησαυροὶ ἐναπέκειντο, σπεύδων αὐτοὺς λαβεῖν. Ὡς δ' οὐδὲν ἤνυεν (οἱ γὰρ Ἀρμένιοι τῶν παίδων αὐτοῦ τὸν πρεσβύτατον τὸν Ἀρτάξην βασιλέα ἀνθείλοντο) ἔδησεν αὐτὸν ἁλύσεσιν ἀργυραῖς (85), οἱονεὶ τιμὴν αὐτῷ ταύτην νέμων ὡς βασιλεῖ, καὶ πᾶσαν τὴν Ἀρμενίαν κατέσχε, τοῦ Ἀρτάξου πρὸς τοὺς Πάρθους ἀποχωρήσαντος, ἐπείπερ ἡττᾶτο μαχόμενος.
C Ἀντώνιος δὲ τὰ μὲν στρατεύματα εἰς Ἀρμενίαν κατέλιπεν, αὐτὸς δ' ἀνεκομίσθη πρὸς Αἴγυπτον, μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν παίδων, ἄγων ἐκεῖ τὸν Ἀρμένιον, καὶ τήν τε λείαν τῇ Κλεοπάτρᾳ ἐχαρίσατο, καὶ τὸν Ἀρμένιον μετὰ τῶν οἰκείων περιβαλὼν χρυσέοις δεσμοῖς ἐκείνῃ προσήγαγεν. Οἱ δὲ οὔθ' ἱκέτευσαν αὐτὴν, οὔτε μὴν προσεκύνησαν, ἀλλ' ὀνομαστὶ προσηγόρευσαν. Μετὰ τοῦτο τὴν Κλεοπάτραν Ἀντώνιος βασιλίδα βασιλέων καλεῖσθαι ἐκέλευσε, καὶ τοῦ προτέρου Καίσαρος αὐτὴν μὲν γυναῖκα ὠνόμαζε, τὸν δὲ υἱὸν αὐτῆς παῖδα ἐκείνου, ὡς ἀληθῶς, ἵνα τὸν Καίσαρα τὸν Ὀκτάβιον ὡς ποιητὸν ἐκείνου παῖδα καὶ μὴ γνήσιον διαβάλλῃ, καὶ χώρας αὐτοῖς ἔνειμε. Τοῖς δ' οἰκείοις παισὶ τοῖς ἐκ τῆς Κλεοπάτρας, κεκλημένοις Πτολεμαίῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ, ἑτέρας
D πολλὰς προσκεκλήρωκε. Τοιαῦτα δὲ πράττων, ἐπέστελλε τῇ βουλῇ ὅτι τῆς ἀρχῆς τε παύσεται καὶ τὰ πράγματα ἐπ' αὐτῇ καὶ τῷ δήμῳ ποιήσεται, οὐχ οὕτω φρονῶν, ἀλλ' ὅπως ταῖς παρ' αὐτοῦ ἐλπίσιν ἢ ἀναγκάσωσι παρόντα τὸν Καίσαρα καταθέσθαι τὰ ὅπλα, ἢ μισήσωσιν ἀπειθήσαντα. Ἄχρι δὲ τοῦ Ἀράξου ἐλθὼν, ὡς ἐπὶ τοὺς Πάρθους στρατεύων, ἠρκέσθη τῇ πρὸς τὸν Μῆδον ὁμολογίᾳ. Συμμαχήσειν γὰρ ἀλλήλοις συνέθεντο, ὁ μὲν κατὰ τῶν Πάρθων, ὁ δέ γε κατὰ τοῦ Καίσαρος, καὶ στρατιώτας ἀλλήλοις ἀντέδοσαν. Καὶ ὁ μὲν Μῆδος τῆς Ἀρμενίας τῆς

Variæ lectiones et notæ.

(85*) *Ἔδησεν αὐτὸν ἁλύσεσιν ἀργυραῖς.* Alter cod. Wolfii: Ἔδησεν αὐτὸν ἁλύσεσι σιδηραῖς, ἢ ἀληθέστερον, ἀργυραῖς. Quæ quidem de perfida Antonii liberalitate interpretari licet.

νεωτέρου ἐξ Ἀντωνίου εἰλήφει τινά· Ἀντώνιος δὲ A τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Ἰωτάπην, ὡς τῷ Ἀλεξάνδρῳ τῷ υἱῷ αὐτοῦ συνοικήσουσαν. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἐς τὴν Ἰωνίαν καὶ ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπὶ τῷ πολέμῳ τοῦ Καίσαρος ὥρμησεν. Ὁ δέ γε Μῆδος συμμαχούμενος τοῖς Ῥωμαίοις, ἐπελθόντας αὐτῷ τοὺς Πάρθους καὶ τὸν Ἀρτάξην ἐνίκησε. Τοῦ δ' Ἀντωνίου τοὺς οἰκείους στρατιώτας μετακαλεσαμένου, τοὺς δ' ἐκείνου κατεσχηκότος, ἀνθήττητο καὶ ἑάλω. Καὶ οὕτως ἡ Ἀρμενία μετὰ τῆς Μηδίας ἀπώλετο. Οἱ μέντοι Ῥωμαῖοι τὴν μὲν δημοκρατίαν ἀφῄρηντο, οὐ μὴν καὶ εἰς φανερὰν μοναρχίαν κατώλισθον, ἕως ὅ τε Σέξτος ἀπώλετο, καὶ τὰ ἐπαναστάντα ἔθνη δεδούλωτο, καὶ ὁ Πάρθος οὐδὲν παρεκίνει. Τότε γὰρ φανερῶς ἐπ' ἀλλήλους ὁ Ἀντώνιος καὶ ὁ Καῖσαρ ἐτράποντο, καὶ ὁ δῆμος ἀκριβῶς ἐδουλώθη. Αἰτίαι δὲ τοῦ πολέμου B αἵδε σφίσιν ἐσκήπτοντο. Ἀντώνιος μὲν Καίσαρι ἐνεκάλει ὅτι τὴν τοῦ Λεπίδου χώραν καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν τοῦ Σέξτου ἐσφετερίσατο, καὶ τούτων ἀπῄτει τὰ ἡμίση, καὶ τῶν στρατιωτῶν οὓς ἐκ τῆς ἀνηκούσης αὐτῷ Ἰταλίας ἐστράτευσεν· ὁ δὲ Καῖσαρ ἐκείνῳ ὅτι τὴν Αἴγυπτον καὶ ἄλλα μὴ λαχὼν εἶχε, καὶ ὅτι τὸν Σέξτον ἀπέκτεινεν (αὐτὸς γὰρ ἑκὼν ἐκείνου φείσασθαι ἔλεγε), καὶ ὅτι τὸν Ἀρμένιον ἀπάτῃ συνειληφὼς ἔδησε, κἀκ τούτου Ῥωμαίοις κακοδοξίαν προσέτριψε, καὶ τὰ ἡμίση τῶν λαφύρων καὶ αὐτὸς ἀπῄτει, καὶ τὴν Κλεοπάτραν αὐτῷ καὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἐξ αὐτῆς, καὶ τὰ ἑορτηθέντα σφίσι πρὸς πάντας ἐπέφερεν. Ἐν τοῖς μάλιστα δ' ᾐτιᾶτο ὅτι τὸν Καισαρίωνα ἐς τὸ γένος εἰσῆγε τοῦ Καίσαρος.

otium fuit. Tum vero Antonio et Cæsare manifeste inter se bellum gerentibus populus haud dubia servitute est oppressus. Belli autem causæ hæ prætendebantur. Antonius Cæsarem accusabat, quod Lepidi et Sexti provincias et copias sibi vindicasset, earumque semissem postulabat: nec non eorum militum, quos ex Italia ad illum pertinente, in exercitu haberet. Cæsar illum vicissim, quod Ægyptum privata auctoritate sibi vindicasset, et Sextum occidisset, cui ipse ultro pepercisset: et quod Armenio per fraudem capto et vincto, nomini Romano ignominiæ maculam aspersisset, ac manubiarum semissem et ipse postulavit. Cleopatram vero et susceptos ex ea liberos, et donationes eis factas, ante omnia ei objiciebat. Illud tamen inprimis querebatur, quod Cæsarionem in familiam Cæsaris induceret.

ΚΗ'. Ταῦτ' οὖν ἐπενεκάλουν ἀλλήλοις, καὶ τέως οὐκ ἀναφανδὸν κατ' ἀλλήλων ὡπλίζοντο, ἕως Δομίτιος Γναῖος καὶ Σόσσιος Γάϊος τῆς τοῦ Ἀντωνίου μερίδος ὄντες ὑπάτευσαν. Τόδε δὲ προδήλως ἐπολεμώθησαν. Ὁ γὰρ Σόσσιος πολλὰ μὲν ἐν τῇ νουμηνίᾳ ἐπῄνεσε τὸν Ἀντώνιον, πολλὰ δὲ C κατεῖπε τοῦ Καίσαρος. Καὶ τότε μὲν ὁ Καῖσαρ τῆς πόλεως ἐξεχώρησεν, αἰτίαν ἄλλην πλασάμενος· μετὰ ταῦτα δ' ἐπανελθὼν, καὶ φρουρὰν ἑαυτῷ περιστήσας στρατιωτῶν, μέτρια μὲν ὑπὲρ ἑαυτοῦ διελέχθη· τοῦ δὲ Ἀντωνίου καὶ τοῦ Σοσσίου πολλὰ κατηγόρησε, καὶ ἀδικοῦντα τὸν Ἀντώνιον διὰ γραμμάτων ἐξελέγχειν ὑπέσχετο. Οἱ οὖν ὕπατοι μήτ' ἀντειπεῖν θαῤῥοῦντες, μήτε σιωπᾷν ὑπομένοντες, τῆς πόλεως ἐκχωρήσαντες, ἀπῆλθον πρὸς τὸν Ἀντώνιον, καὶ τῶν ἄλλων βουλευτῶν οὐκ ὀλίγοι αὐτοῖς συναπεληλύθασιν· καὶ αὖθις ἕτεροι, τὸν Ἀντώνιον λιπόντες, τῷ Καίσαρι προσεχώρησαν, ὅτι τήν τε τῆς Ὀκταβίας συνοίκησιν ἀπείπατο, καὶ ὅτι τῇ Κλεοπάτρᾳ ἤχθοντο. Ἐξ ὧν μαθὼν ὁ Καῖσαρ τά τε ἄλλα τοῦ Ἀντωνίου, καὶ τὰς διαθήκας αὐτοῦ, καὶ παρὰ D τίνι ἐτύγχανον, ἔλαβέ τε αὐτὰς, καὶ δημοσίᾳ ἀνέγνω, πρᾶγμα ποιήσας παρανομώτατον. Τοσαύτην δὲ διὰ τὰ γεγραμμένα ὀργὴν καὶ οἱ πάνυ ἐκείνῳ προσκείμενοι ἐνεδείξαντο, ὥστε τήν τε ὑπατείαν καὶ ἄλλην ἅπασαν ἐξουσίαν ἀφείλοντο, καὶ τοῖς συνοῦσιν αὐτῷ ἄδειαν καὶ ἐπαίνους, ἐὰν ἐγκαταλίπωσιν αὐτὸν, ἐψηφίσαντο· καὶ τῇ Κλεοπάτρᾳ πόλεμον ἐπήγγειλαν ἄντικρυς, ὃς μᾶλλον πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἔτεινεν (ᾔδεσαν γὰρ αὐτὸν ὑπὲρ ἐκείνης πάντα ὑποίσοντα)· οὕτω γὰρ αὐτὸν ἐδουλώσατο ὥστε βασιλίς τε καὶ δέσποινα ὑπ' ἐκείνου καλεῖσθαι, στρατιώτας τε Ῥωμαίους ἐν τῷ δορυφορικῷ αὐτῆς ἔχειν, καὶ ταῖς ἀσπίσι πάντων τὸ ὄνομα αὐτῆς ἐπιγράφεσθαι. Καὶ εἰς τὴν ἀγορὰν δὲ μετ' αὐτοῦ

523 XXVIII. Dum ad hunc modum invicem expostulant, arma dissimulanter parabant, donec Gn. Domitius et C. Sossius Antonianæ factionis, consules sunt designati. Tum vero aperte hostes facti sunt. Cum enim Sossius Kalendis multa in Antonii laudem cum Cæsaris criminatione disseruisset: Cæsar per aliam causam urbe excessit. Deinde reversus, præsidio militum adhibito, modeste de seipso locutus, Sossium et Antonium acriter accusavit, seque Antonium litteris prolatis injuriarum convicturum esse affirmavit. Consules igitur, qui nec contradicere auderent, et tacere non possent, urbe relicta, non paucis senatoribus comitantibus, ad Antonium se contulerunt: ac vicissim alii Antonio relicto ad Cæsarem abierunt, infensi ob Octaviam repudiatam, et Cleopatræ odio. E quibus Cæsar cum aliis Antonii arcanis cognitis, tum quale et ubi testamentum ejus esset, id acceptum publice recitavit, facinus iniquissimum ausus, eaque recitatione etiam addictissimos Antonio sic commovit, ut et consulatum et omnem potestatem ei adimerent: et ejus familiaribus impunitatem et laudationes decernerent, si illum reliquissent: et Cleopatræ bellum aperte indicerent, quod ad Antonium potius spectabat, quem propter illam nihil non subiturum norant: cui ita serviebat, ut eam et reginam et dominam appellaret, et milites Romanos in custodia habere pateretur, quorum clypeis Cleopatræ nomen inscriptum erat. Præterea mulier una cum eo forum ingrediebatur, ludos una curabat, jus una dicebat, una equitabat. In urbibus lecticā ferebatur, ipse pedes cum eunuchis sequebatur. Una et pingebatur, et fingebatur: ac ipse quidem Bacchus et Osiris, illa Isis et Luna vocabatur. Quam ob rem artibus illius

mente captus putabatur. Neque vero eum solum, sed et proceres ejus eo redegit imposturis suis, ut Romanis quisque se imperaturum speraret: et in Capitolio jus dicere, votum et jusjurandum maximum duceret. Antonius vero aliquando acinacem accingebat, et peregrina veste utebatur. Quod si illi, Romanorum consuli et duci, crimini dabatur peregrina vestis: nostri temporis **524** imperatores quis reprehensione eximat, qui a patrio vestitu recedunt, et non interdum, sed subinde barbarica veste utuntur? Hoc rerum statu Cæsar et Antonius ad bellum se parabant, uterque multis sociis munitus: ac multa vulgo jactabantur, et signa fiebant. Nam in sacrificio quodam simius fanum Cereris ingressus, conturbavit omnia. Multi pueri Romæ congregati, et in factionem Antonianam et Cæsarianam divisi, nemine jubente inter sese decertarunt: et qui Antonii nomen præferebant, victi sunt. Ejusdem statua marmorea sanguine manavit. Ignis fanum Cereris et Spei absumpsit. Acciderunt et alias hujus generis, quorum nihil eos terruit. Antonius enim festinavit, ut eos inopinantes in Italia opprimeret. Sed cum Corcyram appulisset, atque inde in Peloponnesum navigasset, Patris hibernavit, et milites passim distribuit: Cæsar vero Brundusio solvens, tempestate fatigatus recessit.

εἰσεφοίτα, καὶ τὰς πανηγύρεις συνδιετίθετο, τὰς δίκας τε συνεξήταζε, καὶ συνίππευε, καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν ἐκείνη μὲν ἐν δίφρῳ ἐφέρετο, ὁ δ' Ἀντώνιος πεζῇ μετὰ τῶν εὐνούχων αὐτῆς ἠκολούθει· συνεγράφετό τε αὐτῇ, καὶ συνεπλάττετο, αὐτὸς Ὄσιρις καὶ Διόνυσος λεγόμενος, ἐκείνη δὲ Σελήνη καὶ Ἶσις. Ὅθεν ἔκφρων ὑπ' αὐτῆς ἐκ μαγγανείας ἔδοξε γεγονέναι. Καὶ οὐκ ἐκεῖνον μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς παρ' αὐτῷ δυναμένους κατεγοήτευσε καὶ κατέδησεν, ὡς ἐλπίσαι καὶ τῶν Ῥωμαίων ἄρξειν, εὐχήν τε ποιεῖσθαι μεγίστην καὶ ὅρκον τὸ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ δικάσαι. Ὁ δὲ Ἀντώνιος ἀκινάκην τε ἐνίοτε παρεζώννυτο, καὶ ἐσθῆτι ἐχρῆτο παρὰ τὰ πάτρια. Τούτῳ μὲν οὖν ὑπάτῳ ὄντι καὶ στρατηγῷ Ῥωμαίων εἰς αἰτίαμα ἐλογίσθη ἡ ἔξω τῶν πατρίων στολή· τοὺς δὲ νῦν βασιλεῖς Ῥωμαίων (85**) πῶς ἄν τις ἐξαιρήσαιτο μώμου καὶ αἰτιάσεως, μεταμφιεννυμένους παρὰ τὰ πάτρια, καὶ οὐκ ἐνίοτε, ἀεὶ δὲ κεχρημένους ἐσθῆτι βαρβαρικῇ; Οὕτω μὲν οὖν τῷ τε Καίσαρι καὶ τῷ Ἀντωνίῳ συνηνέχθη τὰ πράγματα. Οἱ δὲ παρεσκευάζοντο πρὸς τὸν πόλεμον, ἕκαστος πολλοὺς συμμάχους προσειληφώς· καὶ πολλὰ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐθρυλλεῖτο, πολλὰ δὲ καὶ σημεῖα γεγόνασι. Πίθηκός τε γὰρ ἐς τὸ Δημήτριον ἐν ἱερουργίᾳ τινὶ εἰσελθὼν, πάντα τὰ ἔνδον συνέχεε. Καὶ παῖδες ἐν τῇ Ῥώμῃ πολλοὶ ἀθροισθέντες, κελεύσαντος μηδενὸς, συνέμιξαν ἀλλήλοις, οἱ μὲν ὡς Καισάρειοι, οἱ δὲ ὡς τοῦ Ἀντωνίου μαχόμενοι, καὶ ἡττήθησαν οἱ τὸ τοῦ Ἀντωνίου ὄνομα φέροντες. Εἰκών τε αὐτοῦ λιθίνη αἷμα ἀνῆκε, καὶ πῦρ τό τε Δημήτριον καὶ ναὸν ἕτερον Ἐλπίδος διέφθειρε, καὶ ἄλλα τοιαῦτα συμβέβηκεν. Οὐδὲν δὲ τούτων αὐτοὺς ἐφόβησεν· ἀλλ' ὁ μὲν Ἀντώνιος ὥρμησεν, ὡς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἀδοκήτως αὐτοῖς τὸν πόλεμον ποιησόμενος. Ἐλθὼν δὲ εἰς Κέρκυραν κἀκεῖθεν εἰς τὴν Πελοπόνησον ἀναπλεύσας, αὐτὸς μὲν ἐν Πάτραις παρεχείμασε, τοὺς δὲ στρατιώτας πανταχόσε διέπεμψεν· ὁ δὲ Καῖσαρ ἀνήχθη μὲν ἐκ τοῦ Βρεντεσίου, χειμῶνι δὲ περιπεσὼν καὶ πονηθεὶς ἀνεχώρησεν.

XXIX. Vere incipiente Antonius se non commovit. Nam ejus classiarii ex diversis gentibus collecti, cum procul ab eo hibernarent: neque sese exercebant, et morbo ac transfugiis minuebantur. Agrippa quoque Methone impetu capta, navium onerariarum appulsus observando, et in aliis atque aliis Græciæ locis exscensus faciendo, admodum eum perturbabat. Cæsar vero omnes milites, omnes senatores, omnes equites, quorum aliqua erat auctoritas, Brundusii convenire jussit, alios, ut aliquid adjutarent, alios, ne seorsim rebus novis studerent: utque ostenderet se maximæ præstantissimæque partis Romanorum consensu niti. Cum iisque Ionio transmisso, et Corcyra, quam præsidiarii reliquerant, capta, in portu Glyce appulit, qui a dulcedine fluvii in eum influentis nomen habet: inde Actium navigavit.

ΚΘ'. Ἠργμένου δὲ ἔαρος ὁ μὲν Ἀντώνιος οὐδαμῇ ἐκινήθη. Σύμμικτοι γὰρ ἐκ πολλῶν ἐθνῶν ὄντες οἱ τριηρῖται αὐτοῦ καὶ πόῤῥω χειμάζοντες ἀπ' αὐτοῦ, οὔτ' ἐγυμνάζοντο, καὶ νόσῳ καὶ αὐτομολίαις ἠλάττωντο. Καὶ ὁ Ἀγρίππας τὴν Μεθώνην κατασχὼν ἐξ ἐφόδου, καὶ τὰς κατάρσεις τῶν ὁλκάδων ἐπιτηρῶν, καὶ ἀποβάσεις ἄλλοτε ἄλλῃ τῆς Ἑλλάδος ποιούμενος, ἰσχυρῶς αὐτὸν ἐθορύβει. Ὁ δὲ Καῖσαρ πάντας μὲν τοὺς στρατιώτας, πάντας δὲ τοὺς δυναμένους τι τῶν βουλευτῶν καὶ ἱππέων εἰς τὸ Βρεντέσιον συνήγαγε, τοὺς μὲν ὅπως αὐτῷ τι συμπράξωσι, τοὺς δ' ὅπως μὴ μονωθέντες τι νεοχμώσωσι· καὶ ἵν' ἐνδείξηται ὅτι τὸ πλεῖστον καὶ κρατιστεῦον τῶν Ῥωμαίων ὁμόγνωμον κέκτηται· καὶ σὺν αὐτοῖς τὸν Ἰόνιον διαβέβηκε, καὶ τὴν Κέρκυραν ἐκλειφθεῖσαν ὑπὸ τῶν φρουρούντων λαβὼν, εἰς τὸν λιμένα τὸν Γλυκὺν κατῆρε. Καλεῖται δὲ οὕτως ὅτι ἐκ τοῦ ποταμοῦ τοῦ

Variæ lectiones et notæ.

A ejus, solus in exercitu relictus imperator, statim Persis bellum intulit, commissoque prælio, cum Romani a Persis superati terga dedissent, alii eum in fuga comprehensum, pelle toto corpore utris instar detracta periisse memorant: alii, cum in reditu ex Persia ex oculis laboraret, a socero suo prætorio præfecto cupiditate imperii interfectum esse: quod tamen non sit assecutus, Diocletiano a militibus delatum, eo bello Persico multis fortibus facinoribus nobilitato. Cæterum alter Cari filius Carinus, cum Romanis gravis esset, luxuriosus, crudelis, et ultor injuriarum, a Diocletiano Romam ingresso occisus est. Tempus imperii horum trium, triennium non explevit. His temporibus Manes, homo detestandus, ex Persia in B nostrum orbem delatus, suum venenum evomuit unde Manichæorum nomen in hunc usque diem durat. Is alias Paracletum et Spiritum sanctum se esse profitebatur, cum Spiritus improbitatis evidenter in eo habitaret: alias Christum se nominans, cum a dæmonibus ad ipsorum ministerium unctus esset; duodecim discipulos sui delirii, ex multis sectis jam desitis coacervati, socios et præcones circumducebat. Dionysius cum Romæ fideles IX annis pavisset, defunctus, Felicem successorem habuit. Cui post quinquennium mortuo, Eutychianus successit. Quo intra X menses illum consecuto, pastoris munus Caio est mandatum: qui cum annos circiter XV Ecclesiæ præfuisset, Marcellinum C habuit successorem. Hi temporibus persecutionum fuerunt. In Antiochena Ecclesia post Domnum episcopus fuit Timæus, Timæo successit Cyrillus, Cyrillo Tyrannus: sub quo Ecclesiarum oppugnatio viguit, ac tyrannis facta est intolerabilis. Hierosolymitanam Ecclesiam post Hymenæum gubernavit Zabdas: quo paulo post defuncto, thronum eum Hermon ornavit. Alexandriæ Maximo, qui post Dionysium XVIII annis Ecclesiam moderatus est, mortuo, **640** Theon factus est episcopus: cui successit Petrus, qui obtruncatus martyrii coronam suscepit. Ac pontificum successiones hæ fuerunt.

ΛΑ'. Διοκλητιανὸς δὲ τὴν ἡγεμονίαν λαχὼν, ὃς Δαλμάτης μὲν ἦν τὸ γένος, πατέρων δ' ἀσήμων (τινὲς δὲ ἀπελεύθερον αὐτόν φασιν Ἀνουλίνου συγκλητικοῦ), ἐξ εὐτελῶν στρατιωτῶν δοὺξ Μυσίας

D XXXI. Imperium autem Diocletianus est adeptus, natione Dalmata, obscuris ortus parentibus, et, ut quidam tradunt, Anulini senatoris libertus, ex milite gregario Mysiæ dux evasit. Alii vero co-

Variæ lectiones et notæ.

(87) *Ζάβδαν*. Duo codd. Reg. et Colbert. Ζάμβδαν, alter Reg. Ζῶδαν præferunt.

militem domesticorum fuisse tradunt, quos nonnulli equites esse putant. Apud milites pro concione affirmavit, se cædis Numeriani non fuisse conscium: simulque ad Aprum præfectum militum conversus: *Hoc*, inquit, *illius percussor est*, eumque ense arrepto, interfecit. Romam cum venisset, rerum administrationem suscepit: considerataque principatus amplitudine, sive quarto, sive, ut alii docent, secundo imperii anno, collegam Maximianum Herculium asciscit, tantæ moli rerum se unum imparem esse ratus. Ambo igitur consentientibus animis persecutionem contra Christianos instituerunt, superioribus omnibus vehementiorem et immaniorem. Summo enim studio, ac potius furore, Dei nostri Jesu Christi salutare nomen in omnibus delere terris sunt conati. Quo tempore tanta eorum qui pro Christi confessione in omnibus civitatibus et provinciis fortiter occumberent, multitudo fuit, ut eorum iniri numerus ægre possit. Hanc enim carnificinam cæteris rebus omnibus antevertendam esse putabant. Busiridem vero et Coptum urbes, Thebis Ægyptiacis vicinas, cum defecissent, Diocletianus cepit atque evertit. Post, Alexandria quoque et Ægyptus Achille quodam auctore arma contra Romanos sumpserunt: sed Diocletiano haud diu restiterunt, multique seditionis concitatores una cum Achille pœnas dederunt. Diocletianus porro et Maximianus, suum uterque generum Cæsares declararunt: Diocletianus Maximinum Galerium, cui filiam Valeriam desponderat: Herculius Maximianus Constantium, qui a pallore Chlorus vocabatur, nepotem Claudii, qui paulo ante imperarat, ut jam exposui, desponsa filia Theodora. Quamvis autem ambo Cæsares uxores haberent, tamen repudiatis illis, imperatorum affinitatem prætulerunt. Maximianus in Gallias **641** profectus, Amandi cujusdam motum repressit. Crassum, qui Britanniam per triennium occuparat, præfectus Asclepiodotus sustulit. Quinque-Gentianos qui Africam occuparant, Herculius debellavit. Constantius Cæsar in Galliis adversus Alemannos bellum gerens, eodem die et victus est, et vicit. Nam primum cum Alemanni magno impetu in ejus exercitum irruerent, terga omnes dederunt, quos dum Constantius fuga postremus consequitur, parum abfuit quin portis jam clausis caperetur: ac plane ab hostibus comprehensus esset, in eum capiendum intentis, nisi funibus ex muro demissis attractus esset. Ita conservatus, atque in urbem receptus, convocato statim exercitu, oratione habita, qua militum animis alacritatem ad rem strenue gerendam attulit, ac fiduciam quamdam quasi inspiravit, statim duxit contra hostem, atque illustri victoria potitus est, circiter LX millibus Aleman-

A ἐγένετο· ἄλλοι δὲ κόμητα δομεστίκων αὐτὸν γενέσθαι φασί. Δομεστίκους δέ τινες τοὺς ἱππέας νομίζουσι. Διαλεγόμενος δὲ τοῖς στρατιώταις διεβεβαίου μὴ κοινωνῆσαι τῷ φόνῳ τοῦ Νουμεριανοῦ· καὶ ἐν τῷ ταῦτα λέγειν στραφεὶς πρὸς τὸν Ἄπρον ἔπαρχον ὄντα τοῦ στρατεύματος, *Οὗτος*, ἔφη, *ὁ ἐκείνου φονεύς*. Καὶ αὐτίκα τῷ μετὰ χεῖρας ξίφει αὐτὸν ἀνεῖλεν. Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ γενόμενος τῶν τῆς ἀρχῆς πραγμάτων ἀντεποιήσατο, καὶ τῆς τούτων ἥψατο διοικήσεως. Ἀπιδὼν δὲ πρὸς τὸ τῆς βασιλείας ὑπέρογκον, κοινωνὸν αὐτῆς προσλαμβάνεται κατὰ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς ἡγεμονίας αὐτοῦ, ἢ καθ' ἑτέρους κατὰ τὸ δεύτερον Μαξιμιανὸν τὸν Ἑρκούλιον, μὴ ἑαυτὸν μόνον ἀρκοῦντα πρὸς τοσαύτης ἀρχῆς διοίκησιν λογισάμενος. Ἄμφω τοίνυν συμ-
B πνεύσαντες διωγμὸν ἐγείρουσι κατὰ Χριστιανῶν, τῶν πρὶν γεγονότων ἁπάντων σφοδρότερόν τε καὶ ἀγριώτερον. Ἐχθύμως γάρ, μᾶλλον δὲ περιμανῶς τὸ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔσπευδον ἐκ πάσης γῆς ἐξαλεῖψαι σωτήριον ὄνομα. Ὅτε κατὰ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν τοσοῦτοι ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν ὁμολογίας ἠνδρίσαντο, ὡς μηδ' ἀριθμῷ σχεδὸν αὐτοὺς ὑπαχθῆναι ῥᾴδιον εἶναι· ἔργον γὰρ τοῦτο τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐτίθεντο σπουδαιότερον. Βουσίρεως δὲ καὶ Κοπτοῦ πόλεων Αἰγυπτιακῶν περὶ τὰς ἐκεῖ Θήβας οἰκουμένων εἰς ἀποστασίαν ἐκκλινασῶν, ὁ Διοκλητιανὸς ἐκστρατεύσας κατ' αὐτῶν εἷλέ τε καὶ αὐτὰς καὶ κατέσκαψεν. Εἶτ' αὖθις Ἀλεξάνδρεια καὶ ἡ Αἴγυπτος ἀντῆραν χεῖρα Ῥω-
C μαίοις, Ἀχιλλέως τινὸς εἰς τοῦτο τοὺς Αἰγυπτίους ὑπαγαγόντος· ἀλλὰ Ῥωμαίων αὐτοῖς ἐπελθόντων σὺν Διοκλητιανῷ, οὐχ ἀντέσχον ἐπὶ πολύ, καὶ πολλοὶ τῶν αἰτίων τῆς στάσεως ἀνῃρέθησαν, καὶ αὐτὸς Ἀχιλλεύς. Διοκλητιανὸς δὲ καὶ Μαξιμιανὸς Καίσαρας ἐχειροτόνησαν τοὺς ἑαυτῶν κηδεστάς, ὁ μὲν Διοκλητιανὸς Μαξιμῖνον τὸν Γαλλέριον, τὴν οἰκείαν θυγατέρα συζεύξας αὐτῷ Βαλερίαν· ὁ δ' Ἑρκούλιος Μαξιμιανὸς Κώνσταντα (88), ὃς ἐπεκλήθη Χλωρὸς διὰ τὴν ὠχρότητα, θυγατριδοῦν ὄντα Κλαυδίου τοῦ πρὸ μικροῦ βασιλεύσαντος, ὡς ἤδη μοι εἴρηται, καὶ αὐτὸς τούτῳ τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Θεοδώραν κατεγγυήσας. Καὶ ἄμφω δὲ τὼ Καίσαρε τούτω γαμετὰς εἰχέτην· ἀλλὰ διὰ τὸ πρὸς τοὺς βασιλεῖς κῆδος τὰς μὲν ἀπώσαντο, ταῖς δὲ τῶν
D βασιλέων θυγατράσι συνῴκησαν. Ἀμάνδου δέ τινος νεωτερίσαντος ἐν Γαλλίαις, Μαξιμιανὸς ἐκεῖσε γενόμενος τὸν νεωτερισμὸν κατέστειλε. Κράσσον τε Βρεττανίαν κατεσχηκότα ἐπὶ ἐνιαυτοὺς τρεῖς ὁ ἔπαρχος ἀνεῖλεν Ἀσκληπιόδοτος· καὶ πέντε τινῶν Γεντιανῶν (89) τὴν Ἀφρικὴν κατασχόντων, ὁ Ἑρκούλιος τούτους κατηγωνίσατο. Ὁ δέ γε Καῖσαρ Κώνστας ἐν ταῖς Γαλλίαις πρὸς Ἀλαμαννοὺς μαχόμενος τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἥττητο καὶ νενίκηκε. Πρότερον μὲν γὰρ τῶν Ἀλαμαννῶν τῇ αὐτοῦ στρατιᾷ μετὰ ῥύμης ἐφορμησάντων σφοδρᾶς, εἰς

Variæ lectiones et notæ.

(88) *Κώνσταντα*. Ita Zonaras *Constantem* perpetuo vocat, quem alii Constantium: quemadmodum etiam Constantinus Porphyrog. lib. *De adm. imp.* cap. ult. et Menæa 21 Maii.

(89) *Τινῶν Γεντιανῶν*. Vide Scaligerum ad Eusebium, p. 243, 11 edit.

φυγὴν ἐτράπησαν ἅπαντες, οἷς καὶ αὐτὸς ὁ Κώνστας συναποδιδράσκων ἑάλω ἂν παρὰ βραχύ. Ὄπισω γὰρ ἐρχόμενος, κεκλεισμένας εὗρε τὰς πύλας τῆς πόλεως. Οἱ δὲ διώκοντες ἐγγίζοντες ἤδη ἕτοιμοι ἦσαν ἐκεῖνον συλλήψεσθαι, καὶ κἂν ἀπήχθη δέσμιος, εἰ μὴ σχοίνους ἐκ τοῦ τείχους ἄνωθεν καθιμήσαντες, ταύταις αὐτὸν ἀνιμήσαντο. Οὕτω δὲ περισωθεὶς καὶ τῆς πόλεως ἐντὸς γεγονὼς, καὶ τὴν στρατιὰν ἀθροίσας αὐτίκα, καὶ λόγοις αὐτὴν παρακλητικοῖς εἰς ἀλκὴν διεγείρας, καὶ θάρσος οἷον ἐμπνεύσας αὐτῇ, ἔξεισιν εὐθὺς, καὶ συμμίξας τοῖς πολεμίοις νικᾷ νίκην περιφανῆ, ὥστε περὶ ἑξήκοντα χιλιάδας ἐκείνων πεσεῖν. Περσῶν δὲ Ναρσοῦ βασιλεύοντος, ὃς ἕβδομος ἀναγράφεται βασιλεῦσαι Περσῶν ἀπὸ Ἀρταξέρξου, οὗ πρόσθεν ἡ τῆς ἱστορίας συγγραφὴ ἐμνημόνευσεν, ὡς αὖθις Πέρσαις ἀνανεωμένου τὴν βασιλείαν· (μετὰ γὰρ τὸν Ἀρταξέρξην τοῦτον ἢ τὸν Ἀρταξάρην, διώνυμον ὄντα, Σαπώρης ἦρξε Περσῶν, καὶ μετ' ἐκεῖνον Ὁρμίσδας, εἶτα Οὐαραράνης, καὶ μετὰ τοῦτον Οὐαραράκης, καὶ αὖθις ἄλλος Οὐαραράνης, καὶ ἐπὶ τούτοις Ναρσῆς. Τοῦ Ναρσοῦ τοίνυν τούτου τότε τὴν Συρίαν ληϊζομένου, τὸν ἴδιον γάμβρον τὸν Γαλλέριον Μαξιμῖνον ὁ Διοκλητιανὸς διὰ τῆς Αἰγύπτου ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας ἀπιὼν, συμβαλεῖν αὐτῷ μετὰ δυνάμεως ἀξιομάχου ἐξέπεμψεν· ὃς καὶ συμμίξας τοῖς Πέρσαις ἡττήθη καὶ ἔφυγεν. Αὖθις δὲ μετὰ πλείονος αὐτὸν ὁ Διοκλητιανὸς ἐξέπεμψε στρατιᾶς. Συμβαλὼν οὖν αὐτοῖς πάλιν οὕτως ἐνίκησεν, ὡς καὶ τὴν προτέραν ἧτταν ἀνακαλέσασθαι. Τούς τε γὰρ πλείονας ἀπέκτεινε τῶν Περσῶν, καὶ τὸν Ναρσῆν τρωθέντα μέχρι τῆς ἐνδοτέρας Περσίδος ἐδίωκε, καὶ τὰς τούτου γυναῖκας καὶ τοὺς παῖδας, καὶ ἀδελφὰς αἰχμαλώτους ἀπήγαγε, καὶ χρήματα ὅσα ἐπήγετο Ναρσῆς στρατευόμενος ἐχειρώσατο, καὶ πολλοὺς τῶν ἐν Πέρσαις περιφανῶν. Ἀναῤῥωσθεὶς δ' ἐκ τοῦ τραύματος ὁ Ναρσῆς, πρεσβείας πρὸς Διοκλητιανὸν καὶ Γαλλέριον ἐποιήσατο, τοὺς παῖδας καὶ τὰς γυναῖκας ἀποδοθῆναι αὐτῷ ἀξιῶν, καὶ σπονδὰς θέσθαι εἰρηνικάς. Καὶ ἔτυχε τῆς αἰτήσεως, ἐκστὰς τοῖς Ῥωμαίοις ὅσων ἐβούλοντο. Καὶ ἄλλους δὲ πολλοὺς πολέμους κατώρθωσαν Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς, τοὺς μὲν δι' ἑαυτῶν ἢ τῶν Καισάρων, τοὺς δὲ διὰ στρατηγῶν, καὶ τοὺς ὅρους τῆς βασιλείας ἐπλάτυναν. Οἷς ἐπαρθεὶς ὁ Διοκλητιανὸς καὶ μέγα φρονήσας, οὐκέτι προσαγορεύεσθαι παρὰ τῆς γερουσίας ὡς πρώην ἠνείχετο, ἀλλὰ προσκυνεῖσθαι (90) ἐθέσπισε, καὶ τὰς ἐσθῆτας ἑαυτοῦ, καὶ τὰ ὑποδήματα χρυσῷ καὶ λίθοις καὶ μαργάροις ἐκόσμησε, καὶ πλείονα πολυτέλειαν τοῖς βασιλικοῖς παρασήμοις ἐνέθετο. Οἱ πρώην γὰρ βασιλεῖς κατὰ τοὺς ὑπάτους τετίμηντο, καὶ τῆς βασιλείας παράσημον μόνον εἶχον πορφυροῦν περιβόλαιον.

norum cæsis. Apud Persas autem regnavit Narses, qui septimus ab Artaxerxe numeratur: cujus supra facta est mentio, ut regni Persici instauratoris. Nam post hunc sive Artaxerxem, sive Artaxarem (utroque enim nomine appellatur) Sapores Persis imperavit. Hunc Hormisdas, Hormisdam Vararanes, Vararanem Vararaces secutus est: huic alius Vararanes successit, et post hos Narses regnavit. Contra hunc igitur Narsen, Syriam vastantem, Diocletianus per Ægyptum in Æthiopiam profectus, generum Gallerium Maximinum, cum justis copiis misit: a Persis victum et profligatum, cum majore exercitu ablegavit. Denuo igitur hostes adortus, tam illustrem victoriam adeptus est, ut acceptæ cladis ignominiam aboleret. Persarum certe quidem partem majorem occidit, Narsem vulneratum usque ad interiorem Persiam persecutus, ejus uxores, liberos et sorores, ac multos illustres Persas cepit, omnique pecunia a Narse in militiam advecta potitus est. Narses vero ex vulnere recreatus, per legatos a Diocletiano et Gallerio, ut sibi mulieres et liberi redderentur, et pacis fœdus feriretur, impetravit, cum Romanis, rebus omnibus quas volebant, cessisset. Aliis quoque multis bellis Diocletianus et Maximianus partim per se, **642** partim per Cæsares et duces prospere confectis, imperii fines amplificarunt. Quibus victoriis elatus Diocletianus, se non amplius, ut prius, a senatu salutari, sed adorari voluit: vestes suas et calceos auro, gemmis, margaritis exornavit, et imperatoria insignia majoribus sumptibus decoravit. Superiores enim imperatores consulari duntaxat honore afficiebantur, et imperii insigne purpuram tantum gestabant.

ΛΒ'. Τοῦ διωγμοῦ δ' ἐπιταθέντος, καὶ ἀναριθμήτων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν ὁμολογίας θνησκόντων, καὶ τῶν πιστῶν ἔτι πλεοναζόντων, ἐκμανέντες οἱ τύραννοι οὗτοι περὶ τὸ ἐννεακαιδέκατον ἔτος τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας θεσπίσματα πανταχοῦ διεπέμψαντο, καθαιρεῖσθαι καὶ κατασκάπτεσθαι τὰς τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίας κελεύοντα, καὶ τὰς βίβλους αὐτῶν κατακαίεσθαι, καὶ τοὺς ἱερεῖς αὐτῶν ὡς διδασκάλους καὶ κήρυκας τῆς πίστεως ἀσυμπαθῶς προσαπόλλυσθαι.

XXXII. Persecutione gliscente, virisque et mulieribus innumeris pro Christi confessione morientibus, cum nihilominus magna fidelium multitudo superesset: hi tyranni sub annum XIX imperii Diocletiani, edicta quovis terrarum mittebant, quibus ecclesiæ Christianorum dirui, libri cremari jubebantur, et sacerdotes eorum, ut doctores et præcones fidei, crudeliter interfici. Cæteros qui aut dignitatibus præditi, aut in militiam ascripti essent, ignominiose ejici atque exauctorari. Pri-

Variæ lectiones et notæ.

(90) Ἀλλὰ προσκυνεῖσθαι. Id ipsum narrant Eutropius (cujus interpretem Pæanium hic exscripsit, ut alibi sæpe, Zonaras), Aurelius Victor et Eusebius in Chronico, atque adeo Ammianus, lib. XV: *Omnium primus extero ritu et regio more instituit adorari, cum semper antea ad similitudinem judicum salutatos principes legerimus.*

vatæ vero conditionis homines, in servitutem rapi. xx anno imperii Diocletiani exacto, ambo imperatores consentientibus animis imperio se abdicarunt, publice profitentes, se moli negotiorum succumbere : sed apud eos quibus arcana sui pectoris credebant, id ex desperatione facere se fatebantur. Quia enim nec Christianos superare nec præconium Christiani nominis exstinguere possent, se nec imperio velle frui. Cum autem ambo eodem die imperio se ex composito abdicassent, Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani : ille Salonis in Dalmatia, quas patriam habebat, hic in Lucania vitam egit. Prius tamen de Persis Romæ triumpharunt, in quo triumpho Narsis uxores, liberos et sorores, aliarumque gentium duces duxerunt, omnesque divitias ex Persia apportatas. Haud vero abs re fuerit explicari, unde triumphi nomen sumptum sit, ac id quidem a Thriis, quæ ficulna folia sunt, factum putant. Priusquam enim personas scenici excogitassent, ficulnis foliis facies velati, dicteria versibus iambicis proferebant. Eamdem et milites in victoriæ festivitate licentiam eodem ornatu in victores usurpabant, atque hinc triumpho nomen esse factum antumant. Alii vero ex eo, quod tribus constet ordinibus, senatu, **643** populo, et militibus, una incedentibus, litterarum in Græco vocabulo θρίαμβος nonnulla mutatione facta. Ea agitur victoriæ festivitate peracta imperatoriam potestatem in Cæsares transtulerunt, et partiti imperium, Orientalem partem una cum Illyrico Gallerio Maximino assignarunt : Constantio Chloro provincias occidentales, una cum Africa attribuerunt. His ita gestis, milites prætoriani filium Herculii Maximiani Maxentium Romæ imperatorem declararunt. Ex his tribus igitur, Constantius in Britanniis, Cottiis Alpibus et Galliis dominans, Christi cultores admodum clementer tractavit, atque adeo subditos suos omnes : et pecuniæ contemptor fuit. Sed Maximinus Orientis imperator, tum Christianos acerrime persecutus est, tum cæteris subditis gravissimus fuit. Nam cum libidine arderet, ac summus adulter esset : non privatæ conditionis solum mulieres ad stupra rapiebat, sed etiam illustrium virorum conjuges a maritis per vim avulsas, expleta libidine sua domum remittebat : divinationibus adeo deditus, ut nullam rem minimam iis inconsultis susciperet, et arcanorum illorum patratoribus honorem haberet. Hic pios homines ad internecionem condemnavit, eorumque facultates publicavit, nullo alio crimine insontibus objecto, præterquam Dei cognitione et fide in Christum.

A Τοὺς δ' ἄλλων τοὺς ἀξίαις ἢ στρατείαις κατειλεγμένους ἀτίμως ἐξελαύνεσθαι καὶ τῆς ἀξίας καὶ τῆς στρατείας, τοὺς δὲ τύχης ἰδιώτιδος (91) ὄντας δουλοῦσθαι. Ἤδη δὲ εἰκοστὸν ἀνύσαντος ἐνιαυτὸν Διοκλητιανοῦ παρὰ τῇ ἀρχῇ, ἐκ συμφώνου ἄμφω τὼ αὐτοκράτορε τὴν βασιλείαν ἀπέθεντο, δημοσίᾳ μὲν τὸν ὄχλον τῶν πραγμάτων ἀποσκευάζεσθαι λέγοντες· οἷς δὲ τὰ τῆς καρδίας ἐξεκάλυπτον κρύφια ἐξ ἀπονοίας ὡμολόγουν ἀποτίθεσθαι τὴν ἀρχὴν, ὅτι μὴ περιγενέσθαι Χριστιανῶν ἠδυνήθησαν, μηδ' ἀποσβέσαι τὸ Χριστώνυμον κήρυγμα, μηδὲ τῆς βασιλείας ἀπολαύειν αἱρούμενοι. Ἀποθέμενοι δὲ τὴν ἀρχὴν κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἐκ συνθήματος, ὁ μὲν ἐν Νικομηδείᾳ (92), ὁ δὲ Μαξιμιανὸς ἐν Μεδιολάνῳ, καὶ ἰδιωτεύσαντες· B Διοκλητιανὸς μὲν ἐν Σάλωνι πόλει τῆς Δαλματίας διῆγεν, ἥτις ἦν αὐτοῦ καὶ πατρὶς, ὁ δ' Ἑρκούλιος ἐν Λουκανίᾳ. Πρὸ δὲ τῆς ἀποθέσεως τῆς ἀρχῆς τὸν ἐπὶ τῇ νίκῃ τῶν Περσῶν ἐπανελθόντες ἐν Ῥώμῃ κατήγαγον θρίαμβον, ἐν ᾧ τάς τε τοῦ Ναρσοῦ γαμετὰς καὶ τὰ τέκνα καὶ τὰς ὁμαίμονας ἐθριάμβευσαν, καὶ ἀρχηγοὺς ἑτέρων ἐθνῶν, καὶ τὸν πλοῦτον ὅσων ἐκ Περσῶν ἐληΐσαντο. Ἀλλ' ἐνταῦθα δηλωθῆναι καλὸν, ὅθεν καὶ τὸ τοῦ θριάμβου ἐξείληπται ὄνομα. Φασὶν οὖν κληθῆναι τοῦτον ἐκ τῶν θρίων, ἅ ἐστι τὰ τῆς συκῆς φύλλα. Πρὸ γὰρ τοῦ τὰ προσωπεῖα ἐπινοηθῆναι τοῖς σκηνικοῖς, συκῆς φύλλοις τὰ ἑαυτῶν καλύπτοντες πρόσωπα, δι' ἰάμβων ἐποιοῦντο τὰ σκώμματα· καὶ οἱ στρατιῶται δὲ ἐν ταῖς ἐπινι- C κίοις πομπαῖς φύλλα συκῆς ταῖς ἑαυτῶν ἐπάγοντες ὄψεσιν, εἰς τοὺς τὰς πομπὰς ποιοῦντας ἀπέσκωπτον· κἀντεῦθεν ὀνομασθῆναι νομίζεται θριάμβους τὰς ἐπινικίους πομπάς. Ἕτεροι δέ φασιν ὀνομασθῆναι τὸν θρίαμβον, ὅτι ἐκ τριῶν οἱ τὴν πομπὴν πληροῦντες συνίσταντο τάξεων, τοῦ δήμου, τῆς συγκλήτου, καὶ τῶν στρατιωτῶν, καὶ ἐκ τοῦ βαίνειν ὁμοῦ τὰς τάξεις τὰς τρεῖς, τρίαμβόν τινα κληθῆναι, ἀντὶ δὲ τοῦ τ, τὸ θ παραληφθῆναι διὰ τὸ εὐφωνότερον. Μετὰ δὲ τὴν ἐπινίκιον ταύτην πομπὴν ἐκεῖνοι μὲν τῆς ἐξουσίας ἀπέστησαν, τοὺς Καίσαρας δ' ἀνέδειξαν αὐτοκράτορας, μερίσαντες αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν μὲν Ἑῴαν μοῖραν τῷ Γαλλερίῳ προσκληρώσαντες Μαξιμίνῳ σὺν τῷ Ἰλλυρικῷ, τῷ Χλωρῷ δὲ Κώνσταντι προσνείμαντες τὰ Ἑσπέρια D σὺν τῇ Ἀφρικῇ. Τούτων δὲ οὕτω γεγονότων, οἱ στρατιῶται, οἳ πραιτωριανοὶ ἐκαλοῦντο, τὸν υἱὸν τοῦ Ἑρκουλίου Μαξιμιανοῦ τὸν Μαξέντιον βασιλέα ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀνεῖπον. Ἐκ τοίνυν τῶν τριῶν τούτων ὁ μὲν Κώνστας ἐν Βρεττανίαις καὶ ταῖς Κοττίαις Ἄλπεσι καὶ ταῖς Γαλλίαις κρατῶν, τοῖς τὸν Χριστὸν σεβομένοις μάλα ἐπιεικῶς προσεφέρετο, ἀλλὰ μέντοι καὶ πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτὸν, καὶ ὑπερόπτης

Variæ lectiones et notæ.

(91) *Τοὺς δὲ τύχης ἰδιώτιδος*. Eusebius, lib. VIII, cap. 2 : Τοὺς δὲ ἐν οἰκετίαις ἐλευθερίας στερεῖσθαι.

(92) *Ἐν Νικομηδείᾳ*. Ubi palatia construxerant imperatores ante Diocletianum, ut indicat Socrates, lib. I *Hist. eccl.* cap 6. Vide nostram *Constantinopolim* lib. IV, sect. 13, n. 4. Aliud palatium præterea Nicomediæ ædificavit Constantinus Heraclii filius. Niceph. CP.

χρημάτων ἐτύγχανε· Μαξιμῖνος δὲ τῆς Ἑῴας ἄρχων, καὶ κατὰ Χριστιανῶν διωγμὸν κεκίνηκεν ἐπαχθέστατον, καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν ὑπηκόων βαρύτατα προσεφέρετο. Γυναικομανέστατος γὰρ καὶ μοιχικώτατος ὤν, οὐκ ἰδιώτιδας μόνον γυναῖκας ἀκούσας ἐλάμβανε, καὶ ταύτας ἐμοίχευεν, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν περιφανῶν ἀνδρῶν γαμετάς, βίᾳ τῶν ἀνδρῶν ἀποσπῶν, καὶ ἐνυβρίζων αὐταῖς οὕτως πρὸς τοὺς ἰδίους ταύτας συνεύνους ἀνέπεμπε. Μαντείαις δ' ἦν προσεσχηκὼς τοσοῦτον, ὡς μηδὲ τοὐλάχιστον ποιεῖν ἄνευ μαντειῶν, καὶ διὰ τιμῆς αὐτῷ οἱ ποιοῦντες τὰ ἀπόῤῥητα ἦγοντο. Οὗτος τῶν εὐσεβῶν πανολεθρίαν κατεψηφίσατο, καὶ τὰς ὑπάρξεις αὐτῶν δημεύεσθαι ἀπεφήνατο, οὐδὲν ἕτερον τοῖς ἀναιτίοις προσάπτων αἰτίαμα ἢ τὴν θεογνωσίαν καὶ τὴν πίστιν τὴν εἰς Χριστόν.

ΛΓ'. Μαξέντιος δ' ἐν Ῥώμῃ οὐδέν τι μετριώτερος τύραννος τοῖς ὑπηκόοις ἐτύγχανεν ὤν, ἀλλ' ἐπίσης τῷ Μαξιμίνῳ διεῖπε τὰ τῆς ἀρχῆς, λυττῶν κἀκεῖνος κατὰ τῶν ὑπὸ χεῖρα Χριστιανῶν, καὶ πάσαις αὐτοὺς ὑπάγων κακώσεσι, καὶ πρὸς πάντας δὲ τοὺς ὑπ' αὐτὸν πικρότατα διακείμενος. Σφαγάς τε γὰρ πολλῶν περιφανῶν ἀνδρῶν ἐξ οὐδεμιᾶς ἐνδίκου δίκης ἐτίθετο, καὶ μοιχείας ὁσημέραι εὐγενῶν ἐτόλμα γυναίων καὶ παρθένων φθοράς, ἐνυβρίζων αὐταῖς ἀναιδέστατα, καὶ οὐσιῶν ἀφαιρέσεις ἀδίκους τοῖς εὐποροῦσιν ἐπῆγε, καὶ καιναῖς εἰσπράξεσι καὶ βαρείαις ἐπίεζε ὑπήκοον. Οὗτος ἐν Ῥώμῃ εὐγενεστάτης τινὸς γυναικός, ἀλλὰ μέντοι καὶ σώφρονος ἀνδρὶ συζώσης τῶν ἐν Ῥώμῃ ἐπιφανῶν ἐρασθεὶς ἀκόλαστον ἔρωτα, ἔστειλε τοὺς τὰ τοιαῦτα διακονουμένους αὐτῷ τὸ γύναιον ἄξοντας. Ὡς δ' ἐκεῖνο ἐπιστάντας τῷ οἴκῳ τοὺς προαγωγοὺς ἔγνω, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς αὐτῶν ἐπιδημίας μεμαθήκει, καὶ ἀπαραίτητον τὴν πρὸς τὸν τύραννον ἀπέλευσιν ᾔσθετο (ὁ γὰρ ἀνὴρ αὐτῆς φόβῳ τοῦ θανεῖν ὑποπτήσσων, λαβεῖν τὴν γυναῖκα καὶ ἄγειν ἐπέτρεπεν) ἑτέρωθεν δ' οὐκ ἦν αὐτῇ ἐπικούρημα, ὥραν αὐτῇ βραχεῖαν ἐνδοθῆναι ᾐτήσατο, ἵν' ἐπικοσμηθείη καὶ οὕτω σὺν αὐτοῖς ἀπελεύσοιτο. Ἦν δὲ καὶ τὸν Χριστὸν ἡ γυνὴ σεβομένη, καὶ τὸ θεῖον μεμνημένη μυστήριον. Εἰσῆλθεν οὖν εἰς τὸν ἑαυτῆς κοιτωνίσκον, καὶ μονωθεῖσα διεχειρίσατο ἑαυτήν, ἵν' ἀνύβριστος μείνῃ καὶ τὴν σωφροσύνην μὴ πρόοιτο, ἑλομένη τὸν ἑκούσιον θάνατον, καὶ τὸ σῶμα νεκρὸν τοῖς προαγωγοῖς καὶ τῷ ἐναγεῖ ἐραστῇ καταλείψασα. Οἱ μὲν οὖν οὕτως ἦρχον, Διοκλητιανὸς δὲ καὶ Μαξιμιανὸς ἰδιωτεύοντες ἔθανον. Περὶ δὲ τῆς σφῶν τελευτῆς διαφωνοῦσιν οἱ συγγραφεῖς. Ὁ μὲν γὰρ Εὐσέβιος (93) ἐν τῷ ὀγδόῳ λόγῳ τῆς *Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας*, ἔκστασιν τὸν Διοκλητιανὸν ὑποστῆναι λέγει φρενῶν, καὶ νόσῳ χρονίᾳ τὸ σῶμα κατασκελετευθέντα, βιαίως τὴν ἀθλίαν αὐτοῦ ψυχὴν ἀπερεύξασθαι. Τὸν δέ γε Μαξιμιανὸν τὸν Ἑρκούλιον ἀγχόνῃ ἑαυτὸν τῆς ζωῆς ὑπεξαγαγεῖν· ἕτεροι δ' οὐχ οὕτως ἱστοροῦσι τούτους θανεῖν, ἀλλὰ μεταμεληθέντας, καὶ τῆς ἀρχῆς αὖθις ἐπιλαβέσθαι βουλευομένους, φωραθῆναι, καὶ δόγματι τῆς συγκλήτου ἀναιρεθῆναι. Εἰσὶ δὲ καὶ οἳ τὸν Ἑρκούλιον λέγουσι τῆς βασιλείας αὖθις ἐφιέμενον τῷ Διοκλητιανῷ κοινώσασθαι τὸ αὖθις πειραθῆναι τὴν βασιλείαν ἀναλαβεῖν. Τὸν δὲ παραιτήσασθαι, ἐκεῖνον δὲ πρὸς τὸ τῶν Ῥωμαίων παρελθόντα φάναι συνέδριον, μὴ ἀρκεῖν τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὴν τῶν

A XXXIII. Maxentius vero Romæ nihilo clementior tyrannus fuit, sed æque ut Maximinus, imperium administravit, in proximos quosque Christianos insaniendo, et omnibus ærumnis exagitando, summaque perfidia in omnes suos subditos grassando. Nam et multos claros viros nullo justo judicio occidebat, et nobiles matronas ac virgines in dies per summam contumeliam constuprabat, et locupletibus bona per injuriam eripiebat, et subditos novis, iisque gravibus exactionibus atterebat. Hic aliquando Romæ nobilissimæ castæque matronæ, quæ viro illustri nupta erat, immodesto amore correptus, talium operum ministros ad eam adducendam misit. Quæ cum lenones ædibus suis astare videret, adventusque causa cognita, citra ullam de-
B precationem ad tyrannum abeundum esse intelligeret **644** (nam maritus mortis metu attonitus, ab illis abduci mulierem patiebatur), neque ullum aliunde auxilium exspectaret: exiguam moram postulavit, ut se exornaret prius, quam abiret. Colebat autem Christum, et divino mysterio initiata erat. Ingressa igitur cubiculum, remotis arbitris, sibi necem conscivit, ut contumeliæ expers modestiam conservaret, voluntariam mortem amplexa, cadavere lenonibus et nefario amatori relicto. His ita imperantibus Diocletianus et Maximianus in vita privata obierunt: etsi de illorum obitu scriptores non consentiunt. Nam Eusebius *Ecclesiasticæ historiæ* lib. VIII, Diocletianum mentis errore af-
C fectum, et diuturno morbo tabescentem, miseram animam violenter eructasse scribit: Maximianum vero Herculium laqueo sibi necem conscivisse. Alii vero tradunt eos, cum depositæ potestatis pœniteret, in conatu recuperandi imperii deprehensos, et senatusconsulto interfectos esse. Sunt etiam qui dicant, Herculium rursus imperium desiderantem, consilium cum Diocletiano de eo recuperando communicasse: eoque conatum illum recusante, curiam ingressum dixisse, filium suum reipublicæ gerendæ esse imparem. Militibus autem iis verbis ad iram concitatis, quasi imperium sibi vindicaret: periculo territum, negasse id se in animo habuisse, sed militum animos ut erga filium suum affecti essent, periclitari voluisse: itaque
D sedasse tumultum. Deinde in Gallias ad Constantinum Magnum, qui Faustam filiam ejus et ipse in matrimonio haberet, abiisse, ac in regno ejus per

Variæ lectiones et notæ.

(93) *Ὁ μὲν γὰρ Εὐσέβιος*. Eusebius, lib. VIII, cap. 13, et in Orat. Constantini ad sanctorum cœtum cap. 25, ubi consulendus Valesius. Vide præterea Lactantium, *De mortib. persecutor*. cap. 42.

insidias sibi vindicando ibi quoque deprehensum, eoque conatu dejectum, tum demum vitam laqueo finivisse. Verum isti uno quopiam modo ex his, naturæ debitum persolverunt. Constantius autem undecimo anno in imperio exacto, ex quo Cæsar appellatus fuerat, potestate clementer et humaniter usus, in Britannia extremum diem clausit, cum luctu subditorum, bonitatem ejus desiderantium: filio natu majore, Magno videlicet Constantino, ex priore conjuge, imperii successore declarato. Habuit enim ex secunda quoque Herculii filia Theodora alios filios, Constantinum, Anaballianum et Constantium. Sed magnus Constantinus **645** prælatus est, quod hi patri ad imperium inepti esse videbantur. Imo totum negotium divinæ Providentiæ fuit, salutari præconio ac potius omnibus Romani imperii subditis consulentis, ut per eum tyrannides destruerentur. Fertur enim, Constantio ægrotanti, et ob cæterorum filiorum ineptam indolem mœsto, angelus astitisse, qui juberet, ut Constantino relinqueret imperium. Hunc igitur Constantinum pater, adolescentem etiamnum, Gallerio dedisse obsidem memoratur, ut interim etiam in re militari exerceretur. Qui cum ei ob ingenii dexteritatem ex invidia insidias strueret, in pugna Sarmatica mandarit, ut Barbarorum ducem armis insignem aggrederetur. Constantinum vero paruisse, cumque correptum, viventem ad Gallerium portasse. Deinde leonem immanem et cruentam belluam jussisse subsistere: illum vero id quoque certamen, quamvis non sine periculo, divina tamen gratia incolumem obiisse. Unde cum Gallerium invidere sibi atque insidiari intellexisset, noctu cum iis quibus fidebat, fuga elapsum ad patrem rediisse: eoque pacto et periculum evasisse, et paterno imperio potitum esse.

κοινῶν πραγμάτων διοίκησιν. Κινηθέντων δὲ τῶν στρατιωτῶν πρὸς θυμὸν ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ ὡς σφετεριζομένου τὴν ἀρχὴν, τὸν Ἑρκούλιον τὸν κίνδυνον δείσαντα, μὴ οὕτω γνώμης ἔχειν εἰπεῖν, ἀλλὰ διάπειραν τῶν στρατευομένων ποιούμενον, ὅπως ἔχουσι πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ διαθέσεως, ταῦτα εἰπεῖν· καὶ οὕτω καταστεῖλαι τὸν θόρυβον τῶν στρατιωτῶν. Εἶτα εἰς Γαλλίας ἐλθεῖν πρὸς τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον, κηδεστὴν αὐτοῦ καὶ αὐτὴν ὄντα ἐπὶ Φαύστῃ τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ, κἀκείνῳ ἐπιβουλεύοντα καὶ πειρώμενον τὴν ἐκείνου βασιλείαν λαβεῖν· γνωσθῆναι δὲ κἀκεῖσε καὶ ἀποκρουσθῆναι τοῦ ἐγχειρήματος, καὶ οὕτως ἀπάγξασθαι. Ἀλλ' οὗτοι μὲν ἑνί γε τῷ τρόπῳ τῶν εἰρημένων τὴν ζωὴν ἐξεμέτρησαν· Κώνστας δὲ ἑνδέκατον ἠνυκὼς ἐνιαυτὸν παρὰ τῇ ἀρχῇ ἐξότου Καῖσαρ ἀνηγορεύθη καὶ ἠπίως ἄρξας καὶ προσηνῶς, ἐν Βρεττανίαις διάγων, κατέλυσε τὴν ζωὴν, πένθος ἑαυτοῦ τοῖς ὑπ' αὐτὸν καταλελοιπὼς διὰ τὴν χρηστότητα, πρότερον τὸν πρεσβύτερον τῶν οἰκείων υἱῶν τῆς ἀρχῆς καταστήσας διάδοχον, τὸν μέγαν δηλαδὴ Κωνσταντῖνον, ὃν ἐκ τῆς προτέρας αὐτοῦ ἐγείνατο γαμετῆς. Εἶχε δὲ κἀκ τῆς δευτέρας τῆς τοῦ Ἑρκουλίου θυγατρὸς Θεοδώρας καὶ ἑτέρους υἱοὺς, Κωνσταντῖνον, Ἀναβαλλιανὸν, καὶ Κωνστάντιον. Προτετίμητο δὲ τούτων ὁ μέγας Κωνσταντῖνος, ὅτι ἐκεῖνοι τῷ πατρὶ ἀνεπιτήδειοι πρὸς τὴν βασιλείαν ἐκρίθησαν. Τὸ δ' ὅλον ἦν ἐκ Θεοῦ οἰκονομηθὲν ὑπὲρ τοῦ θείου κηρύγματος, ἢ μᾶλλον καὶ ὑπὲρ πάντων τῇ τῶν Ῥωμαίων ὑποκειμένων ἀρχῇ, ἵνα δι' αὐτοῦ καταλυθεῖεν αἱ τυραννίδες. Λέγεται γὰρ ὅτι νοσοῦντι τῷ Κώνσταντι καὶ ἀθυμοῦντι διὰ τὴν ἐπὶ τοῖς ἄλλοις παισὶν ἀποτυχίαν ἄγγελος ἐπέστη, τῷ Κωνσταντίνῳ κελεύων τὴν ἐξουσίαν καταλιπεῖν. Τοῦτον δὴ τὸν Κωνσταντῖνον ὁ πατὴρ μειράκιον ὄντα τῷ Γαλλερίῳ εἰς ὁμηρείαν παρέσχετο, ἵν' ὁμηρεύων ἅμα καὶ πρὸς ἄσκησιν γυμνάζηται τῆς τέχνης τῆς στρατιώτιδος. Ὁ δὲ περιδέξιον τοῦτον ὁρῶν, καὶ φθονῶν, αὐτῷ ἐπεβούλευε. Καὶ πρῶτον μὲν τοῖς Σαρμάταις μαχόμενος τῷ ἐκείνων ἀρχηγῷ ἐκ τῆς πανοπλίας ἐπισήμῳ τυγχάνοντι προσέταξεν ἐπελθεῖν. Ὁ δὲ καὶ ἐπῆλθε, καὶ ἁρπάσας αὐτὸν ζῶντα τῷ Γαλλερίῳ ἐκόμισεν. Εἶτα λέοντα φρικτόν τινα θῆρα καὶ παλαμναῖον ἐκέλευσε δέξασθαι. Ὁ δὲ καὶ τοῦτον τὸν ἆθλον ἤνυσεν ἐπικινδύνως μὲν, τῆς θείας δέ γε χάριτος συντηρούσης αὐτόν. Γνοὺς δ' ἐντεῦθεν φθονούμενος παρὰ τοῦ Γαλλερίου, καὶ ἐπιβουλευόμενος νυκτὸς μετά τινων οἷς ἐθάῤῥει ἀπέδρα, καὶ πρὸς τὸν πατέρα ἐπανελήλυθε. Καὶ ὁ μὲν οὕτως τόν τε κίνδυνον διαπέφευγε, καὶ τῆς πατρῴας βασιλείας ἠξίωτο.

XXXIV. Maximinus Licinium, natione Dacum, qui Constantini Magni sororem in matrimonio habebat, imperii collegam asciturus, in Illyrico reliquit, ut Thracibus qui a Barbaris vexabantur, opem ferret. Ipse Romam profectus est, ut cum Maxentio pugnaret. Deinde cum suis militibus diffideret, metuens ne ad hostem transirent, omisso bello recessit. Ac Licinium, quia collegam eum ascivisse pœ-

ΛΔ'. Μαξιμῖνος δὲ κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς τὸν Λικίννιον (94) προσειλήφει, ἐκ Δακῶν ἕλκοντα τὴν τοῦ γένους σειρὰν, καὶ γαμβρὸν ὄντα ἐπ' ἀδελφῇ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. Κοινωνὸν δὲ τῆς βασιλείας αὐτὸν ποιησάμενος τὸν μὲν ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ καταλέλοιπεν ἵν' ἀμύνῃ τοῖς Θρᾳξὶν ὑπὸ Βαρβάρων ληϊζομένοις· ἐκεῖνος δ' εἰς Ῥώμην ἀφίκετο, μαχόμενος πρὸς Μαξέντιον. Εἶτα, τοὺς οἰκείους ὑπόπτους

Variæ lectiones et notæ.

(94) *Τὸν Λικίννιον*. Scribit anonymus in Vita S. Basilei archiepiscopi Amazeni, n. 5 et 6, Licinium simulasse se esse Christianum, ut Constantiam Constantini M. sororem in uxorem obtineret et adepto imperio in Oriente, ad vomitum rediisse. Certe Constantinus Christianismum amplexus fuerat ante initum inter Licinium et Constantiam matrimonium, an. 313, verum scribit Lactantius, in lib. *De mortib. persecutor.* n. 46, 47 et 48, aliquanto post initas cum sorore Constantini nuptias, ac cum Maximino congressurum, somno monitum, Christum invocasse, dedisseque litteras ad provinciarum præsides de restituendis Christianis ecclesiis, Constantino et ipso III coss.

σχὼν στρατιώτας, καὶ φοβηθεὶς μὴ πρόσθοιντο τῷ A ἐχθρῷ, ἀπέστη τῆς μάχης, καὶ ἀνεχώρησε. Μεταμεληθεὶς δ' ἐπὶ τῇ προσλήψει τοῦ Λικιννίου, πρότερον μὲν λαθραίως αὐτῷ ἐπεβούλευεν, εἶτα καὶ μάχην κατ' αὐτοῦ εἰς τοὐμφανὲς συνεστήσατο. Καὶ συμβαλὼν αὐτῷ τρέπεται, καὶ ἡττώμενος ἔφυγε, καὶ ἐν τῇ φυγῇ ἑαυτὸν διεχρήσατο. Οἱ μὲν οὖν τοιούτῳ τέλει καταλῦσαι τὴν ζωὴν ἱστόρησαν τὸν Μαξιμῖνον, οἱ δὲ κατὰ Χριστιανῶν αὐτὸν ἐκμανέντα μετελθεῖν τὴν θείαν δίκην παραδεδώκασιν. Ἕλκος γὰρ ἐνσκῆψαν αὐτοῦ περὶ τὸν βουβῶνα καὶ τὴν αἰδῶ χαλεπώτατον, τὰ τῆς ἀκολασίας αὐτοῦ ἐπιβόσκεσθαι ὄργανα. Ἐκ δέ γε τῆς σήψεως τούτων καὶ σκώληκας ἀναβράσσεσθαι, καὶ εἶναι τὸ πάθος ἀνίατον. Ἰατρῶν δὲ τοὺς μὲν αὐτόθεν ἀπαγορεύοντας τὴν ἐγχείρησιν ὠμῶς ἀποσφάττεσθαι, τοὺς δ' ἐπι- B χειροῦντας μὲν, μὴ δυναμένους δ' ἀκέσασθαι, κτείνεσθαι ἀπηνέστατα, ὅτι μὴ κατώρθουν ἀδύνατα. Ὀψὲ δ' οὖν ὑποτοπῆσαι τὸν τύραννον διὰ τοὺς ἀδίκους φόνους τῶν τὸν Χριστὸν σεβομένων τιννύναι δίκην, καὶ ἐκθέσθαι θεσπίσματα πανταχοῦ κελεύοντα παυθῆναι τὸν κατὰ Χριστιανῶν διωγμὸν, καὶ ζῆν ἐκείνους καὶ θρησκεύειν ὡς βούλοιντο, εὔχεσθαί τε ὑπὲρ αὐτοῦ. Κἀνταῦθα δὲ διττοὶ λέγονται λόγοι· ὁ μὲν γὰρ ἀπαλλαγῆναι αὐτὸν τοῦ πάθους παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα φησὶν, εἶτ' αὖθις ἐπεγεῖραι τὸν διωγμὸν καὶ ἀδιόρθωτον μεῖναι, ἕως οὗ τοῦ ἐν χειρὶ Κυρίου ποτηρίου τὸν τρυγίαν ἐξέπιεν· ὁ δ' ἕτερος ἀρνεῖται τῷ ἀσεβεῖ τὴν ἀνάῤῥωσιν, ὡς ἐκ τῆς εἰρημένης τελευτήσαντι νόσου, καὶ ἀνενεγκόντι ἐκ τοῦ στόματος C σκώληκας. Ὁ μὲν οὖν καθ' ἕνα τρόπων τῶν ἱστορηθέντων βιαίως ἀπέῤῥηξε τὴν ζωήν. Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ (95) τῆς τῶν πιστῶν Ἐκκλησίας προέστη μετὰ Μαρκελλῖνον ἐν ἔτεσι δυσὶ τὴν λειτουργίαν ἐκπλήσαντα Εὐσέβιος, ὃν μετὰ ἐνιαυτὸν θανόντα διεδέξατο Μιλτιάδης. Καὶ ἐπὶ τέσσαρσι προστάντος ἐνιαυτοῖς τῶν ἐν Ῥώμῃ πιστῶν τοῦ Μιλτιάδου, Σίλβεστρος διάδοχος γέγονεν. Ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ μετὰ Τύραννον ἔτος ἐπισκοπήσαντα τρισκαιδέκατον, προεχειρίσθη Βιτάλιος, καὶ τοῦτον ἕκτον ἔτος ἀνύσαντα διεδέξατο Φιλογένης, κἀκείνῳ πέντε ἀνυσθέντων ἐνιαυτῶν, γέγονε Παυλῖνος διάδοχος. Τῶν δ' Ἱεροσολύμων μετὰ Ζάβδαν ἐπὶ δέκατον λελειτουργηκότα ἐνιαυτὸν Ἕρμων ἐκληρώσατο τὸν θρόνον τὸν ἀρχιερατικόν. Τῆς δ' Ἀλεξανδρείας μετὰ τὸν ἱερο- D μάρτυρα Πέτρον, δέκα ἔτεσιν ἐφ' ἑνὶ τὸν τῆς ἀρχιερωσύνης θρόνον κοσμήσαντα, Ἀλέξανδρος τὴν ἀρχιερωσύνην ἔσχηκεν. Ἐν δὲ Ῥώμῃ μετὰ Σίλβεστρον ἐπ' ἔτεσι λελειτουργηκότα εἴκοσι καὶ ὀκτὼ Ἰούλιος προέστη τῆς Ἐκκλησίας ἔτη πεντεκαίδεκα. Μεθ' ὃν Λιβέριος ἕκτον ἤνυσεν ἐνιαυτὸν, κἀκεῖνον διεδέξατο Δάμασος, ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ἐνιαυτοὺς ποιμάνας τοὺς πιστούς· καὶ τοῦτον Σιρίκιος, ἔτη λειτουργήσας ἑκκαίδεκα. Εἶτα προκεχείριστο Ἰννοκέντιος (96), ἐν πεντεκαίδεκα ἐνιαυτοῖς διδάξας τὸν

A nitueral, primum clam per insidias, deinde aperto marte adortus, in fugam vertitur, in qua seipsum interemit. Et hoc modo Maximinum periisse, quidam tradunt. Alii auctores sunt, eum furore quodam contra Christianos grassantem, divinæ vindictæ pœnas dedisse, ulcere gravissimo circa bubonem et pudenda orto, quod instrumenta libidinis ejus consumpserit: nam ex ea putrefactione etiam vermes erupisse, et malum fuisse immedicabile. Medicos autem, qui conatum faciendæ medicinæ statim vetuerint, crudeliter esse jugulatos: qui vero curatione suscepta nihil **646** profecerint, immanissime trucidatos, quod ea præstare non possent, quæ artis facultatem superarent. Sero tandem suspicatum tyrannum, se injustarum cæ- B dium cultorum Christi dare pœnas, ubique edictis propositis persecutionem Christianorum inhiberi, atque illos vivere, ac Deum suo arbitratu colere, et pro ipsius salute vota facere jussisse. Atque hic etiam duplex rumor ortus est. Nam alii tradunt, præter omnem spem eo morbo liberatum, renovasse persecutionem non mutatis moribus, donec poculi quod Dominus manu tenet, fecem exhauserit: alii valetudinem recuperatam negantes, ex eo malo impium decessisse tradunt, ac vermes etiam per os rejecisse. Uno certo ex his modis vitam abrupit. Romæ cœtui fidelium post Marcellinum, duobus annis sacerdotio functum, Eusebius præfuit: cui post annum mortuo, successit Miltiades, C qui cum fidelibus quadriennium præfuisset, Silvestrum successorem reliquit. Antiochiæ post Tyrannum XIII annis episcopatu functum, delectus est Vitalis. Huic post sexennium successit Philogenes; atque is quoque annis V exactis, Paulinum habuit successorem. Hierosolymis post Zabdam, qui ministerium ad decimum annum obiit, Hermon pontificiam sedem est sortitus. Alexandriæ post sanctum martyrem Petrum, qui pontificiam sedem per annos XI ornarat, Alexander pontificatum obtinuit. Romæ Silvestro per annos XXVIII episcopatu functo, Julius Ecclesiæ XV annis præfuit. Post quem Liberius sextum absolvit annum; eique successit Damasus, qui XXVIII annos fideles pavit. Hunc Siricius secutus, annis XVI ministerium obiit. Deinde Inno- D centius est electus, qui populum Domini per annos XV erudiit. Quo mortuo, Zosimus in Ecclesiæ Romanæ solio est collocatus: cui duodecimo anno exacto successit Cœlestinus, qui annis decem in pontificatu claruit, Hujus successor fuit Xystus, qui VIII annos duravit. Deinde Leo in ejus locum suffectus est, qui veram doctrinam per annos XXIV defendit. Leone defuncto, Hilario in sede collocatus est: qui VI annis expletis, electioni Simplicii locum fecit, qui et ipse anno XIX ministerii decessit. **647** In ejus locum introductus est Felix: qui

Variæ lectiones et notæ.

(95) *Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ*. Quæ deinceps adduntur, absunt ab uno e codd. Reg. et Colb., describuntur vero in tribus aliis Reg. atque hæc quidem suppositilia, nec Zonaræ esse videntur.

(96) *Ἰννοκέντιος*. Reg. Ἰνοκέντιος.

nono anno defunctus, Gelasio honorem reliquit per quinquennium fruendum. Post eum Anastasius est electus : qui anno quarto elapso, Symmachum successorem habuit, qui cum annos XII in pontificatu exegisset, Hormisdas est electus, Sed hic quoque decimo anno ministerii mortem obiit. Romanæ vero Ecclesiæ sedes Joannem in triennium suscepit. Post quem Felix Romanis fidelibus præfuit, quatuor annos eo honore gavisus. Deinde Bonifacius per biennium episcopatum gubernavit. Post hunc Agapetus designatus est, qui cum summi pastoris Christi gregem Romanum duobus annis et ipse pavisset, naturæ debitum persolvit. Romæ autem pontifex electus est Silverius : unoque anno pontificatu functus, vitam exegit. Hujus successor Virgilius, cum XVIII annis Ecclesiæ præfuisset, in ejus locum suffectus est Pelagius : qui quinque annis obito ministerio, decessit. Romana vero sedes Joannem in VIII annos suscepit, et post hunc Gregorium in annos XV. Post hunc perpetua sedes eorum qui Romanæ Ecclesiæ præfuerunt, non reperitur. Antiochiæ vero Cœlesyriæ Eustathius Paulino, qui ministerio quinquennium vacarat, successit. Cum Eustathius fideles annos XVIII pavisset, Euphronius per annos VIII ministravit. Post quem Phlacitus XII explevit annos. Deinde Stephanus Arii sectator, Ecclesiæ per triennium se ingessit. Post hunc introductus est Leontius, qui VIII anno episcopatus mortem obiit. Post hunc Antiochenæ Ecclesiæ Eudoxius alterum annum præfuit. Post Eudoxium Arianus quartum annum fuit episcopus. Post hunc Meletius annos XXV. Post hunc Flavianus Christianis annos XXVI præfuit. Deinde Theodotus ministerium suscepit, in eoque annos IV exegit. In hujus locum Joannes introductus, per annos XVIII duravit. Pro Joanne Domnus electus, annos VIII postea vixit. Post quem in Antiochenæ Ecclesiæ thronum Maximus introductus, in eo munere quadriennium vixit: successore Martyrio, qui IX explevit in magistratu annos. Deinde Julianus in ea pontificia sede, annos VI consedit, et Petrum successorem habuit. **648** Cui triennio post Stephanus successit, totidem annos pontificatu functus. In Stephani locum Calandio suffectus est, et huic post quadriennium alius Petrus successit, qui Ecclesiam per triennium gubernavit. Hujus successor exstitit Palladius, decem annis in magistratu exactis. Deinde Flavianus creatus episcopus, XIII annis. Post eum Severus VII annis gubernata Ecclesia, Euphrasio sacram sedem reliquit : cui post annum quintum Ephraimus successit, et in ministerio annos XVIII vixit.

A τοῦ Κυρίου λαόν. Καὶ Ζώσιμος τῷ θρόνῳ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἐνίδρυτο, θανόντος Ἰννοκεντίου. Ὃν δωδέκατον ἠνυκότα ἐνιαυτὸν Κελεστῖνος διεδέξατο, ἐπ' ἔτη τῇ ἀρχιερωσύνῃ δέκα ἐνδιαπρέψας. Τούτῳ Ξύστος διάδοχος γέγονεν, ὄγδοον ἐνιαυτὸν διαρκέσας. Εἶτα Λέων ἀντεισήχθη, τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἀντιποιησάμενος, ἐπ' ἔτεσιν εἴκοσι πρὸς τοῖς τέσσαρσι. Καὶ ἐκλιπόντος τοῦ Λέοντος Ἱλαρίων εἰς τὸν θρόνον ἀνθίδρυτο, ἕκτον ἐκπλήσας ἐνιαυτόν. Ἀνθ' οὗπερ Σιμπλίκιος (97) κεχειροτόνητο, καὶ ἐπὶ ἐννεακαιδέκατον ἔτος τὸ τῆς ποιμαντικῆς καὶ οὗτος λειτούργημα διανύσας, ἐξέλιπε· καὶ ἀντεισῆκτο Φῆλιξ. Ἐννάτῳ δ' ἐνιαυτῷ καὶ οὗτος ἐκλελοιπώς, Γελασίῳ τὴν τιμὴν καταλέλοιπε, πέντε ταύτης ἀπολαύσαντι ἔτη. Μεθ' ὃν Ἀναστάσιος ἐπελέγη. B Μετὰ τέταρτον δὲ καὶ οὗτος ἐνιαυτὸν ὑπὸ Συμμάχου διεδέχθη. Οὗ δυοκαίδεκα ἐνιαυτοὺς ἐπὶ τῇ ἀρχιερωσύνῃ διαγαγόντος, Ὁρμίσδας ἐξείλεκτο. Δεκάτῳ δὲ καὶ οὗτος ἐνιαυτῷ τὸ λειτούργημα διανύσας, κατέλυσε τὴν ζωήν, καὶ Ἰωάννην ὁ θρόνος τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας διεδέξατο ἐπὶ τριετίαν. Μεθ' ὃν Φῆλιξ τῶν ἐν Ῥώμῃ προέστη πιστῶν, τετραετίαν τῆς τιμῆς ἀπολαύσας. Εἶτα Βονιφάτιος ἐπὶ διετίαν τῆς προστασίας ἠξίωτο, καὶ ἐπὶ τούτῳ Ἀγαπητὸς (98) προκεχείριστο. Δύω δὲ καὶ οὗτος ἐνιαυτοὺς ποιμάνας τὸ ἐν Ῥώμῃ τοῦ ἀρχιποιμένος Χριστοῦ ποίμνιον, ἀπέτισε τὸ χρεών, καὶ ἐχειροτονήθη Ῥώμης ἀρχιερεὺς Σιλβήριος. Ἕνα δὲ καὶ οὗτος ἀρχιερατεύσας ἐνιαυτὸν τὴν ζωὴν ἐξεμέτρησε. C Καὶ τούτῳ διάδοχος Βιγίλιος γέγονεν. Ὀκτωκαιδέκατον δὲ τούτου ἔτος διηνυκότος ἐν τῇ ἀρχῇ, ἀνθῃρέθη Πελάγιος. Ὅς, πέμπτον ἐνιαυτὸν τῇ λειτουργίᾳ ἐσχολακώς, ἀπῆλθε, καὶ Ἰωάννην ἡ ἀρχιερατικὴ καθέδρα τῶν Ῥωμαίων ἐδέξατο ἐπὶ χρόνοις ὀκτώ, καὶ μετὰ τοῦτον Γρηγόριον ἐπὶ πεντεκαίδεκα. Μεθ' ὃν οὐκέτι κατὰ συνέχειαν οἱ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας προστάντες εὕρηνται. Ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ τῇ κατὰ Κοίλην Συρίαν τὸν Παυλῖνον ἔτη πέντε τῇ λειτουργίᾳ σχολάσαντα Εὐστάθιος διεδέξατο, καὶ τοῦ Εὐσταθίου ἐπ' ἔτη ποιμάναντος τοὺς πιστοὺς ὀκτωκαίδεκα, Εὐφρόνιος ἐλειτούργησεν ἔτος ὄγδοον. Μεθ' ὃν Φλάκιτος δωδέκατον ἤνυσεν ἔτος· εἶτα Στέφανος αἱρεσιώτης Ἀρείου παρεισεφθάρη τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπὶ τρίτον ἐνιαυτόν, καὶ μετὰ τοῦτον εἰσῆκτο Λεόντιος. D Ὄγδοον δὲ καὶ οὗτος ἔτος ἐπισκοπήσας, κατέλυσε τὴν ζωήν, καὶ ἐπὶ τούτῳ προέστη τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας Εὐδόξιος ἔτος δεύτερον, καὶ ἐπὶ τῷ Εὐδοξίῳ Ἀῤῥιανὸς ἐπεσκόπησεν ἔτος τέταρτον. Καὶ μετὰ τοῦτον Μελέτιος, ἐνιαυτοὺς εἴκοσιν ἐπὶ πέντε. Μεθ' ὃν Φλαβιανὸς προέστη τῶν Χριστωνύμων ἐπ' ἔτεσιν εἴκοσι πρὸς τοῖς ἕξ. Εἶτα Θεόδοτος τὴν λειτουργίαν διεδέξατο, καὶ τετραετίαν ἤνυσε. Καὶ ἀντὶ τούτου Ἰωάννης εἰσήχθη, καὶ διήρκεσεν ἐπ' ἔτος ὀκτωκαιδέκατον. Ἀντὶ δὲ Ἰωάννου Δόμνος κεχειροτόνητο, ἐπιζήσας τῇ χειροτονίᾳ ὄγδοον ἔτος· καὶ ἀνθιδρύθη τῷ θρόνῳ τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας Μάξιμος, ἐπ' ἐνιαυτοὺς ἐπιμείνας τῇ προστασίᾳ τέσσαρας. Ὃς ὑπὸ Μαρτυρίου διεδέχθη, ἔννατον καὶ τούτου τῇ ἀρχῇ διανύσαντος ἔτος. Ἰουλιανὸς δ' ἔπειτα εἰς τὴν ἀρχιερατικὴν ταύτην καθέδραν ἐκάθισεν ἐπὶ ἕκτον ἐνιαυτόν, καὶ

Variæ lectiones et notæ.

(97) *Σιμπλίκιος*. Reg. Συμπλίκιος.

(98) *Ἀγαπητός*. Reg. Ἀγαπητικός. Melius alii.

οὗτος ἔσχε Πέτρον διάδοχον. Ὃν μετὰ τριετῆ χρόνον Στέφανος διεδέξατο, ἰσαρίθμους ἀρχιερατεύσας ἐνιαυτούς. Τῷ δὲ Στεφάνῳ Καλανδίων (99) ἐγένετο ἔφεδρος. Καὶ τούτῳ μετὰ τετραετίαν Πέτρος ἄλλος ἐφήδρευσε, τριετῆ χρόνον τὴν Ἐκκλησίαν κατεσχηκώς. Οὗ διάδοχος Παλλάδιος γέγονε, δεκαετίαν ἀνύσας ἐν τῇ ἀρχῇ. Εἶτα Φλαβιανὸς ᾑρέθη, ἐπὶ δέκα καὶ τρεῖς ἀρχιερατεύσας ἐνιαυτούς. Μεθ' ὃν Σευῆρος ἕβδομον λειτουργήσας ἐνιαυτὸν ἀφῆκεν Εὐφρασίῳ τὴν καθέδραν τὴν ἱεράν. Ὃν μετὰ πέμπτον ἔτος Ἐφραΐμιος διεδέξατο· ὀκτὼ δ' ἐπὶ δέκα χρόνους ἐπεβίω οὗτος τῷ λειτουργήματι.

LIBER DECIMUS TERTIUS.

α'. Οὕτω μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, τῆς τοῦ πατρὸς A βασιλείας ὁ μέγας Κωνσταντῖνος διάδοχος γέγονεν, ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος καὶ ἐν ὀρθοδόξοις ἐπισημότατος. Ὃς ἐκ τῆς μακαρίας Ἑλένης γεγένητο τῷ πατρὶ, περὶ ἧς διαφωνοῦσιν οἱ συγγραφεῖς, καὶ παρ' αὐτοῖς τὰ περὶ ταύτης οὐχ ὡμολόγηται. Οἱ μὲν γὰρ τῷ Κωνσταντίῳ νόμῳ γάμου φασὶν αὐτὴν συνοικεῖν, ἀποπεμφθῆναι δὲ, τοῦ Μαξιμιανοῦ Ἑρκουλίου, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται, τὴν οἰκείαν παῖδα τὴν Θεοδώραν τούτῳ κατεγγυήσαντος, καὶ ἀναδείξαντος Καίσαρα. Οἱ δὲ οὐ γαμετὴν νόμιμον αὐτὴν γενέσθαι τοῦ Κωνσταντίου ἱστόρησαν, ἀλλὰ πάρεργον ἐρωτικῶν ἐπιθυμιῶν, καὶ ἐξ ἐκείνου τοῦτον δὴ συλλαβέσθαι τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον. Διαδεξάμενος δὲ τὴν βασιλείαν τὴν πατρικὴν ἦρχε τῆς Βρεταννίας B τε καὶ τῶν Ἄλπεων, καὶ ἐπὶ ταύταις τῶν Γαλλιῶν, ἔτι τῇ τῶν Ἑλλήνων θρησκείᾳ προσκείμενος, καὶ τοῖς Χριστιανοῖς ἀντικείμενος, παρὰ Φαύστης τῆς γαμετῆς εἰς ζῆλον τῆς τῶν εἰδώλων τιμῆς ἐκκαλούμενος. Θυγάτηρ δ' ἦν ἡ Φαύστα τοῦ Μαξιμιανοῦ. Αὐτὸς γὰρ καὶ ὁ πατὴρ ἀδελφαῖς συνῴκουν δυσί. Τριῶν δ' ὄντων τῶν βασιλέων, αὐτοῦ τε Κωνσταντίνου καὶ Λικινίου καὶ Μαξεντίου, ὃς ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἐκράτει ὁ Μαξέντιος· οὗτος οὐχ ὡς βασιλεὺς, ἀλλ' ὡς τύραννος ἄντικρυς διῆγε, πλεῖστα δεινὰ καὶ ἄτοπα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ τυραννουμένοις ἐπάγων, ὡς ἤδη μοι ἀναγέγραπται. Ἃ μὴ φέροντες οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ διαπέμπονται πρὸς τὸν Κωνσταντῖνον ἀπαλλάξαι σφᾶς τῆς τυραννίδος τοῦ Μαξεντίου δεόμενοι. Ἐντεῦθεν πρὸς καθαίρεσιν αὐτοῦ διανίσταται, C καὶ στρατεύει, καὶ πρὸς τὴν Ῥώμην χωρεῖ. Ὁ δέ γε Μαξέντιος ἐπιπολὺ μὲν ἐντὸς καθῆστο τειχῶν, μὴ ἀντεπεξιὼν τοῖς πολιορκοῦσιν αὐτὸν, ὥστε καὶ διὰ τοῦτο σκώμματα κατ' αὐτοῦ ὑπό τινων πεποιῆσθαι. Ὀψὲ δέ ποτε ἀντιπαρετάξατο γοητείαις κεχρημένος, καὶ δι' ἀνατομῆς βρεφῶν μαντευόμενος, καὶ ἄλλα πράττων ἀθέμιτα, ἃ δέος ἐνεποίουν τῷ Κωνσταντίνῳ. Ἀγωνιῶντι γοῦν διὰ ταῦτα, τύπος αὐτῷ σταυρικὸς μεσούσης ἡμέρας δι' ἀστέρων (1) ἐφάνη κατ' οὐρανὸν, καὶ γραφὴ περὶ τὸν σταυρὸν (2) Ῥωμαϊκοῖς στοιχείοις, δι' ἀστέρων

I. Sic igitur, ut dictum est, Constantinus Magnus regni paterni successor exstitit, imperator perpetua memoria dignus, et inter orthodoxos illustrissimus. Eum ex beata Helena procreavit pater, de qua dissentiunt historici. Nam alii legitimo conjugio nuptam fuisse Constantio, ac dimissam, cum Maximianus Herculius, ut ante dictum est, filia Theodora desponsa, Cæsarem eum designasset. Alii non matremfamilias, sed concubinam, formæ gratia Constantio conciliatam, Constantinum ei peperisse tradiderunt. Qui suscepto paterno regno, Britanniæ, Alpibus et Galliis imperavit, gentilium adhuc religioni addictus, et Christianis infestus, Fausta uxore ad simulacrorum cultum eum provocante. Fuit autem Fausta Maximiani filia. Nam ipse et pater duas sorores in matrimonio habuerunt. Cum vero tres essent imperatores, Constantinus, Licinius, et Maxentius: hic Romæ et in Italia rerum potiens, non regem agebat, sed plane pro tyranno se gerebat, importune **2** et crudeliter in eos grassando, quibus dominabatur: quemadmodum jam a me perscriptum est. Quæ Romani haud ferenda rati, legatos ad Constantinum miss̄itant, ut Maxentii tyrannide se liberet, supplicantes. Iis precibus ad pellendum illum commotus, Romam versus cum exercitu proficiscitur. Maxentius vero, cum diu intra mœnia se contineret, nec in aciem contra eos, a quibus obsidebatur, descenderet, salibus a nonnullis incessebatur. Sed tandem educit exercitum, præstigiis quibusdam usus: et præter alia nefanda, ex infantium dissectione captatis auguriis. Quibus Constantino perterrito, et animo æstuanti, figura crucis circa meridiem stellis informata in cœlo apparuit: et scriptura circa crucem, Romanis litteris, et ipsa per stellas expressa, *In hoc vince*. Statim igitur cruce ex auro, ad formam quam viderat, facta, et exercitui suo præferri jussa, commisso prælio Maxentium vincit, majore copiarum illius parte cæsa, cæteris in fugam versis; inter quos et ipse Maxentius pontem Milvium transiturus, equo lapso, in Tiberim præcipitatus, submergitur. Et

Variæ lectiones et notæ

(99) *Καλανδίων*. Wolfius Καλαυδίων, perperam D ediderat: ita enim a scriptoribus passim appellatur.

(1) *Δι' ἀστέρων*. V. p. 11, 2 edit.

(2) *Περὶ τὸν σταυρόν*. Id ex Eusebio tradit Zonaras; at Lactantius, in libro *De mortibus persecuter.* scribit *commonitum fuisse in quiete Constantinum, ut cœleste signum Dei notaret in scutis atque ita prælium committeret: fecisseque ut jussus erat, et transversam X litteram, summo capite circumflexo, Christum*

hic illius fuit exitus. Cujus tyrannide Romani liberati, portis apertis Constantinum splendide exceperunt, ut liberatorem urbis lætis acclamationibus celebrantes: decreta in foro statua, quam ille ita fieri jussit, ut formam crucis manu teneret: edictoque vetuit ne, ob religionem, ii qui Christum pro Deo colerent, plecterentur. Sic Italia, et ipsa Roma ejus imperio adjuncta, cum Licinio, cui soror ejus nupta erat, imperium tenuit. Is cum Maximini et filium et filiam occidisset, jam uterque alteri suspectus, sublato altero, se solum imperio potiturum putabat, nemine alio id sibi vendicaturo. Ac nonnulli sic potitum esse Licinium parte Galerii asserunt, socium ab illo ascitum, ut dictum est. Nonnulli, in Constantini gratiam, cum sororem ei despondisset, a militibus Cæsarem salutatum, et ab ipso contra Maximinum missum, eoque victo et profligato, regno illius donatum esse, ea conditione, ut ne Christianos violaret: qua ille neglecta, non minus, ac potius magis, quam decessores sui, in Christianos insanierit, nullo extremæ crudelitatis genere prætermisso. **3** Ad alias igitur dissensionis eorum causas etiam hanc accessisse. Proinde Constantinus, ducto contra Licinium exercitu, et sæpe commissa pugna, denique vincit. Sed propter sororem reconciliatus, imperium ei certis conditionibus restituit. At ille, cum, ut homo perfidus, pactis non stetisset, a Constantino denuo superatus, Byzantio et Chrysopoli captis, Nicomediam fugit. Tum soror Constantinum rogat ut marito reddat imperium; quo non impetrato, salutem illius a fratre exorat. Itaque Licinius plebeio habitu imperatorem adit, ac Thessalonicæ privatam vitam agere jubetur. Id factum accusabant milites, quod homini perfido, qui fœdera sæpius rupisset, parceretur. Quare imperator eam rem per litteras ad senatus judicium refert. A quo alii cum militibus, ipsorum arbitratu tractandum, esse deditum, ac Thessalonicæ, aut prope Serras, nescio quo euntem, interfectum: alii, nec dum ibi degeret, quievisse, sed tyrannidem affectasse tradunt, quo cognito imperator eum occidi jusserit. Ferunt Constantinum in præliis cum illo et Maxentio commissis, vidisse armatum equitem, signum crucis pro vexillo ante aciem suam præferentem: ac rursus Adrianopoli, duos ei visos adolescentes, qui hostium phalanges cæderent. Item circa Byzantium noctu omnibus dormientibus, conspectum ab eo ignem, qui, fulguris instar, vallum exercitus sui collustra-

A sed his quoque non minorem impendisse operam, quam armis; itaque Il et in disserendo acutum exstitisse, ac nescio quam veluti magicam orationis illius vim aures hominum demulsisse. — Scribitur et osor improborum fuisse: ac dicere solitus, imperatorem nemini omnium, ne suis quidem propriis membris, parcere debere, publicæ tranquillitatis conservandæ causa; et humanus erga eos, qui a malitia discederent. Membrum enim ægrum ac putridum resecandum, ne sana etiam inficeret; non autem id quod vel in integrum esset restitutum, vel certe consanesceret.

Ε'. Καὶ ὁ μὲν τρισόλβιος (25) βασιλεὺς ἐκεῖνος πρὸς τὰς αἰωνίους μετετέθη σκηνάς. Ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονία (26) εἰς τοὺς τρεῖς ἐκείνου παῖδας μεμέριστο ξύμπασα· ὡς μέν τινες συνεγράψαντο, παρὰ τοῦ πατρὸς σφίσι διανεμηθεῖσα, ὡς δ᾽ ἕτεροι, καθ᾽ ἑαυτοὺς ταύτην αὐτῶν διελομένων, μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τοῦ πατρός. Οὕτω δ᾽ ἱστόρηται προβῆναι παρὰ σφίσιν ἡ διανέμησις· τῷ μὲν Κώνσταντι προσκληρωθῆναι τὴν Ἰταλίαν, καὶ τὴν Ῥώμην αὐτήν, τήν Ἀφρικήν τε καὶ Σικελίαν, καὶ τὰς λοιπὰς τῶν νήσων, ἀλλὰ μέντοι καὶ τὸ Ἰλλυρικόν, καὶ τὴν Μακεδονίαν, καὶ σὺν τῇ Ἀχαΐᾳ τὴν Πελοπόννησον· τῷ δὲ Κωνσταντίνῳ τὰς Κοττίας Ἄλπεις σὺν ταῖς Γαλλίαις προσνεμηθῆναι (Κόττιαι δὲ (27) ὠνομάσθησαν ἀπὸ Κοττίου βασιλέως τῶν τόπων τούτων γενομένου), καὶ τὸ Πυρηναῖον κλίμα, μέχρι τῶν Μαύρων τῶν τῷ πορθμῷ διωρισμένων τῷ τοῦ Ὠκεανοῦ· τῷ Κωνσταντίῳ δὲ λάχος (28) γενέσθαι, ὅσα κατὰ τὴν ἑῴαν μοῖραν ἦσαν Ῥωμαίοις ὑπήκοα,

B V. Imperatore illo beatissimo in æterna tabernacula translato, imperium Romanorum inter tres illius filios est divisum, vel ab ipso, ut quidam scribunt: vel, eo defuncto, ex ipsorum consensu, ad hunc modum. Constanti attributam esse Italiam, et Romam ipsam, Africam, Siciliam, cum reliquis insulis, atque etiam Illyricum, Macedoniam, et cum Achaia Peloponesum. Constantino Alpes Cottias, quæ nomen habere dicuntur a Cottio illius loci quondam rege, cum Galliis, et tractum Pyrenæi usque ad Mauritaniam, Oceani angusto freto, diremptam ab Hispaniis. Constantio ea obvenisse, quæ in orientali parte Romanæ ditionis erant, et Thraciam cum urbe paterna. Post hanc regnorum partitionem, Constantius in Orien- C tem se contulit, ad Persarum arma reprimenda. Nam eorum dux Sapores, audita Constantini Magni morte, Romanas provincias continentibus populationibus et direptionibus infestabat. Interea

Variæ lectiones et notæ.

(24) *Ἔτι ζῶντα εὑρών.* Solus Zonaras Constantium Cæsarem, qui tunc erat Antiochiæ, vivente adhuc patre supervenisse scribit, eoque mortuo funus magnificentissimum duxisse, ut observat Henricus Valesius ad lib. IV Eusebii *De Vita Constantini*, cap. 70.

(25) *Καὶ ὁ μὲν τρισόλβιος.* Scribit Henricus Valesius in Notis ad lib. XVI Marcellini, in Constantini filiorum Historia solito diligentiorem fuisse Zonaram: quod viri doctissimi judicium hic apponendum duxi.

(26) *Ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονία.* Partitionem imperii Constantiniani inter illius filios ita prosequitur Scriptor Vitæ S. Artemii MS.: Ἄρτι τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου τὸν βίον ἀπολιπόντος, εἰς τρεῖς ἀρχὰς ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐξουσία διεμερίσθη, τῶν υἱῶν αὐτοῦ Κωνσταντίνου, Κωνσταντίου τε καὶ Κώνσταντος ταύτας διελομένων· καὶ τῷ μὲν πρώτῳ Κωνσταντίνῳ αἱ ἄνω Γαλλίαι καὶ τὰ ἐπέκεινα Ἄλπεων, αἵ τε Βρεττανικαὶ νῆσοι, καὶ ἕως τοῦ ἑσπερίου Ὠκεανοῦ κλῆρος ἐδόθησαν. Τῷ δὲ Κώνσταντι ὡς ὑστάτῳ αἱ κάτω Γαλλίαι, ἤγουν αἱ Ἰταλίαι, καὶ αὐτὴ ἡ Ῥώμη. Ὁ δὲ Κωνστάντιος ὁ δεύτερος τῶν Κωνσταντίνου υἱῶν, ὃς ἦν ἐπὶ τῶν τῆς ἑῴας τότε πραγμάτων πρὸς τοὺς Πέρσας ἀγωνιζόμενος, τὸ τῆς ἀνατολῆς ἀσπάζεται μέρος, καὶ τὸ Βυζάντιον μετονομασθὲν εἰς Κωνσταντινούπολιν καὶ Νέαν Ῥώμην, ποιεῖται βασίλειον, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ Ἰλλυρικοῦ μέχρι τῆς Προποντίδος ὁπόσα ὑπήκοα Ῥωμαίοις, τήν τε Συρίαν καὶ Μεσοποταμίαν, καὶ Αἴγυπτον, καὶ τὰς νήσους ἁπάσας τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ καὶ πολιτείᾳ D ὑποτελῆ καθίστησι. Vide Constantinum, lib. II *De Themat.* cap. 9 et alios passim scriptores.

(27) *Κόττιαι δέ.* De Alpibus Cottiis, et rege Cottio, illiusque regno multa habent Simlerus in Comment. de Alpibus; Cluverius, lib. I *Italiæ antiq.* cap. 12 et 32, et alii passim.

(28) *Τῷ Κωνσταντίῳ δὲ λάχος.* Eunapius, in *Ædesio*, p. 44: Διαδεξάμενος δὲ ὁ Κωνστάντιος τὴν βασιλείαν, καὶ κληρωθείς, ἴσα γε ἐκληρώθη, ταῦτα δὲ ἦν τὰ ἐξ Ἰλλυριῶν εἰς τὴν Νεβίαν καθήκοντα.

Constantinus cum Constante ob partitionem provinciarum expostulat, petens, ut aut parte regni sibi cedat, aut partitio de integro instituatur. Cum autem ille priore divisione niteretur, et quæ obvenerant tueretur, neque fratri vel minimum concederet: Constantinus, armis arreptis, provincias Constantis invadit. Qui tum in Dacia agens, motu illo cognito, duces cum exercitu contra eum mittit, ipse mox cum majoribus copiis secuturus. Qui missi erant, cum parum a Constantino abessent, insidias locant: pugnaque inita, fugam simulant. Quos, dum Constantini milites persequuntur, qui in insidiis collocati fuerant, a tergo invadunt. Sic fugientibus **12** etiam conversis, in medio duorum exercituum intercepti, magna ex parte cadunt, ipso etiam Constantino interfecto. Nam equo vulnerato, et ex vulnere efferato, sella excussus, multis vulneribus conficitur: neque voti compos factus, et quia injuriæ fuerat auctor, præter jacturam sui imperii vita etiam privatus. Sic occidentali regno ad unum Constantem devoluto, is etiam nefandis amoribus implicatus, et perversam vitæ rationem secutus, insidiis Magnentii miserabiliter periit: quem Magnentium e militum seditione, strictis jam gladiis in necem ejus ruentium, eripuerat. Dum hæc geruntur, Constantius in Oriente, cum Persarum rege Sapore pugnat, filio Narsei, verum ex ignobili muliere procreato. Nam is e principe uxore tres filios susceperat, Adanarsem, Hormisdam, et tertium quemdam. Defuncto Narseo, Adanarses natu maximus in imperio succedit. Sed ex nimia crudelitate et inhumanitate odio Persarum suscepto, regno excidit. Cujus atrocis ingenii specimen quoddam est proferendum. Aliquando patri ejus tentorium Babylone allatum est, e variis illius loci pellibus confectum. Quod modo extensum, dum Narses contemplatur, rogat Adanarsem puerum adhuc, ut placeat? Tum ille: *Ubi*, inquit, *regno potitus fuero, pulchrius tentorium ex humanis pellibus conficiam*. Sic ab ipsa infantia immanitatem suam declarabat. Eo igitur pulso, Sapori regnum est delatum: qui statim fratrem alterum oculis privat, Hormisdam vinctum in custodia tenet. Cæterum mater, et uxor illius, custodibus pecunia delinitis, ad visendum cum admissæ, limam illi dederunt, qua ferrea vincula dissecaret: et quid deinceps faciendum esset, monuerunt, paratis equis et fugæ comitibus.

A καὶ πρὸς τούτοις τὴν Θρᾴκην σὺν τῇ πόλει τῇ πατρικῇ (29). Οὕτω δὲ τοῦ μερισμοῦ τῆς ἀρχῆς προβάντος, ὁ μὲν Κωνστάντιος εἰς τὴν ἑῴαν ἐχώρησεν, ἐκστρατεύων κατὰ Περσῶν (30). Ὁ γὰρ τούτων ἡγεμονεύων Σαπώρης (31) τὸν θάνατον τοῦ μεγάλου γνοὺς Κωνσταντίνου, κατὰ τῶν ὑπὸ Ῥωμαίους τελούντων ἐπιὼν καὶ ληϊζόμενος οὐκ ἐπαύετο. Ὁ δὲ Κωνσταντῖνος τῷ Κώνσταντι ἐπεφύετο, τὴν διανέμησιν τῶν χωρῶν αἰτιώμενος· καὶ ἢ παραχωρῆσαι μέρους αὐτῷ τῆς ἀρχῆς ἀπαιτῶν, ἢ ἀναδάσασθαι τὰς βασιλείας ἄμφω ζητῶν. Ὡς δ' ἐκεῖνος τῆς ἤδη γεγονυΐας διανεμήσεως εἴχετο, καὶ τῶν αὐτῷ προσκληρωθέντων ἀντείχετο, καὶ οὐδὲ τοῦ βραχίστου παρεχώρει τῷ ἀδελφῷ, ὅπλα κατ' αὐτοῦ ἦρεν ὁ Κωνσταντῖνος καὶ ἐπῆλθε τῷ λάχει τοῦ Κώνσταντος. B Ὁ δὲ ἐν Δακίᾳ ἀποδημῶν, καὶ τὴν κίνησιν τοῦ Κωνσταντίνου μαθὼν, στράτευμα κατ' αὐτοῦ πέμπει καὶ στρατηγοὺς, καὶ αὐτὸς ὅσον ἤδη μετὰ πλείονος στρατοῦ ἐπιστῆναι ἐπαγγειλάμενος. Οἱ γοῦν πεμφθέντες ἐγγὺς τοῦ Κωνσταντίνου γενόμενοι λόχους καθίζουσι· καὶ συμβαλόντες αὐτῷ φεύγειν ὑπεκρίνοντο. Τῶν δὲ τοῦ Κωνσταντίνου διωκόντων αὐτοὺς, ἐξόπισθεν αὐτῶν οἱ λοχῶντες αὐτοὺς γενόμενοι, κατὰ νώτων αὐτοῖς ἐπιτίθενται. Καὶ οἱ φεύγοντες ἐπιστραφέντες, μέσον περιέσχον αὐτούς. Καὶ πολὺ τῆς τοῦ Κωνσταντίνου διέφθαρτο στρατιᾶς, κἀκεῖνος αὐτός. Τοῦ γὰρ ἵππου τρωθέντος αὐτοῦ καὶ διὰ τὸ τραῦμα σφαδάζοντος καὶ ἀνασκιρτῶντος, ἐκπέπτωκε τῆς ἕδρας ὁ Κωνσταντῖνος καὶ ἀνῃρέθη, πολλὰ δεξάμενος τραύματα, οὔτε τυχὼν τῆς ἐφέσεως, καὶ ὅτι C ἀδίκων ἦρξε, καὶ τὴν οἰκείαν τῆς ἀρχῆς μοῖραν ἀποβαλὼν, καὶ αὐτὴν προσζημιωθεὶς τὴν ζωήν. Καὶ γέγονεν ἡ τῆς ἑσπερίου λήξεως ἐπικράτεια ὑφ' ἑνὶ μὲν Κώνσταντι (32) βασιλεῖ. Εἶτα κἀκεῖνος εἰς ἀλλοκότους ἐκκυλισθεὶς ἔρωτας καὶ ἐκδεδιῃτημένην ζωὴν ὑπὸ Μαγνεντίου ἐπεβουλεύθη, καὶ ἀθλίως ἀπώλετο, Μαγνεντίου, ὃν ἐκεῖνος ἐκ στάσεως στρατιωτικῆς περιέσωσε κινδυνεύοντα, ἤδη τῶν στρατιωτῶν κατ' ἐκείνου τὰ ξίφη ἠρκότων, καὶ διαχειρίσασθαι αὐτὸν ὡρμηκότων. Ὁ Κωνστάντιος δὲ περὶ τὴν ἑῴαν διατρίβων τοῖς Πέρσαις ἐμάχετο, Σαπώρου (33) τοῦ ἔθνους, ὡς εἴρηται, βασιλεύοντος· ὃς Ναρσῇ μὲν ἦν υἱὸς, οὐ μέντοι ἐξ ἐπισήμου γυναικός. Ἐκ γὰρ τῆς πρωτευούσης τῶν αὐτοῦ γυναι- D κῶν τρεῖς ἐγένοντο τῷ Ναρσῇ παῖδες, Ἀδανάρσης καὶ Ὁρμίσδας καὶ τρίτος ἕτερος. Τελευτήσαντος δὲ Ναρσοῦ, ὁ πρεσβύτερος τῶν τριῶν τούτων Ἀδανάρσης τῆς ἀρχῆς διάδοχος γέγονεν. Ὠμὸς δὲ λίαν

Variæ lectiones et notæ.

(29) *Καὶ πρὸς τούτοις τὴν Θρᾴκην σὺν τῇ πόλει τῇ πατρικῇ*. Errasse Victorem, qui Thraciam Constanti postremo ex Constantini filiis obvenisse scribit, pridem observatum ab aliis.

(30) *Κατὰ Περσῶν*. Qui Antiochiam circumsederant et ceperant, ut est apud Eunapium in *Ædesio*.

(31) *Ὁ Σαπώρης*. De hac Saporis expeditione, et Nisibi a Persis obsessa, agunt Philostorgius, l. III, c. 24; Ammianus, *Chron. Alexand.* p. 672, 674, 676; Theophanes p. 28, 32, et alii passim.

(32) *Ὑφ' ἑνὶ Κώνσταντι*. Res gestas a Constante scripsit Eustochius Cappadox Sophista, ut est apud Eudociam Augustam in Ioniis mss. ἔγραψε τὰ κατὰ Κώνσταντα τὸν βασιλέα, etc. ubi apud Suidam perperam omissa vox τά.

(33) *Σαπώρου*. Vide Zosimum lib. II, ubi et de Hormisdæ ad Constantium fuga, de qua etiam Ammianus, lib. XVI, p. 74. Narsei vero mentio est apud Eutropium, Theophanem, et alios. De Hormisda agimus pluribus in Constantinopoli.

τυγχάνων καὶ ἀπηνής, κἀντεῦθεν μισούμενος ὑπὸ A τῶν Περσῶν τῆς βασιλείας ἐκπέπτωκεν. Εἰρήσθω δέ τι καὶ τῆς ἐκείνου γνωμικῆς ὠμότητος γνώρισμα. Σκηνή ποτε τῷ πατρὶ αὐτοῦ διεκομίσθη ἐκ Βαβυλῶνος, δέρμασιν ἐγχωρίοις (34) ποικιλώτερον εἰργασμένη. Ταύτην οὖν ἐκταθεῖσαν ἄρτι θεώμενος ὁ Ναρσῆς ἠρώτησε τὸν Ἀδανάρσην (34'), παιδίον ἔτι τυγχάνοντα, εἰ ἀρέσκει αὐτῷ ἡ σκηνή; Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· *Εἰ κρατήσει τῆς βασιλείας, κρείττω ταύτης ποιήσειν ἐξ ἀνθρώπων δορᾶς*. Οὕτω νηπιόθεν ἐνέφαινε τὴν ὠμότητα. Τούτου τοίνυν οὕτω τῆς βασιλείας ἐκπεπτωκότος, Σαπώρης εἰς τὴν ἀρχὴν ἀντεισῆκτο. Καὶ ὃς εὐθὺς τὸν μὲν ἕτερον τῶν ἀδελφῶν ἐξετύφλωσε· τὸν Ὁρμίσδαν δὲ δεσμήσας ἔμφρουρον εἶχεν. Ἡ δέ γε μήτηρ ἐκείνου καὶ ἡ γυνὴ χρήμασι δεξιωσάμεναι τοὺς φρουρούς, εἰς ἐπίσκε- B ψιν ἐκείνου παρεχωρήθησαν εἰσελθεῖν. Καὶ εἰσελθοῦσαι ῥίνην (35) αὐτῷ παρέσχον, ἵνα ταύτῃ τὰ σιδήρεα διακόψῃ δεσμά, ὑποθέμεναι καὶ ὅσα δέοι μετὰ ταῦτα ποιεῖν, ἵππους τε αὐτῷ καὶ τοὺς συναποδράσοντας ἑτοιμάσασαι. Εἶτα τοῖς φρουροῖς ἡ ἐκείνου σύνευνος δεῖπνον παρέθετο δαψιλές· οἱ δὲ καὶ βρωμάτων ἐμφορηθέντες, καὶ τοῦ ἀκράτου σπάσαντες ἀκρατέστερον, ἐλήφθησαν ὕπνῳ βαρεῖ. Ὁ δ' Ὁρμίσδας κοιμωμένων ἐκείνων, καὶ τὰ δεσμὰ τῇ ῥίνῃ διέκοψε, καὶ τῆς φρουρᾶς ἐξελθὼν ᾤχετο, καὶ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἀπέδρα, καὶ ὑπεδέχθη φιλοτιμότατα. Ὁ δὲ Σαπώρης ἐῴκει τῇ φυγῇ ἐκείνου ἐφήδεσθαι, οἷα τὸν ἐξ ἐκείνου ἀποσκευασάμενον φόβον, οὐ μόνον ἐκδοθῆναί οἱ τὸν φυγάδα οὐκ ἐξεζήτησεν, ἀλλὰ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐντίμως ἐξέπεμψεν. Ἦν δὲ ὁ Ὁρμίσδας καὶ πολὺς τὴν ἰσχύν, καὶ ἀκοντιστὴς περιδέξιος ὡς ἐν τῷ πάλλειν κατά τινος τὸ ἀκόντιον λέγειν ὅπου βαλεῖ τὸν πολέμιον. Οὗτος τοίνυν τῷ Κωνσταντίῳ κατὰ τῶν ὁμοφύλων συνεστρατεύετο, ἄρχειν ταχθεὶς ἱππέων ἴλης πολλῆς. Ὁ βασιλεὺς δὲ Κωνστάντιος πολλάκις τοῖς Πέρσαις συμβαλὼν τὴν ἥττονα μοῖραν εἶχε, καὶ πολλοὺς τῶν οἰκείων ἀπέβαλε, καὶ τῶν Περσῶν δὲ πλεῖστοι πεπτώκασι, καὶ αὐτὸς ὁ Σαπώρης ἐτέτρωτο.

Deinde uxor ejus custodibus opiparam cœnam apponit. Illi et epulis distenti, et mero obruti, in profundum somnum delabuntur. Quibus dormientibus, Hormisdas et vincula rumpit, et castello elapsus, a Romanis honorificentissime suscipitur. At Sapor fuga ejus lætari se ostendebat, ut metu ab eo imminente liberatus. Nam exsulem non modo dedi sibi non postulavit, sed uxorem etiam honorifice ad eum misit. Erat autem Hormisdas, et magni **13** roboris, et jaculator adeo peritus, ut dum jaculum vibrabat, prædiceret, qua parte hostem percussurus esset. Hic igitur Constantio contra populares suos navat operam, multis equitum turmis præfectus. Verum Constantius imperator, sæpe cum Persis congressus, inferior recedebat, multis suorum amissis : ceciderunt etiam Persarum plurimi, Sapore ipso vulnerato.

ϛ'. Οὕτω μέντοι τῶν ἐπὶ Πέρσας πολέμων συν- C ενεχθέντων τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίῳ, μαθὼν ταῦτα Μαγνέντιος ὃς ἐκ πατρὸς μὲν γεγένητο Βρεττανοῦ, ἐν τοῖς προτίκτορσι δ' ἐστρατεύετο, εἶτα καὶ κόμης ὠνομάσθη ταγμάτων δύο Ῥωμαϊκῶν, τυραννῆσαί τε καὶ πρώην ἐπιθυμῶν, τότε μᾶλλον ἔθετο τῷ σκοπῷ, ὅτι ἀτυχοῦντα περὶ τὸν Περσικὸν πόλεμον ἤκουε τὸν Κωνστάντιον. Καὶ εὐκαιρίαν ἔκρινε τηνικαῦτα τοῦ ἐπικεχειρηκέναι τῇ τυραννίδι· καὶ πλασάμενος τὰ ἑαυτοῦ ἑορτάζειν γενέθλια ἐν Αὐγουσταλίῳ τῇ πόλει (36) συνεκάλεσε τοὺς ἐξόχους τῆς πόλεως, τοῦ συμποσίου αὐτῷ συμμεθέξοντας, τοὺς μὲν καὶ συνίστορας αὐτῷ τοῦ σκοποῦ, τοὺς δὲ καὶ ἀμετόχους τοῦ σκέμματος. Καὶ παρέτεινε τὸν πότον ἕως ἑσπέρας. Ἐξαναστὰς δὲ τοῦ συμποσίου, αἴφνης εἰς τὸν κοιτῶνα εἰσέδραμε, καὶ πρόεισιν D ἐκεῖθεν μετὰ βραχὺ ἐν σχήματι βασιλείας σὺν δορυφόροις πολλοῖς, ὃ τοὺς μὴ συνειδότας αὐτῷ τὴν πρᾶξιν ἐτάραξεν. Ἐκεῖνος δὲ διαλεχθεὶς τοῖς παρ-

VI. Cognitis autem adversis Persico bello Constantii rebus, Magnentius, patre Britanno natus, qui primum inter protectores militarat, deinde comes duarum Romanarum legionum appellatus fuerat, cum jampridem regni occupandi cupiditate æstuaret, tunc magis etiam consilium suum urgebat, cum Persico bello rem male gerere Constantium audiret, opportunitatem optata perficiendi dari sibi ratus. Itaque per speciem natalis sui celebrandi Augustoduni, primores civitatis ad epulas invitat, quosdam consilii sui conscios, nonnullos ignorantes, quid animi haberet : productoque usque ad vesperam convivio, surgit, et propere cubiculum ingressus, paulo post habitu regio cum multis satellitibus progreditur. Ea res ignaros quid moliretur consternavit : sed oratione ad eos qui aderant habita, alios verbis, alios vi in suas partes traducit; iisque comitantibus regiam ingreditur, pecuniam dilargitur, portis urbis cu-

Variæ lectiones et notæ.

(34) *Ἐκ Βαβυλῶνος, δέρμασιν ἐγχωρίοις*. De pellibus Babylonicis dixi ad Joinvillam, dissertat. I, p. 132, 134.

(34') *Ἠρώτησε τὸν Ἀδανάρσην*. At Zosimus, lib. II, hanc crudelitatis indicem vocem Hormisdæ videtur tribuere, scribens (et ex eo Suidas in Μαρσύας), cum forte in convivio supervenienti sibi optimates non assurrexissent, minatum Hormisdam se eis Marsyæ supplicium irrogaturum : hujusque vocis memores proceres, mortuo Narseo, Saporem in regnum substituisse, a quo mox Hormisda in vincula conjectus, postea uxoris industria liberatus, ad Constantinum transfugit.

(35) *Ῥίνην*. Limam pisci immissam, ut est apud Zosimum, lib. II, et Suidam : Διὰ τῆς τοῦ ἰχθύος μηχανῆς ῥίνην εἰσενεγκοῦσα.

(36) *Ἐν Αὐγουσταλίῳ τῇ πόλει*. Ita editio Wolfiana : at codd. Regii, ἐν Αὐγουστόλῳ, et Αὐγουστούλῳ præferunt : qua voce *Augustodunum* in Æduis innuitur, ubi purpuram induit Magnentius, uti habent Eusebius et Aurelius Victor.

stodes adhibet : mandat, ut ingredi patiantur omnes, exire neminem, ne facinus suum publicetur. Statim mittit qui Constantem tollant, rei ignarum. Erat ille venatione tum occupatus, cujus insano studio tenebatur. Idque, cum articulari morbo perpetuo vexaretur, quem immoderatis sibi voluptatibus vitæque intemperantia conciliarat : aut etiam per speciem venationis in silvas sese abdebat, cum pueris et adolescentulis, quos ob formam conquisitos in deliciis habere dicebatur : qui exquisitum in modum culti, avidos ejus oculos turpi libididis flamma incendebant. Ea quoque de causa silvas magis frequentabat, ut modestorum virorum consuetudinem evitaret. Milites a Magnentio missi, cum ad Rhodanum fluvium venissent, Constantem a venatu dormientem occidunt, interfectis etiam satellitibus, quos paucos circum se habebat. **14** Alii rem aliter narrant : eum seditionem contra se motam cognovisse et a suis destitutum, depositis imperii insignibus in sacellum quoddam confugisse, et inde extractum occisumque esse regni anno decimo septimo, ætatis tricesimo expleto. Ferunt patrem ejus jussisse astrologos, infantis recens editi thema natalitium constituere, qui præter cætera illi prædicta, illud etiam adjecerint, eum in sinu aviæ interfectum iri. Id, illa mortua, etsi Constans elusit, nihilominus est eventu comprobatum, non frustrata astrologorum prædictione, quamvis obliqua. Nam in oppidulo cui de imperatricis nomine factum erat nomen Helenæ, interfectus est, qui ut vitam petulantem egerat, ita miserabilem ejus exitum est sortitus. Magnentius autem, cum usurpato imperio feliciter successisset, eorum qui magistratus gerebant celeberrimum quemque e medio tollere studuit, missis ad eos sub nomine Constantis litteris, quibus illos ad se accerseret, eorumque plurimos in itinere per insidias interfecit, ne conjuratis quidem suis parcens. Illo hæc ad tyrannidem suam stabiliendam agitante, Constantius morte fratris audita, anceps animi erat, utrum Persis Romanas provincias vastantibus resisteret, an ea re in præsentia omissa, novitium tyrannum invaderet : tum fratris necem ulturus, tum occidentis imperium sibi vendicaturus.

οὖσι, τοὺς μὲν ἔπεισε συνθέσθαι αὐτῷ, ἐνίους δέ γε καὶ ἐβιάσατο. Καὶ συμπαραλαβὼν αὐτοὺς εὐθὺς εἰς τὰ βασίλεια ἔπεισι, καὶ διανεμὰς χρημάτων πεποίητο. Ταῖς τε πύλαις τῆς πόλεως ἐπέστησε φύλακα; ἐνταλθέντας τοῖς μὲν εἰσιοῦσι τὴν εἴσοδον συγχωρεῖν, ἐξιέναι δὲ μηδένα παραχωρεῖν, ἵνα μὴ τέως τὸ τολμηθὲν κηρυχθῇ. Καὶ αὐτίκα στέλλει τοὺς τὸν Κώνσταντα ἀναιρήσοντας, πρινὴ γνοίη τὸ τόλμημα. Ὁ δὲ περὶ θήραν ἠσχόλητο. Καὶ γὰρ ἐμεμήνει περὶ τὰ κυνηγέσια, καὶ ταῦτα ἀρθρίτιδι προσπαλαίων διηνεκεῖ, ἣν ἐξ ἡδονῶν ἀμετρίας ἐνόσησεν ἀκολάστως βιούς· ἢ καὶ ἐν προσχήματι θήρας, εἰς ὕλας ἐγκατεδύετο μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν μειρακίσκων καὶ νεανίσκων, οἳ ἐκείνῳ διὰ κάλλος συνελέγοντο καὶ ᾠκειοῦντο, ἐκαλλωπίζοντό τε περιεργότερον, καὶ λίχνοις ἦσαν ὀφθαλμοῖς ἀκολασίας ἐμπύρευμα, κἀκείνῳ ἐτύγχανον, ὡς λέγεται, παιδικά. Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλέον ταῖς ὕλαις διέτριβεν, ἐκκλίνων τὴν μετὰ κοσμίων ἀνδρῶν συνδιαγωγήν. Παρὰ τὸν Ῥοδανὸν τοίνυν ποταμὸν οἱ παρὰ Μαγνεντίου σταλέντες γενόμενοι, μετὰ τὴν θήραν ὑπνώττοντα τὸν Κώνσταντα διεχρήσαντο· καὶ τοὺς ἐκείνῳ δὲ συνόντας ὀλίγους ὄντας ἀπέκτειναν (37). Οἱ δὲ μὴ οὕτω φασὶ γενέσθαι τὴν ἐκείνου ἀναίρεσιν· γνῶναι δ' ἐκεῖνον τὴν κατ' αὐτοῦ ἐπανάστασιν, καὶ μονωθέντα (καταλιπόντων αὐτὸν τῶν περὶ αὐτὸν) ναῷ προσφυγεῖν, κἀκεῖ τὰ τῆς βασιλείας παράσημα ἀπεκδύσασθαι, κἀκεῖθεν ἐκβληθέντα ἀναιρεθῆναι, ἑπτακαίδεκα ἔτη ἀνύοντα παρὰ τῇ ἀρχῇ· τῆς δ' ἡλικίας ἤδη παρεληλυθότα τριακοστόν. Λέγεται δὲ ἄρτι γεννηθέντος αὐτοῦ, ἐπιτρέψαι τοῖς ἀστρολόγοις τὸν πατέρα αὐτοῦ ἐπὶ τῷ τούτου γενεθλίῳ ποιῆσαι θεμάτιον. Κἀκείνους πρὸς ἄλλοις οἷς περὶ αὐτοῦ προειρήκασι καὶ τοῦτο εἰπεῖν ὡς ἐν ταῖς ἀγκάλαις τῆς αὐτοῦ μάμμης ἀναιρεθήσεται. Ὃ θανούσης ἐκείνης, καὶ διέπαιζεν ὁ Κώνστας· τὸ δ' εἰς ἔργον ἀποβεβήκει, καὶ ἡ τῶν ἀστρολόγων οὐ διήμαρτε πρόῤῥησις, κἂν ὑπῆρχε λοξή. Ἐν γὰρ πολίχνῃ Ἑλένῃ καλουμένῃ εἰς ὄνομα τῆς βασιλίσσης ἐκείνης ὁ Κώνστας ἀνῄρητο· ὁ μὲν οὖν οὕτω βεβιωκὼς ἀσελγῶς, οὕτως οἰκτρῶς ἐστέρητο τῆς ζωῆς. Ὁ δὲ Μαγνέντιος κατὰ ῥοῦν αὐτῷ τῶν τῆς τυραννίδος χωρησάντων πραγμάτων, ἐσπούδασε τῶν τὰς ἀρχὰς ἐχόντων τοὺς λογιμωτέρους ἐκ μέσου ποιήσασθαι. Καὶ πλασάμενος γραφὰς πρὸς αὐτοὺς ὡς ἐκ τοῦ Κώνσταντος σταλείσας αὐτοῖς, μετακαλουμένου δῆθεν πρὸς ἑαυτὸν, καθ' ὁδὸν λοχήσας, πλείστους ἀπέκτεινε, μηδὲ τῶν οἰκείων συνομοτῶν φειδόμενος, ἀλλὰ καὶ τούτους διαφθείρων. Καὶ ὁ μὲν ἐν τοιούτοις ἦν, ἑαυτῷ κρατύνων τὴν τυραννίδα. Τῷ δὲ Κωνσταντίῳ τὸν θάνατον πυθομένῳ τοῦ ἀδελφοῦ, ἐμερίζετο ἡ διάνοια ἐννοουμένῳ πότερον ἂν προτιμήσαιτο, τὸ Πέρσαις ἀντικαθίστασθαι κείρουσι τὰ Ῥωμαίοις ὑπήκοα, ἢ τούτων, κατά γε τὸ παρὸν, ἀμελῆσαι, καὶ χωρῆσαι κατὰ τοῦ τυραννήσαντος, ἵνα καὶ τὸν τοῦ συγγόνου τίσηται φόνον, καὶ ἑαυτῷ προσποιήσηται τὰ ἑσπέρια.

Variæ lectiones et notæ

(37) **Ἀπέκτειναν**. Nescio an ab hoc Constante imperatore ædificatæ fuerint ædes illæ magnificæ Constantinopoli, quæ τὰ Κώνστα appellabantur, et quarum meminit Scriptor ineditus Vitæ S. Stephani Junioris : Ἦν δὲ οὗτος οἰκῶν πρὸς τὸ τῆς βασιλικῆς δημοσίας λεωφόρου πρανὲς, ἐν ᾧ ἵδρυται καὶ ἐπιλέγεται τὸ Σταυρίον, ἐξ οὗ πρὸς τὸ κάταντες μέρος εἰσὶν εὐμεγέθεις οἰκίαι προσαγορευόμεναι τὰ Κώνστα. Monasterii τῶν Κώνστα, in conciliis mentionem fieri observamus in nostra *Constantinopoli* lib. IV, sect. 6, n. 26.

Ζ'. Ταῦτα τοῦ Κωνσταντίου σκοποῦντος καὶ διαμέλλοντος ὁ Σαπώρης, ἐπεὶ κἀκείνῳ πρὸς γνῶσιν ἦλθε τὰ συμβεβηκότα περὶ τὸν Κώνσταντα, ἐπιτίθεται τῷ καιρῷ, καὶ σὺν βαρεῖ στρατεύματι κατὰ τῶν ὑποκειμένων Ῥωμαίοις ἔπεισι χωρῶν τε καὶ πόλεων, καὶ πολλὴν μὲν ἐλῄσατο χώραν, ἀλλὰ μέντοι καὶ φρούρια εἷλε, καὶ τέλος ἐπολιόρκει τὴν Νίσιβιν (38), ἣ πάλαι μὲν τῇ τῶν Ἀρμενίων διέφερε βασιλείᾳ, ἐπὶ δὲ Μιθριδάτου ὃς Τιγράνου τοῦ τῶν Ἀρμενίων τότε κρατοῦντος ἦν γαμβρὸς, καὶ ἐξ ἐκείνου τὴν πόλιν εἰλήφει, ὑπὸ Ῥωμαίων ἑάλω πολιορκίᾳ. Ἐν ταύτῃ γοῦν ὁ Σαπώρης ἐλθὼν πᾶσαν ἐκίνησε μηχανὴν, ἵν' αὐτῷ ἡ πόλις ἁλῷ, κριούς τε γὰρ προσῆγε τοῖς τείχεσι, καὶ διώρυχας ὑπογαίους πεποίητο, ἀλλὰ πρὸς πάντα γενναίως ἀντικαθίσταντο οἱ πολιορκούμενοι, καὶ τὸν ποταμὸν δὲ, ὃς διὰ μέσης ἔῤῥει τῆς πόλεως, μετωχέτευεν, ἵνα δίψει πιεζόμενοι οἱ τῆς πόλεως προδῶεν αὐτῷ τὴν πόλιν. Τοῖς δὲ ἀφθονία ἦν ὑδάτων καὶ ἐκ φρεάτων καὶ ἐκ πηγῶν. Ὡς δ' εἰς οὐδὲν αὐτῷ κατήντων ἀνύσιμον αἱ ἐπίνοιαι, ἕτερόν τι αὐτῷ μεμηχάνητο. Ἀναδραμὼν τὸν ποταμὸν, ὡς εἴρηται, διὰ τῆς πόλεως ἔῤῥει, καὶ πρὸς φάραγγας γεγονὼς, ἔνθα ὁ χῶρος δι' οὗ διῄει, ἐστένωτο, ἀπέφραξε τὸν τόπον καὶ ἐπέσχε τὸ ῥεῦμα αὐτοῦ. Τοῦ δ' ὕδατος πλημμυρήσαντος, ἀθρόον τὰ φραγνύντα τὴν τοῦ ὕδατος δίοδον ἐξελὼν ἀφῆκε τὸ ῥεῦμα κατὰ τῆς πόλεως· τὸ δὲ πολύν τε σεσωρευμένον καὶ σὺν βίᾳ σφοδρᾷ τῷ τείχει προσπεσὸν μέρος ἐκείνου κατέῤῥαξεν. Οὐκ εὐθὺς δὲ ὁ βάρβαρος εἰσέδυ τὴν πόλιν, ἀλλ' ὡς ἤδη ἡλωθείσης αὐτῆς (ἐπεὶ καὶ πρὸς ἑσπέραν ἦν ὁ καιρὸς) εἰσαύριον παραλήψεσθαι τὴν πόλιν, μή τινος ἀντιβαίνοντος, ὑπερέθετο. Οἱ δ' ἐν τῇ πόλει πρὸς μὲν τὸ ῥῆγμα τοῦ τείχους ἐθορυβήθησαν. Ὡς δ' εἶδον τοὺς Πέρσας ὑπερθεμένους τὴν εἴσοδον, ἄϋπνοι τὴν νύκτα διατελέσαντες πολυχειρίᾳ τὸν τόπον ὠχύρωσαν, τεῖχος ἐντὸς ἀνεγείραντες ἕτερον, ὅπερ ἕωθεν ὁ Σαπώρης ἰδὼν ἀμελείᾳ οἰκείᾳ τὸ ἀτύχημα ἐπεγράφετο, ἀλλ' οὐδ' οὕτω τῆς πολιορκίας ἀφίστατο. Πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα κατὰ τῆς πόλεως ἐπινοησάμενος, καὶ πλείστους τῶν οἰκείων ἀποβαλὼν (ὑπὲρ γὰρ τὰς εἴκοσι χιλιάδας κινδυνεῦσαι λέγεται (39) τοῦ Περσικοῦ στρατεύματος πολιορκουμένης Νισίβεως) μετ' αἰσχύνης ἀνεχώρησεν. Ἤδη γὰρ καὶ Μασαγέται τῇ Περσίδι ἐπήλθοσαν, καὶ αὐτὴν ἐλυμαίνοντο. Κωνστάντιος δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν μὲν Νίσιβιν κατωχύρωσε, καὶ τοὺς πολίτας αὐτῆς ἀνεκτήσατο. Αὐτὸς δὲ ἀνακωχῆς ἤδη τῇ ἑῴᾳ γενομένης ἐκ τῶν Περσῶν πρὸς τὰ ἑσπέρια ὥρμησε. Καί οἱ ἀγγέλλεται Βετρανίων (40) κοινοπραγήσας τῷ Μαγνεντίῳ. Τῶν γὰρ παρ'

VII. Sed Constantio hac deliberatione suspenso, Sapor, qui et ipse Constantis casum cognoverat, occasionem urget, et cum ingenti exercitu provincias et urbes Romanorum invadit, longe lateque prædas agens, castellis etiam captis, denique Nisibin obsidet. Ea quondam ad Armeniæ regnum pertinuit, sed sub Mithridate Tigranis regis Armeniorum genero, qui tum illam dotalem tenebat, a Romanis capta fuit. Hanc igitur Sapor aggressus, omnes ad expugnandum machinas adhibuit, admotis ad muros arietibus, actisque cuniculis. Sed qui obsidebantur, fortiter ad omnia resistebant. Cumque fluvio, qui mediam urbem perfluit, alio derivato, ut oppidani siti coacti sese dederent, ex puteis et fontibus abunde illis aqua suppetente, nihil profecisset, ad aliud convertitur. Regressus
15 enim versus caput ejusdem amnis, qua in convallibus angusto alveo defluebat: loco illo obsepto, cursum inhibuit, et aquam stagnantem, remotis aggeribus confestim versus urbem emisit: quæ quia plurima collecta fuerat, magno impetu partem muri dejecit. Barbarus vero cum urbem non statim intraret, tum quia diei serum erat, tum quod jam expugnatam, postridie citra dimicationem se accepturum putabat: oppidani etsi ad ruinam muri consternati, tamen ut Persas differre ingressum viderunt, noctem illam egere insomnem, et operarum multitudine novo exstructo muro locum illum muniverunt. Quo Sapor mane conspecto, casum eum suæ negligentiæ ascribens, nihilo secius oppugnationem urget, multis aliis rationibus tentatis. Cum autem suorum plurimos amisisset (nam ad viginti millia Persarum ad Nisibin cecidisse dicuntur), cum dedecore discedit, quod Massagetæ facta impressione Persiam vastarent. Constantius imperator, Nisibi munita, et civibus recreatis, Orienti a Persis jam induciis datis, versus Occidentem progreditur, cum ei nuntiatur Vetranio colludere cum Magnentio. Erat is Illyricarum legionum dux, cognitoque Magnentii motu, et cæde Constantis, tyranno haud cesserat, sed et ipse alibi tyrannidem occuparat: etsi per litteras se tyranno resistere profitebatur, ipsumque Constantium ad illum propere opprimendum evocabat. Vetranio igitur et Magnentius certis conditionibus reconciliati, ambo communiter legatos ad Constantium mittunt, petentes, ut armis positis principem honorem obtineret. Hæc legati, imperatorem circa Thraciæ Heracleam adepti renuntiant, qui ob illa sollicitus, noctu somnium hujusmodi vidit.

Variæ lectiones et notæ.

(38) *Νίσιβιν*. Vide Marcellinum, lib. xviii, p. 128, 1 edit. qui ex Zonara illustratur.

(39) *Χιλιάδας κινδυνεῦσαι λέγεται*. Κινδυνεύσειν pro πεσεῖν hic ponitur, ut alibi sæpe, ut observat W.

(40) *Βετρανίων*. Ita emendavimus, cum Wolfius hic et infra Βρετανίων edidisset: sic enim tres mss. Regii præferunt, quomodo etiam habent Zosimus, Joannes Antiochenus, *Chronicon Alexandrinum*, nummi veteres, et scriptores Latini. Eutropius vero *Veteranionem*, Philostorgius Οὐετερανίωνα, vocant: qua ultima nomenclatura quemdam memorat Ammianus sub eadem fere tempora, qui Zosimo, lib. iii, p. 72, Βρετανίων nuncupatur. Βρεταvίων habet codex recentior Zonaræ, ut et Theophanes. Βριτανίων Athanasius, in Epist. ad

Patrem astare sibi putabat, qui filium Constantem A manu tenens, ita sibi diceret: *Constanti, en fratrem tuum Constantem, multis regibus oriundum, qui a tyranno cæsus est. Ejus necem te ulcisci oportebit, neque connivere ad imperii dilacerationem et eversionem reipublicæ. Quare ad tyrannidem evertendam propera, neque inultum fratrem esse patere.* Constantius e somno experrectus, legatos in custodiam dat, ipse statim, nihil cunctatus, Sardicam pervenit. Vetranio improviso **16** imperatoris adventu territus, Constantio ut domino procedit obviam, relictis prioribus consiliis, et pactis quæ cum Magnentio inierat rejectis. Eum Constantius sincere admisit, etiam mensæ suæ adhibitum. Nam regni insignibus depositis, Vetranio plebeio habitu B pedes imperatoris amplexus fuerat. Is vero hominem amplexus patrem nominavit, porrectaque manu seume fulciens, cœnæ adhibuit, assignata ei Prusa urbe Bithyniæ in qua habitaret, et prædiis unde viveret attributis. Ibi ille sex annis vitam molliter actam finiit. Ac Vetranionis hujusmodi fuit exitus.

A Ἰλλυρικοῖς ἄρχων οὗτος στρατευμάτων τυγχάνων καὶ μαθὼν τοῦ Μαγνεντίου τὴν ἐπανάστασιν καὶ τὸν φόνον τοῦ Κώνσταντος, οὐχ ὑπεῖξε τῷ τυραννήσαντι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἑτέρωθεν τυραννίδι ἐπικεχείρηκε. Τῷ Κωνσταντίῳ δ' ἐπιστέλλων ἔλεγε τῷ τυράννῳ ἀντικαθίστασθαι, καὶ αὐτὸν ἀφικέσθαι εἰς τὴν ἐκείνου κατάλυσιν κατήπειγεν (41). Ἐπὶ συνθήκαις οὖν ὁ Βετρανίων καὶ ὁ Μαγνέντιος ἀλλήλοις σπεισάμενοι πρέσβεις ἄμφω κοινῶς πρὸς τὸν Κωνστάντιον στέλλουσιν, ἀξιοῦντες αὐτὸν καταθέσθαι τὰ ὅπλα, καὶ τὴν πρώτην ἔχειν τιμήν. Περὶ γοῦν τὴν τῆς Θρᾴκης Ἡράκλειαν ἐντυχόντες οἱ πρέσβεις τῷ αὐτοκράτορι τὰ μεμηνυμένα οἱ ἀπήγγειλαν. Ὁ δὲ ἐν φροντίδι διὰ ταῦτα γενόμενος, νυκτὸς ἐπιγενομένης, ὁρᾷ τοιοῦτον ὄναρ. Ἐδόκει τὸν πατέρα B αὐτοῦ αὐτῷ παρεστάναι, τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν Κώνσταντα κατέχοντα τῇ χειρὶ καὶ λέγειν αὐτῷ· *Κωνστάντιε, ἰδοὺ Κώνστας ὁ σὸς ἀδελφὸς, πολλῶν δὲ βασιλέων ἀπόγονος, ὡς ἐκ τυράννου διώλετο. Χρή σε τοίνυν τούτῳ τε τιμωρῆσαι καὶ τὴν ἀρχὴν μὴ παρόψεσθαι διακοπτομένην μήτε τὴν πολιτείαν ἀνατρεπομένην. Σπεῦσαι δὲ τὴν τυραννίδα καθελεῖν, καὶ μὴ περιϊδεῖν τὸν ἀδελφὸν ἀνεκδίκητον.* Ἐπὶ τούτοις διυπνισθεὶς ὁ Κωνστάντιος τοὺς μὲν πρέσβεις κατέσχε, καὶ φρουρᾷ παραδέδωκε. Αὐτὸς δ' αὐτίκα μηδὲν μελλήσας εἰς Σαρδικὴν παραγίνεται, καὶ ὁ Βετρανίων τὴν ἀνέλπιστον ἐπιδημίαν πτήξας τοῦ Κωνσταντίου, ὡς δεσπότῃ αὐτῷ προϋπηντήκει, τάς τε προτέρας καταλείψας βουλὰς, καὶ ἀθετήσας τὰς συνθήκας τὰς πρὸς Μαγνέντιον. Καὶ ὁ Κωνστάντιος δὲ αὐτὸν γνησίως προσήκατο καὶ ὁμοδίαιτον ἐποιήσατο. Τὰ γὰρ τῆς βασιλείας ἀποδυσάμενος ὁ Βετρανίων γνωρίσματα ἐν ἰδιώτου στολῇ τῶν τοῦ βασιλέως ποδῶν ἐπελάβετο. Ὁ δὲ περιεπτύξατό τε τὸν Βετρανίωνα, καὶ πατέρα ὠνόμασε. Καὶ χεῖρα ὀρέγων αὐτῷ καὶ ὑποστηρίζων πρεσβύτην ὄντα σύνδειπνον ἐποιήσατο, εἶτα ἡ Προῦσα αὐτῷ (πόλις δ' αὕτη τῶν Βιθυνῶν) εἰς κατοικίαν ἀφώριστο, καὶ χωρία πρὸς χορηγίαν τῶν ἐπιτηδείων ἀπενενέμητο. Ἔνθα τρυφῶν ἐπὶ ἓξ ἐνιαυτοὺς, τὴν ζωὴν ἐξεμέτρησε. Καὶ τὰ μὲν περὶ Βετρανίωνα εἰς τοιοῦτον κατηντήκασι τέλος.

VIII. Constantius autem imperator, contra C Magnentium profectus est. Is Mediolani degens, fratrem Decentium, quem Cæsarem nominarat, ad Galliarum defensionem misit. Interea Sapor opportunitatem nactus, Orientem vastat, et magna præda parta, multisque captis domum revertitur. Sic imperator curis hostilibus utrinque circumventus, Gallum patruelem suum, et nomine Cæsaris dignatus, et Constantia sorore in matrimonium data, in Orientem ablegat. Ita Gallus Cæsar salutatus, una cum uxore Orientem petit, Constantius bellum contra Magnentium parat. Ne vero pugnis intestinis et mutuis cædibus Romani pollueremtur, tyrannum ad pactiones provocandum esse censet. Missis igitur ad eum viris D illustribus, litteris etiam exaratis, veniam illi pollicetur, si ab armis discesserit, et Gallias concedit, ut ejus regni finibus se contineat. Verum ille nihil modicum animo agitans, non accepit

C η'. Ὁ αὐτοκράτωρ Κωνστάντιος πρὸς Μαγνέντιον ὥρμητο. Ὁ δὲ ἐν Μεδιολάνῳ διῆγε, τὸν ἀδελφὸν Δεκέντιον ἀνειπὼν Καίσαρα, καὶ στείλας αὐτὸν τὰς Γαλλίας φυλάξοντα. Ἐν τούτοις δ' αὖθις ὁ Σαπώρης (42) ἀδείας δραξάμενος τὰ περὶ ἕω ἐπόρθησε, καὶ λείαν λαβών. Καὶ δορυαλώτους πολλοὺς ἐπανέζευξεν. Οὕτω δὲ ἑκατέρωθεν ὁ βασιλεὺς περιστοιχιζόμενος ταῖς ἐκ τῶν πολεμίων φροντίσι, Γάλλον τὸν οἰκεῖον ἐξάδελφον τιμήσας τῇ ἀξίᾳ τοῦ Καίσαρος (43) καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν Κωνσταντίαν κατεγγυήσας αὐτῷ, εἰς τὴν ἑῴαν ἐξέπεμψε, τὰς ἐφόδους τὰς Περσικὰς ἀνακόπτοντα. Ὁ μὲν οὖν Γάλλος Καῖσαρ τοῦτον τὸν τρόπον ἀναῤῥηθεὶς ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἀπῄει, καὶ τὴν σύζυγον ἐπαγόμενος. Ὁ δέ γε Κωνστάντιος εἰς τὸν κατὰ Μαγνεντίου ἐχώρησε πόλεμον. D Ἵνα δὲ μὴ μάχαις ἐμφυλίοις καὶ σφαγαῖς ἀλλήλων οἱ Ῥωμαῖοι μιαίνοιντο, δεῖν ἔκρινεν εἰς συμβάσεις τὸν τύραννον προκαλέσασθαι. Στέλλει τοίνυν πρὸς αὐτὸν ἄνδρας τῶν ἐπιφανῶν, καὶ γράμματα

Variæ lectiones et notæ.

solit. De hoc Vetranione multa congesserunt Scaliger ad Eusebium, Gotthofredus ad Philostorgium, Santamantius in Comment. Hist. et alii passim.

(41) *Κατήπειγεν*. Al. ἐπέσπευδεν.

(42) *Σαπώρης*. Qui *Saporinus* dicitur Lucifero Calaritano, lib. I pro S. Athanasio: *Ergo quia Saporinus, Persarum rex, nunc contra te gerit prælium.* etc. Constantium alloquitur.

(43) *Τιμήσας τῇ ἀξίᾳ Καίσαρος*. Constantii præterea indito nomine, ut scribunt Victor, Socrates, *Chronicon Alexandrinum*, et Theophanes: seu *Junioris Constantii*, uti Ammonius episcopus, qui ea ætate vixit, ut ipsemet testatur, in lib. *De vita et conversatione SS. Pachomii et Theodori*, n. 4.

A δ' ἐγχαράττει αὐτῷ, συγγνώμην αὐτῷ διδοὺς ἐπὶ τῷ τολμήματι, εἰ τῶν ὅπλων ἀπόσχοιτο, καὶ παραχωρῶν αὐτῷ τῶν Γαλλιῶν, ἵνα τούτων ἄρχῃ καὶ τούτοις περιορίζηται. Ὁ δὲ οὐδέν τι φρονῶν μέτριον, οὐ προσήκατο τὰ παρὰ τοῦ Κωνσταντίου ἀπραγμόνως αὐτῷ παρεχόμενα, ἀλλὰ τὸν πόλεμον εἵλετο, καὶ μᾶλλον σὺν τάχει πρὸς τοῦτον ἐχώρησεν, ὅτι Σιλβανὸς (44), εἷς τῶν αὐτοῦ ταξιάρχων, μετὰ πλήθους ὁπλιτῶν, ἐκεῖνον λιπὼν, Κωνσταντίῳ προσῆλθε τῷ αὐτοκράτορι. Ἤδη δὲ πλησιασάντων ἀλλήλοις, καὶ ἀντιστρατοπεδευσαμένων, ὅ τε Κωνστάντιος τοὺς οἰκείους στρατιώτας λόγοις διήγειρεν εἰς ἀλκὴν, καὶ ὁ Μαγνέντιος τοὺς ἑαυτοῦ παρεκάλει ἄνδρας φανῆναι πιστούς τε καὶ ἀγαθοὺς, πολλὰ σφίσιν ἐπαγγειλάμενος. B Ἀντιπαραταξάμενοι δὲ, τὸ μὲν πλεῖστον τῆς ἡμέρας ἀπρακτοῦντες διήγαγον, μηδενὸς τῷ ἀντιπαρατεταγμένῳ μέρει ἐπεξιόντος. Ὁ δὲ Μαγνέντιος καὶ γοητείαις ἐχρήσατο. Γυνὴ γάρ τις μάγος παρθένον αὐτῷ σφαγιάσαι ὑπέθετο, καὶ οἴνῳ τὸ ταύτης αἷμα προσμίξαι καὶ δοῦναι τοῖς στρατιώταις αὐτὸ ἀπογεύσασθαι, ἐπὶ τούτοις ἐκείνης ἐπῳδάς τινας εἰπούσης, καὶ δαιμόνων ἐπικαλουμένης ἐπικουρίαν. Ἄρτι δὲ τῆς ἡμέρας κλινούσης, συνεῤῥάγησαν ἀλλήλοις τὰ στρατεύματα, καὶ πολλὰς τῆς μάχης σχούσης μεταβολὰς, τέλος ἡ νίκη τῷ Κωνσταντίῳ ἐπεμειδίασε, καὶ μέχρι βαθείας νυκτὸς οἱ τοῦ Μαγνεντίου συνεκόπτοντο καὶ ἀπώλλυντο· οὕτω δὲ τῆς τοῦ πολέμου ῥοπῆς τῷ τυράννῳ συνενεχθείσης εἰς φυγὴν ἐκεῖνος ἀπεῖδεν. Ἵνα δὲ μὴ C τοῖς βασιλικοῖς παρασήμοις φεύγων γνωρίζοιτο, ἀποτίθεται ταῦτα καὶ ἰδιωτικὴν ἀναλαμβάνει στολήν. Καὶ τῷ βασιλείῳ ἵππῳ τὰ παράσημα ἐπιθέμενος, ἄνετον ἀφῆκε τρέχειν αὐτὸν, ἵνα νομίζοιτο πρὸς τῶν ὁρώντων τὸν ἵππον θέοντα τοῦ ἐπιβάτου χωρὶς, ἀνῃρημένος αὐτὸς, καὶ μὴ καταδιώκοιτο πρός τινων· ὁ μὲν οὖν οὕτω διέδρα. Ἕωθεν δὲ ὁ Κωνστάντιος ἐπί τινος ἀναβὰς λόφου, καὶ τὴν παρακειμένην πεδιάδα, ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν παραῤῥέοντα ποταμὸν νεκρῶν ἰδὼν γέμοντα, εἰς φανερὰ κατήνεχτο δάκρυα, οὐ μᾶλλον διὰ τὴν νίκην ἡδόμενος, ὅσον διὰ τὸν τῶν πεσόντων δακνόμενος ὄλεθρον. Λέγεται γὰρ (45) ἐκ μὲν τῶν ἐκείνου, περὶ τριάκοντα πεσεῖν χιλιάδες, ἁπασῶν ἀριθμουμένων εἰς ὀγδοήκοντα. D Ἐκ δὲ τῶν Μαγνεντίου τριάκοντα καὶ ἓξ οὐσῶν χιλιάδων, διαφθαρῆναι γὰρ εἴκοσι πρὸς ταῖς τέσσαρσιν. Αὐτίκα τοίνυν τοὺς μὲν ἀνῃρημένους τῶν πεσόντων ταφῆς ἀξιωθῆναι πάντας ἐκέλευσε, μὴ διακρινομένων τῶν οἰκείων ἢ τῶν πολεμίων. Τοὺς δ' ἔτι ἐμπνέοντας, ἐπιμελείας τυχεῖν καὶ ἰατρικῆς θεραπείας. Διαδρὰς δὲ, ὡς εἴρηται, ὁ Μαγνέντιος τούς τε περισωθέντας ἐκ τῶν οἰκείων ἤθροιζε καὶ ἄλλους συνέλεγε· καὶ αὖθις ἐπαναλαμβάνειν ἑαυτὸν ἐπειρᾶτο. Ἔστειλε δὲ καὶ πρὸς τὸν

A ea quæ per otium a Constantio accipere potuisset. Sed bellum pati prælatum, eo celerius aggressus est, quod Silvanus quidam ex tribunis illius, ab ipso ad imperatorem cum multis militibus defecerat. Cum prope ventum esset, castris utrinque positis, et Constantius suos milites ad rem fortiter gerendam cohortatur, et Magnentius suos item, ut se viros fortes et fidos præberent, multa pollicitus. Jam instructis ordinibus maximam diei partem ignavam transegere, neutris alteros aggressis. Magnentius etiam præstigiis usus est. Nam saga quædam eum monuit, ut virginem immolaret, ejusque sanguinem vino mistum militibus gustandum præberet, **17** ipsa interim B carmina quædam recitante, et dæmonum opem implorante. Sed die jam inclinante, exercitibus congressis, cum diu ancipiti marte pugnatum esset, victoria tandem penes Constantium fuit, Magnentianis in multam noctem cæsis et profligatis. Tyrannus vero, hac plaga accepta, fugam arripit, et ne agnoscatur, plebeiam vestem sumit, et equum suum regiis insignibus impositis, solutum dimittit, : ut qui sessore vacuum currentem viderent, ipsum interfectum existimantes, non persequerentur. Sic ille effugit. Mane Constantium, cum tumulo quodam conscenso subjectam planitiem et præterfluentem amnem cadaveribus plena vidisset, in manifestas erupisse lacrymas ferunt, non tam victoria lætatum, quam ob cæ- C sorum interitum mœstum. Nam cum ad octoginta millia haberet, ad triginta millia cecidise : de Magnentii triginta sex millibus, quatuor et viginti periise. Cæsos omnes statim sine discrimine, sive hostes sive amici essent, sepeliri jussit, adhuc spirantes diligenter haberi et curari a medicis. Magnentius, ut dictum est, elapsus, reliquias suorum conquirendo, et alios asciscendo, vires recolligere satagebat, misso ad Constantium senatorii ordinis legato, quem ille nomine legati, ad sua exploranda venisse ratus, non admisit. At Magnentius rursus episcopis missis veniam impetrare studet, ut pro milite imperatori navaret operam. Ad eam legationem nihil respondit Con- D stantius, sed legatis re infecta dimissis, moto exercitu pergit, multis qui sub Magnentio militarant ad eum confluentibus, ac semetipsos et castella fidei illius committentibus. At Magnentius venia desperata, se ad bellum parat, et in Galliis copias colligit. Ut autem sollicitum redderet imperatorem, et a sese alio adverteret : familiarium suorum quemdam mittit Antiochiam, qui Gallum tollat. Is quo minus suspectus esset, in anus cujusdam tugurio juxta Orontem fluvium divertit,

Variæ lectiones et notæ.

(44) *Σιλβανός*. Chronicon Eusebii : *Silvanus in Gallia res novas molitus vicesimo octavo exstinctus est die.* De Silvano agunt Victor Schotti, Ammianus, l. xv, Hieronym. in Chron., Theophan. etc.

(45) *Λέγεται γαρ μεν*. Euseb. Chron. *Magnentius Mursæ victus, in quo prælio Romanæ vires conciderunt.*

qui, ut quidam tradunt, olim Ophites dictus, post de nomine filii Cambysis regis Persarum, in eo submersi, sic cognominatus est. Insidiis jam Gallo comparatis, et multis legionariis sibi conciliatis, vesperi cum quibusdam rei consciis in vetulæ tugurio concœnans, liberius de suis **18** consiliis colloquebatur, contempta anicula, ut minime curiosa, et ob senium ne intellectura quidem quid diceretur. At illa, ut apparet, acriore prædita ingenio, vel audire se illa dissimulat, sed memoriæ diligenter mandat omnia: cumque hospes, vino gravis, jam obdormisset, clam egressa tugurio, urbem intrat, et omnia Cæsari nuntiat, a quo missi quidam insidiatorem comprehendunt, qui quæstionibus adhibitis, omnem fabulam recenset. Sic Gallus, evitatis insidiis, de illo et consciis supplicium sumit.

A Κωνστάντιον συγκλητικόν τινα πρεσβεύσαντα, ὃν ὁ Κωνστάντιος οἰηθεὶς τῷ τῆς πρεσβείας ὀνόματι κατασκοπήσοντα ἥκειν, καὶ τὰ κατ' αὐτὸν περιεργασόμενον, περιώρισεν. Ὁ δὲ Μαγνέντιος ἐπισκόποις αὖθις εἰς πρεσβείαν ἐχρήσατο, συγγνωμονηθῆναι ζητῶν ἵν' ἐν στρατιώτου μοίρᾳ τῷ βασιλεῖ συστρατεύσοιτο. Ἀλλ' οὐδὲν πρὸς τὴν πρεσβείαν ταύτην ἀνταπεκρίνατο ὁ Κωνστάντιος. Ἀφῆκε δὲ τοὺς πρέσβεις ἀπράκτους ἐπανελθεῖν. Κἀκεῖνος ἀπῄει κινήσας τὸ στράτευμα, καὶ πολλοὶ τῶν ὑπὸ Μαγνέντιον αὐτῷ προσῄεσαν, ἑαυτούς τε καὶ τὰ φρούρια ἐγχειρίζοντες. Μαγνέντιος δὲ ἀπογνοὺς τὸ τοῦ συγγνώμης τυχεῖν πρὸς πόλεμον ἡτοιμάζετο, καὶ ἐν Γαλλίαις διάγων πλήθη συνήθροιζεν. Ἵνα δὲ φροντίσι περιβάλῃ τὸν αὐτοκράτορα, καὶ ἐξ ἑαυτοῦ ἀντιπερισπάσῃ πρὸς ἕτερα, ἔπεμψέ τινα τῶν B ἑαυτοῦ οἰκείων εἰς Ἀντιόχειαν, ἀναιρήσοντα Γάλλον. Καὶ ὁ πεμφθεὶς, διὰ τὸ ἀνύποπτον, εἰς καλύβην τινὸς κατέλυσε γραὸς, παρὰ τῷ Ὀρῥόντῃ ποταμῷ πεπηγμένην, ὃς Ὀφίτης πρώην καλούμενος, ὥς τινες ἱστοροῦσιν, Ὀρῥόντης ἐπεκλήθη μετέπειτα, τοῦ υἱοῦ Καμβύσου τοῦ Περσῶν βασιλέως εἰς αὐτὸν ἐμπεσόντος, καλουμένου Ὀρῥόντου. Ἤδη γοῦν ὁ παρὰ τοῦ Μαγνεντίου σταλεὶς τὴν κατὰ τοῦ Γάλλου ἐξαρτύσας ἐπιβουλὴν, καὶ πολλοὺς τῶν ἐκεῖ προσποιησάμενος ὁπλιτῶν, ἑσπέρας παρὰ τῇ τῆς γραὸς (46) καλύβῃ τῶν συνιστόρων τισὶ συνδειπνῶν, ἀδεέστερον αὐτοῖς ὡμίλει περὶ ὧν ἐβουλεύοντο, καταφρονῶν τῆς γραὸς ὡς ἀπράγμονος, καὶ μηδὲ συνιείσης διὰ τὸ γῆρας τῶν λεγομένων. Ἡ δὲ φύσεως, ὡς ἔοικεν, ἐντρεχεστέρας τυγχάνουσα, ἐῴκει μὲν μηδ' ἀκούειν τῶν λεγομένων· πάντα δὲ συνετήρει καθ' ἑαυτήν. Καὶ ἐπεὶ ὁ ξένος αὐτῆς οἰνωθεὶς ὕπνωσεν, ἐκείνη λάθρα τῆς καλύβης ὑπεξελθοῦσα παρὰ τὴν πόλιν ἀφίκετο. Καὶ πάντα καταγγέλλει τῷ Καίσαρι. Παρ' οὗ σταλέντες τινὲς, συνέσχον αὐτοῦ τὸν ἐπίβουλον, ὃς ἐν ἀνάγκῃ καταστὰς, τὸ ἅπαν δρᾶμα ἐξέφηνε. Καὶ οὕτω τὴν ἐπιβουλὴν ὁ Γάλλος διέφυγεν, ἐκεῖνον κολάσας καὶ τοὺς ἐκείνου συνίστορας.

IX. His ita gestis, Magnentius denuo ad pugnam paratus, commissoque prælio a Constantio victus, fugit. Sed milites fugæ illius socii, cum nullam salutis spem reliquam viderent, supervacaneum arbitrati pro homine desperato pericula adire, eum imperatori tradere decreverunt. Itaque diversorium ejus circumstantes, hominem satellitum ritu custodiunt, ne clam elabatur. Magnentius sententia illorum cognita, in angustias redactus inevitabiles, per desperationem, ut fertur, furiosi hominis facinora edidit, interfectis, quos circa se habuerat, cognatis et amicis omnibus. Desiderio etiam fratri multis vulneribus inflictis, nullo tamen ex eis lethali, denique seipsum sustulit, ne a satellitibus Constantio imperatori traditus pœna diuturniore afficeretur. Decentius Cæsar ab illo appellatus, cum in Galliis ad opem fratre ferendam se pararet, illius interitu cognito, spe abjecta, vitam laqueo finit. Desiderius autem ex vulneribus a fratre Magnentio acceptis recuperata valetudine, ultro se Constantio dedit. Sic Magnentii tyrannide eversa, quæcunque ille occuparat, ea etiam in Constantii potestatem venerunt, ut paterno imperio integro solus potiretur. Ex eo pacatus fuit Occidens, sed Orientales partes subturbatæ. Nam Gallus rebus secundis elatus,

C Θ'. Τούτων οὕτω συμβεβηκότων, ὁ Μαγνέντιος αὖθις πρὸς μάχην ηὐτρέπιστο, καὶ συμβαλὼν τοῖς τοῦ Κωνσταντίου ἡττᾶται καὶ φεύγει. Οἱ γοῦν αὐτῷ συμφυγόντες στρατιῶται, ἐπεὶ μηδαμόθεν ἑώρων αὐτοῖς σωτηρίας ἐλπίδα περιλιπῆ, μάταιον κρίναντες κινδυνεύειν ὑπὲρ ἀπεγνωσμένου ἀνδρὸς, ἐκδοῦναι αὐτὸν τῷ βασιλεῖ ἐβουλεύσαντο. Καὶ περιστάντες τὴν οἰκίαν ἔνθα κατήγετο, ἐν σχήματι φρουρῶν ἐφρούρουν αὐτὸν, ἵνα μὴ λάθῃ σφᾶς ἐκφυγών. Ὡς δ' ἔγνω τὴν αὐτῶν διάνοιαν ὁ Μαγνέντιος, καὶ ἐν ἀφύκτοις ἔγνω ἑαυτὸν περιειλημμένον, ἐξ ἀπονοίας, μεμηνότος ἔργον, ὡς λόγος, εἰργάσατο, τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ πάντας συγγενεῖς καὶ φίλους ἀνῃρηκὼς, εἶτα καὶ Δισιδερίῳ τῷ ἀδελφῷ πολλὰς πληγὰς διὰ ξίφους ἐπήνεγκεν, οὐ μέντοι τις αὐτῶν θανάσιμος ἦν. Καὶ D ταῦτα πράξας καὶ ἑαυτὸν ἀνεῖλεν, ἵνα μὴ παραδοθῇ πρὸς τῶν αὐτὸν φυλασσόντων Κωνσταντίῳ τῷ αὐτοκράτορι, καὶ χρονιώτερον κολασθῇ. Καὶ Δεκέντιος δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὃν προεχειρίσατο Καίσαρα, ἐν Γαλλίαις ὢν, καὶ πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἑτοιμαζόμενος ἀφίξεσθαι σύμμαχος, ὡς τὸν ἐκείνου ἐπύθετο ὄλεθρον, ἀπογνοὺς ἀγχόνῃ ἐχρήσατο. Ὁ δὲ παρὰ τοῦ Μαγνεντίου πληγὰς δεξάμενος ἐκείνου ὁμαίμων ὁ Δισιδέριος, τὸν θάνατον ἐκφυγὼν καὶ ἀναῤῥωσθεὶς ἀπὸ τῶν πληγῶν, τῷ Κωνσταντίῳ προσῆλθεν ἐθελοντής. Οὕτω δὲ τῆς τοῦ Μαγνεντίου τυραννίδος διαλυ-

Variæ lectiones et notæ.

(46) *Τῆς γραος*. Id etiam attigit Ammianus, lib. XIV: *Accenderat super his incitatum propositum ad nocendum aliqua mulier vilis, quæ ad palatium, ut poposcerat, intromissa, insidias ei latenter obtendi prodiderat ab militibus obscurissimis.*

θείσης, ὅσα ἐκεῖνος κατεῖχε, καὶ ταῦτα ὑπὸ τὸν A Κωνστάντιον γέγονε, καὶ ὁλοκλήρου τῆς πατρικῆς ἀρχῆς μόνος γέγονεν ἐγκρατής. Τὰ μὲν οὖν ἑσπέρια εἰρήνην ἦγον ἐντεῦθεν· τὰ δὲ τῆς ἑῴας ἐταράττετο μοίρας. Ὁ Γάλλος γὰρ (47) τῷ εὐτυχήματι ἐπαρθεὶς, ἐπεὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐγένετο, βαρὺς τοῖς ὑπ' αὐτὸν προσεφέρετο, κακουμένοις πολυειδῶς πρὸς αὐτοῦ, ἔχοντος καὶ τὴν ὁμόζυγον πρὸς τοῦτο αὐτὸν ἐρεθίζουσαν. Δείσας οὖν ὁ Κωνστάντιος μὴ κινηθεῖεν εἰς ἀποστασίαν οἱ ὑπ' ἐκείνου κακούμενοι, καὶ ἐμφυλίου πολέμου δεήσῃ αὐτῷ, Δομετιανὸν (48), ἄνδρα ἐπιφανῆ τε καὶ γηραιὸν, ἔπαρχον τῶν πραιτωρίων προχειρισάμενος εἰς Ἀντιόχειαν ἔστειλεν, ἐντειλάμενος τῷ ἀνδρὶ ἐν ἀπορρήτοις εὐφυῶς πως τὸν Γάλλον ὑπελθεῖν, καὶ πεῖσαι ἀφίξεσθαι πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ εἰς Ἀντιόχειαν παραγεγονὼς, καὶ πάνυ ἀδεξίως τὸ B πρᾶγμα μετεχειρίσατο, ἀναφανδὸν ἐπιτάξας τῷ Καίσαρι πορεύεσθαι πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, καὶ ἀπειλήσας εἰ μὴ πείθοιτο, τὰς σιτήσεις τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισχεῖν. Τούτοις εἰς θυμὸν ἐκεῖνος παροξυνθεὶς, καὶ ἄλλως εὐκίνητος ὢν πρὸς ὀργὴν, κατέσχε τὸν ἔπαρχον καὶ φρουροὺς αὐτῷ στρατιώτας ἐπέστησε. Μοντίου δὲ τοῦ κοιαίστορος αἰτιωμένου τὴν πρᾶξιν, καὶ εἰς σαφῆ τυραννίδα ταύτην ἀνάγεσθαι λέγοντος, ἔτι χαλεπήνας ὁ Καῖσαρ, ἀλλὰ καὶ πρὸς τῆς γυναικὸς εἰς ὀργὴν ἐξαφθεὶς ὡς καταφρονούμενος, καὶ

A cum Antiochiam venisset, subditos suos aspere tractabat, ac multifariam vexabat, quam ad rem a conjuge etiam exstimulabatur. Veritus igitur Constantius ne, populo ex malorum impatientia deficiente, bello civili confligendum esset, Domitianum, senem illustrem, prætorio præfectum, misit Antiochiam, cum arcano mandato, ut Gallo arte persuaderet, ut ad se veniret. Sed ille, 19
profectus Antiochiam, rem sine ullo tractavit ingenio, aperte jusso Cæsare ad imperatorem proficisci, comminatus, ni pareret, se commeatus eorum qui illi parerent, detenturum. His ille, alioqui pronus in iram, commotus, præfectum detinet, et militibus custodiendum tradit. Eam rem Montio quæstore culpante, et manifestæ tyB rannidis esse asserente, Cæsar denuo iratus, et magis etiam ab uxore inflammatus, quasi contemneretur: et quæstorem in vincula conjicit, et ambos militibus tradit, qui utrumque per forum tractum et excruciatum, denique in flumen conjectum suffocarunt. His Constantius cognitis, misit, qui Gallum ad sese pertraherent. At ille præmisit uxorem, fratrem placaturam, quæ in itinere ex morbo decessit. Cujus obitu cognito Constantius, Gallum statim dignitate privatum relegat; post etiam percussores contra illum mittit,

Variæ lectiones et notæ.

(47) *Ὁ Γάλλος γαρ*. Totam hanc Galli historiam sic persequitur scriptor Vitæ S. Artemii, ineditus (*): Ὁ δὲ Γάλλος τὴν τοῦ Καίσαρος ἀμφιασμένος ἀλουργίδα, καὶ ἤδη τῶν πρώτων τῆς βασιλείας ἀρξάμενος ἐπιβαίνειν βαθμῶν, οὐκ ἔμενεν ἐπὶ τῆς αὐτῆς γνώμης καὶ πίστεως ἧς πρὸς Κωνστάντιον ἐποιήσατο, βασιλικώτερον τῶν πραγμάτων ἁπτόμενος, καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ θράσους καὶ τῆς ἀλαζονείας διατάττόμενος. Τοὺς γὰρ ἄρχοντας, οὓς σὺν αὐτῷ ἐπέπομψε Κωνστάντιος, τῶν βασιλικῶν τε καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ὄντας διαιτητὰς, τὸν δὲ τῶν πραιτωρίων ὕπαρχον Δομετιανὸν (ὁ γὰρ Θαλάσσιος ἐτεθνήκει) καὶ τὸν ἐπὶ τοῦ κοιαίστωρος Μόντιον, διὰ τὸ μὴ πειθαρχεῖν αὐτοὺς, καὶ ὑπουργεῖν ταῖς παραλόγοις αὐτοῦ καὶ ἀκαθέκτοις ὁρμαῖς, σχοινίοις τοῖς στρατιώταις τῶν ποδῶν αὐτῶν ἐξάψασθαι παρακελευσάμενος, ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς συρῆναι προσέταξε, καὶ ἀμφοτέρους ἀπέκτεινεν, ἄνδρας ἐν ἀξιώμασι διαπρέψαντας, καὶ παντὸς κέρδους καὶ λήμματος εὑρεθέντας ὑψηλοτέρους, οὓς ὁ τῆς πόλεως περιστείλας ἐπίσκοπος ἔθαψεν, αἰδεσθεὶς τὸ τῆς αὐτῶν ἀρετῆς ὑπέρβλητον. Ὁ δὲ Κωνστάντιος ἐπειδὴ τάχιστα ἐπύθετο τὸ συμβὰν, μετάπεμπτον ὡς ἑαυτὸν ἐποιεῖτο τὸν Γάλλον. Ὁ δὲ εἰδὼς μὲν ὡς οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τυγχάνει καλούμενος, ἐννοῶν δὲ πάλιν ὡς εἰ μὴ βούλοιτο ὑπακούειν, πόλεμον ἀνάγκη ποιεῖν, ὅπλα πρὸς Κωνστάντιον ἐκ τοῦ εὐθέως ἀράμενον, αἱρεῖται μᾶλλον τὰ τῆς εἰρήνης· καὶ τὴν γυναῖκα προαποστείλας ὡς τὸν Κωνστάντιον ἐκμειλίξασθαι, καὶ αὐτὸς ἄπῄει αὐτόμολος ἐς τὸν κίνδυνον. Ἡ μὲν οὖν Κωνσταντῖνα προτέρα ἐξώρμησε, προεντυχεῖν τῷ ἀδελφῷ, καὶ δεηθῆναι τούτου ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς προθυμουμένη, τοῦ μή τι εἰς αὐτὸν βουλεύσασθαι ἀνήκεστον. Πολλῇ δὲ προθυμίᾳ περὶ τὴν ὁδοιπορίαν χρωμένη, εἰς νόσον ἐνέπεσε μεταξὺ πορευομένη, καὶ Βιθυνίας ἐπιβᾶσα, ἐν σταθμῷ τινι ταύτης Γαλλικάνῳ λεγομένῳ ἀπέθανεν. Ὁ δὲ Γάλλος καὶ τοῦτο παρὰ δόξαν αὐτῷ συμβὰν, μεγάλην συμC φορὰν ποιησάμενος, ὅμως ᾔειτο πρόσω, τῶν δεδογμένων οὐκ ἐξιστάμενος. Ἐπειδὴ εἰς Νωρικοὺς ἀφίκετο πόλιν αὐτῶν Πυτάβιῶνα καλουμένην, ἐνταῦθα δὴ ἀπὸ Μεδιολάνου καταπέμπεται στρατηγὸς Βαρματίων, ἐκεῖ τοῦ Κωνσταντίου τοῦ τηνικαῦτα τυγχάνοντος, ὃς τὸν Γάλλον ἀφαιρεῖται τῆς ἀλουργίδος, καὶ εἰς ἰδιώτην μετασκευάσας, ἐξόριστον αὐτὸν εἴς τινα νῆσον τῆς Δαλματίας κατέστησε. Τοῦ Γάλλου δὲ εἰς τὴν νῆσον ἀφιγμένου, Εὐσέβιος ὁ εὐνοῦχος, ὁ τὴν τοῦ πραιποσίτου τότε τιμὴν ἔχων, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πείθουσι Κωνστάντιον ὡς τάχιστα Γάλλον ποιήσασθαι ἐκποδών. Ὁ δὲ πεισθεὶς πέμπει τοὺς ἀποκτενοῦντας αὐτόν. Καὶ ἤδη τούτων ἀφικνουμένων, πάλιν ὁ Κωνστάντιος εἰς ἔλεον μετεβλήθη, καὶ πέμπει διὰ ταχέων γράμματα τὸν Γάλλον τοῦ πάθους ἀνακαλούμενος· ὁ δὲ Εὐσέβιος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, πείθουσι τὸν πεμφθέντα μαγιστριανὸν, μὴ πρότερον ἐπιστῆναι δεικνύντα τὸ γράμμα πρὶν ἂν πύθοιτο τὸν Γάλλον ἀνῃρημένον. Γένετο ταῦτα, καὶ D ὁ Γάλλος ἐτεθνήκει· ὁ δὲ Κωνστάντιος περὶ τοῖς πράγμασι δείσας μὴ οὐχ οἷός τε ἦν μόνος ἁπάσης εἶναι τῆς ἀρχῆς ἐγκρατὴς, ἄλλως τε καὶ τῶν Γαλατῶν ὀξύτατα δὴ καὶ ὁπότε προθυμηθεῖεν εἰς τὰς τυραννίδας ἐγειρομένων, διά τε σώματος ἰσχὺν, καὶ κουφότητα φρονημάτων, μετεμέλετο ἤδη τὸν Γάλλον ὑπεξελὼν, καὶ λογιζόμενος τὸ συγγενὲς τοῦ ὀθνείου καὶ ἀλλογενοῦς ἀσφαλέστερον εἶναι μακρῷ πρὸς κοινωνίαν τῆς βασιλείας, Ἰουλιανὸν τὸν ἀδελφὸν τοῦ Γάλλου ἐκ τῆς Ἰωνίας μεταπεμψάμενος, ἐν τῇ Μεδιολάνων Καίσαρα ἀναδείκνυσι, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῷ τὴν ἑαυτοῦ Ἑλένην εἰς γάμον ἐκδούς· καὶ τὰ πιστὰ πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος, τοῦτον μὲν ἐξέπεμψεν εἰς τὰς Γαλλίας, φύλακα τῆς ἐκεῖσε βασιλείας ἐσόμενον.

(48) *Δομετιανόν*. De Domitiano et Montio missis ad Gallum Cæsarem, agunt Ammianus, lib. XIV; Philostorgius, lib. III, cap. 38; lib. IV, cap. 1, et alii scriptores.

(*) Edidit card. Angelo Mai. Vide *Patrologiæ* tom. XCVI, col. 1263 B.

a suis incitatus, cujus rei cum pœnituisset, per alios cædem ejus averti jubet. Iis Galli inimici, ac potius Eusebius eunuchus, qui præpositi magistratum curabat, homo apud Constantium gratiosus, persuasit, ne Galli percussoribus pœnitentiam imperatoris indicarent prius, quam hominem cæsum esse cognovissent. Sic ille interfectus est. Cum autem Transrhenani Barbari Gallias infestarent, Silvanus, vir rei militaris peritissimus, et optimus imperator, ad eorum impetum retundendum mittitur. Sed imperator, calumniis adductus (quibus sane pronas solebat aures præbere) atrocia contra illum clam machinatur. Quo ille intellecto, ad defectionem impulsus, Cæsaris habitum sibi usurpat. Verum brevis ille motus fuit. Nam Ursicinus a Constantio missus, quosdam milites ejus pecunia corrupit, quorum opera sublato Silvano, defectio sopita est. Constantium ab Occidente Byzantium reversurum, legati Persarum a Sapore missi circa Sirmium conveniunt, qui Mesopotamiam et Armeniam Persis restitui postulabant, ut ad quos eæ proviniæc a multis sæculis pertinerent: quo tandem desinereut bella gerere cum Romanis. Sin minus, imperatori significabant, regem marte judice causam illam disceptaturum. Ad ea rescripsit Constantius, mirari se, oblitum illum esse, quod Persæ Macedónibus servierint, quibus per **20** Romanos subactis, illorum etiam servi Romanæ ditionis facti sint. His Sapor inflammatus bellum parat, Nisibin confestim obsidet, eaque, cum nihil proficeret, relicta, alias urbes tentat: ab illis etiam repulsus, Amidam tandem capit.

XI. Tiberius ab Eutychio patriarcha coronatus, uxorem quoque suam Anastasiam Augustam salutavit: quæ duas ei filias peperit, Charitonem et Constantinam. Sophia vero Justini vidua, relicta aula in regiam sibi cognominem migravit, regio comitatu ei a Tiberio tanquam matri suæ attributo. Ad Hormisdam Persarum regem de pace renovanda legatos misit: qui cum renovationem eam recusasset, Tiberius ad bellum Persicum ingentes copias conscribit, et Justinianum virum illustrem, Orientis ducem creat. Qui contra Persas profectus, castris prope illos positis, et ad colloquium evocatis, persuadet, ut triennii pacem cum Romanis faciant. Tertio anno jam exeunte, Hormisdas Persarum dux cum suis copiis Armeniam invadit: quæ res terrorem incussit Romanis legionibus, sed ducis sui cohortationibus animis receptis, pugnare cum Hormisda non recusarunt. Ac quandiu Persæ sagittis utebantur, Romanis superiores esse videbantur, qui se clypeis obsepiebant, nec contra ibant. Sed cum animadverterent Persas jam pharetras exhausisse, densatis clypeis, et clamore bellico sublato, illos invaserunt, cominus hastis et gladiis rem gerentes. Ibi hostes nec ad exiguum tempus eorum impetu tolerato in fugam versi plerique cadunt, castrisque direptis regium Hormisdæ tabernaculum et omnis ejus supellex
73 et elephantes, imperatori seliguntur, cætera militibus concessa. Romani in Persidis interiora progressi, longe lateque prædas egerunt. Tunc Tiberius balneas Blachernias ædificare cœpit, multas et sacras et publicas ædes instauravit, ut hospitia et senum receptacula, et aureum triclinium a Justino conditum renovavit. Eutychio patriarcha, cum Byzantinam sedem per IV annos secundum ornasset, mortuo, patriarcha eligitur Magnæ Ecclesiæ diaconus Joannes Jejunator, vir sanctissimus. Persas captivos Constantinopolim perductos, imperator omnes magnifice vestitos domum redire sivit: quos ipsorum cognati præter spem conspicati, magna cum admiratione imperatorem collaudarunt. Cæterum Chaganus Avarum dux a Tiberio

Variæ lectiones et notæ.

(31) *Κόμητα*. Notarii dignitatem obiisse Tiberium scribit Eustathius in Vita S. Eutychii Patr. Constantinopol. n. 67, scilicet *ordinis primi*, quomodo eam vocat Lactantius, in libro *De mortibus persecutorum*, cap. 10.

(32) *Προσεκαλέσατο*. Eustathius in Vita S. Eutychii Patr. Constantinopol. n. 70 et seqq.

fabros petiit, qui sibi balneas ædificarent. Iis missis, pontem in Danubio struere coegit opifices, ut flumen citra periculum trajiceret, et Romanas provincias populari posset. Imperator autem exercitum XII millium robustiorum juvenum ex gentibus coegit, quem ex suo nomine vocavit, et Mauricio comite fœderatorum illis præposito, eique cubiculario legato addito, contra Persas ablegavit. Pugna commissa, Romanus prælio victor, multas urbes et multum agri Barbaris ademit. Mauricium reversum imperator honorifice excipit, et desponsa Constantina filia generum asciscit. Alteram Charitonem duci Germano in matrimonium dedit, et utrumque Cæsarem designavit. Cum autem tabe laboraret, lectica in Tribunalium perlatus, Mauricium imperatorem proclamari jussit, Joanne patriarcha præsente cum Patribus conscriptis, morbo ita confectus, ut orationem in concilio habere non posset: quare scripto suam sententiam proposuit. Reversus in regiam, naturæ debitum persolvit. Regnavit annos quatuor, menses decem, et dies octo.

A ἐκόσμησεν. Εὐτυχίου δὲ τοῦ πατριάρχου ἐπὶ τέσσαρας ἐνιαυτοὺς τὸ δεύτερον τὸν θρόνον τῆς Βυζαντίδος κοσμήσαντος καὶ ἐκλελοιπότος (33), χειροτονεῖται πατριάρχης διάκονος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας Ἰωάννης ὁ Νηστευτὴς (34), ἀνὴρ ἱερώτατος. Τοὺς δ' εἰς τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων ἀχθέντας δορυαλώτους Πέρσας ἅπαντας μεταμφιάσας ὁ βασιλεὺς μεγαλοπρεπῶς, εἰς τὰ οἰκεῖα ἀφῆκεν ἐπανελθεῖν· οὓς ἀνελπίστως οἱ προσήκοντες θεασάμενοι, ὑπερεθαύμασαν, καὶ δι' ἐπαίνων τὸν βασιλέα πεποίηντο. Ἐπὶ τούτου τοῦ βασιλέως ὁ Χαγάνος ὁ τῶν Ἀβάρων (35) ἀρχηγὸς, ᾐτήσατο σταλῆναι αὐτῷ οἰκοδόμους, ἵνα αὐτῷ δομήσωνται λουτρόν. Σταλέντων δὲ, γέφυραν παρὰ τὸν Δάνουβιν ᾠκοδόμησε, βιασάμενος (36) πρὸς τοῦτο αὐτοὺς, ἵνα δι' αὐτῆς ἀπόνως
B περαιούμενος, τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους ληΐζηται. Ἐξ ἐθνικῶν δὲ πλῆθος ἐς χιλιάδας δώδεκα συνιστάμενον ἀθροίσας ὁ βασιλεὺς νέων (37) καὶ σφριγώντων ἀνδρῶν, ἐπὶ τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι (38) τούτους συνεκρότησε στράτευμα, καὶ στρατηγὸν αὐτοῖς ἐπιστήσας Μαυρίκιον (39) τὸν κόμητα τῶν φοιδεράτων, καὶ ὑποστράτηγον Ναρσῆν τὸν κουβικουλάριον ἐκπέπομφε κατὰ τῶν Περσῶν. Πολέμου δὲ συῤῥαγέντος, τὸ Ῥωμαϊκὸν ὑπερτέρησε στράτευμα, καὶ πόλεις τῶν Βαρβάρων καὶ πολλὴν χώραν ἀφείλετο. Ὑποστρέψαντα δὲ τὸν Μαυρίκιον μετὰ τιμῆς ὁ βασιλεὺς ὑπεδέξατο, καὶ κηδεστὴν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ Κωνσταντίνῃ αὐτὸν ἐποιήσατο. Τὴν δ' ἑτέραν τὴν Χαριτὼ τῷ στρατηγῷ συνέζευξε Γερμανῷ, καὶ ἄμφω δὲ τετίμηκε Καίσαρας. Νόσῳ δὲ φθινάδι περιπεσὼν, ἐν τῷ τριβουναλίῳ φοράδην ἐκκομισθεὶς, ἐκεῖ τὸν Μαυρίκιον ἀναῤῥηθῆναι βασιλέα πεποίηκε, παρόντος τοῦ πατριάρχου Ἰωάννου, καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς. Οὕτω δὲ ὑπὸ τῆς νόσου κατείργαστο, ὡς μὴ δὲ δύνασθαι τοῖς συνειλεγμένοις ὁμιλῆσαι, διὸ καὶ διὰ γραφῆς τούτοις τὸ ἑαυτοῦ παρέστησε βούλημα. Ὑποστρέψας δ' ἐκεῖθεν εἰς τὰ βασίλεια, τὴν ζωὴν ἐξεμέτρησε, βασιλεύσας ἔτη τρία, μῆνας δέκα, καὶ ἡμέρας ὀκτώ.

XII. Mauricius, a patriarcha Joanne Jejunatore coronatus, rerum administrationem suscepit, natus annos tres et quadraginta. In contractibus scribebatur Mauricius qui et Tiberius. Chaganus autem, Sirmio potitus, postulavit, ut LXXX millibus annui tributi adhuc viginti millia adderentur: quod additamentum Mauricius imperator, pacis 74 conservandæ studio non detrectavit. Postea etiam elephantem petenti, quod ejusmodi belluam nunquam vidisset, maximum eorum quos habebat misit. Verum homo insatiabilis, aut rumpendæ pacis causas quæritans, centenis illis alia vicena millia postulavit adjici. Quod cum imperator recusaret, ille bello Romanis illato multas urbes

C ΙΒ'. Μαυρίκιος δὲ τῆς τῶν κοινῶν διοικήσεως εἴχετο, στεφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατριάρχου Ἰωάννου τοῦ Νηστευτοῦ. Ἦν δὲ, ὅτε τῆς αὐταρχίας ἐπέβη, ἐτῶν τεσσαράκοντα πρὸς τρισίν. Ἐγράφετο δὲ ἐν τοῖς συμβολαίοις, Μαυρίκιος ὁ καὶ Τιβέριος. Χαγάνος δὲ ὁ τῶν Ἀβάρων ἀρχηγὸς τὸ Σίρμιον χειρωσάμενος ἐξῄτησε προστεθῆναι ταῖς ὀγδοήκοντα χιλιάσι ταῖς ἐτησίως αὐτῷ παρεχομέναις, καὶ ἑτέρας εἴκοσιν· καὶ ὁ βασιλεὺς εἰρηνεύειν ἐθέλων, τὴν προσθήκην ταύτην ἐποίησε. Ὁ δὲ καὶ ἐλέφαντα ᾔτησε, μήπω τὸ ζῶον ἰδὼν, τὸν μείζονα τοίνυν ὧν εἶχεν ὁ βασιλεὺς αὐτῷ πέπομφεν. Ὁ δὲ Χαγάνος (40) ἀπληστευόμενος, ἢ προφάσεις τοῦ μὴ εἰρηνεύειν ζητῶν, ἑτέρας εἴκοσι χιλιάδας ταῖς ἑκατὸν προστεθῆναι ἀπῄτησε. Μὴ

Variæ lectiones et notæ.

(33) *Καὶ ἐκλελοιπότος*. Obiit S. Eutychius ea Dominica quam Græci δευτεροπρώτην, Latini, *in albis* vocant, 5 April. an. Ch. 582, Eustath. n. 96. Postridie illius memoriam agi observant Menæa.

(34) *Ἰωάννης ὁ Νηστευτής*. Cujus memoriam et synaxin agunt Græci 2 Septemb. et encomium descripsit Callistus Patr. Constantinopol. quod habetur in cod. Reg. 275. Hujus Canones pœnitentiales edidit Morinus in libris *De pœnitentia*. Praxin vero ab eo Græcis præscriptam in confessione peragenda, Leo Allatius, lib. III *De utriusque Eccl. consensione*, cap. 17, n. 10.

(35) *Ὁ τῶν Ἀβάρων*. Joan. Biclariensis an. 1 Tiber.

(36) *Βιασάμενος*. Codd. mss. βιασάμενος τοὺς τεχνίτας πρὸς τὴν ταύτης οἰκοδομὴν, ἵνα δὲ αὐτῆς D εὐμαρῶς παραιούμενος, etc.

(37) *Νέων*. Codd. mss. νέων σφριγγόντων ἐπὶ τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι.

(38) *Ἐπὶ τοῦ ἑαυτοῦ ὀνόματι*. Theophan. an. 4 Tiberii.

(39) *Μαυρίκιον*. Joan. Biclariensis an. 2, 3 et 4 Tiberii.

(40) *Χαγάνος*. Varias Chagani Avarum in imperii provincias excursiones subinde memorat Theophylactus Simocatta in *Hist. Mauriciana*, et ex eo alii: sed nullus, ni fallor, meminit Thessalonicæ ab eo obsessæ, et S. Demetrii ope ab ea obsidione liberatæ, de qua laudatur a Leone Allatio in Diatriba de Symeonibus, narratio scripta ab auctore qui ipso Mauritio imperante vixit, et prorsus in obsidione scripta.

καταδεξαμένου δὲ καὶ ταύτην τὴν προσθήκην τοῦ βασιλέως, ἐστράτευσε κατὰ Ῥωμαίων ἐκεῖνος καὶ πόλεις πολλὰς τοῦ Ἰλλυρικοῦ ἐχειρώσατο· ἠπείλει τε καὶ τὸ Μακρὸν καταστρέψαι Τεῖχος. Στείλας οὖν πρέσβεις πρὸς τὸν βάρβαρον ὁ Μαυρίκιος σπονδὰς ἔθετο. Ὁ μέντοι Χαγάνος, ἄπληστός τε καὶ ἄπιστος ὤν, δόλῳ κατὰ Ῥωμαίων ἐγίνετο, αὐτὸς μὲν ἡσυχάζων, ἔθνη δέ τινα τῶν Σκλαβηνῶν παρασκευάσας τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους ληΐζεσθαι, οἳ καὶ μέχρι τοῦ Μακροῦ Τείχους πεφθάκασιν. Ὁ Βασιλεὺς δὲ Κομεντίολον στρατηγὸν προβαλλόμενος, καὶ δι' αὐτοῦ τοῖς Βαρβάροις ἀθρόον ἐπεξελθὼν, τῶν Ῥωμαϊκῶν αὐτοὺς ὁρίων ἀπήλασεν, ἀναιρεθέντων πολλῶν, καὶ τὴν λείαν ὅσην ἔλαβον, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἐπανεσώσατο. Φιλιππικῷ δὲ τὴν ἰδίαν συζεύξας ἀδελφὴν, κατὰ Περσῶν αὐτὸν σὺν βαρεῖ στρατεύματι ἐξαπέστειλεν. Ὁ δὲ ἄγχιστα τῇ Νισίβει γενόμενος, κἀκεῖθεν ἐμβαλὼν τῇ Περσίδι, ἤλασεν ἐκεῖθεν λείαν πολλὴν, καὶ ἐπανιὼν, τῇ τῶν Μήδων χώρᾳ προσέβαλε, καὶ ταύτης οὐ μείω τινὰ ληϊσάμενος ἐπανῆλθεν εἰς τὰ Ῥωμαίων. Καὶ αὖθις δὲ τοῖς Περσικοῖς ἐπελθὼν χωρίοις, ὁμοίως εὐτύχησε. Νοσήσας μέντοι εἰς Μαρτυρόπολιν (41) παραγίνεται, κἀκεῖθεν ἐπανῆλθεν εἰς τὸ Βυζάντιον. Ἐτέχθη δὲ τῷ Μαυρικίῳ υἱὸς ὃν ὠνόμασε Θεοδόσιον. Φιλιππικὸς δὲ καὶ πάλιν κατὰ Περσῶν ἐξεστράτευσε, καὶ τὸ περὶ αὐτὸν στρατιωτικὸν ἠρώτησεν, εἰ πρόθυμοι τοῖς Πέρσαις εἶεν μαχέσασθαι; Οἱ δὲ καὶ ὅρκοις τὸ πρόθυμον αὐτῶν ἐβεβαίουν. Ὡς οὖν συνέβαλον τοῖς ἐναντίοις, μέχρι μέν τινος ἀντεῖχον οἱ Βάρβαροι. Ἐπεὶ δὲ τοὺς ἵππους πλήττειν αὐτῶν ὁ στρατηγὸς τοῖς οἰκείοις παρεκελεύσατο, καὶ πολλοὶ τῶν ἵππων πληττόμενοι ἔπιπτον, ἐτράπη τὸ Περσικὸν, καὶ τὸ μὲν ἥττητο κραταιῶς, καὶ πολὺ τούτου μέρος διέφθαρτο· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι λαμπρῶς νενικήκασι, καὶ ζῶντας τῶν πολεμίων περὶ δισχιλίους συνέλαβον. Ὁρμίσδας δὲ ὁ τῶν Περσῶν ἀρχηγὸς, Βαρὰμ προχειρισάμενος στρατηγὸν, συμβαλεῖν Ῥωμαίοις ἐκέλευσεν. Ὁ δὲ συμβαλὼν ἡττᾶται· ὃ γνοὺς Ὁρμίσδας γυναικείαν ἐσθῆτα (42) στέλλει αὐτῷ, καὶ τὴν στρατηγίαν ἀφείλετο, καὶ τῷ ὑποστρατήγῳ αὐτοῦ διὰ γραφῆς ἐνετείλατο τὸν Βαρὰμ ἀνελεῖν. Ὁ δὲ οἵου κακοῦ γέγονεν ἐννοήσας, γράμματα ὡς ἐξ Ὁρμίσδου αὐτῷ σταλέντα ἐπλάσατο, ὀργὴν ἐμφαίνοντα κατὰ παντὸς τοῦ στρατεύματος, καὶ συναθροίσας αὐτὸ, τά τε γράμματα εἰς ἐπήκοον ἀναγνωσθῆναι πεποίηκε, καὶ αὐτὸς ἀνεμίμνησκε τῆς ἀπηνείας Ὁρμίσδου καὶ τῆς ὠμότητος, καὶ διὰ τούτων ἀντᾶραι χεῖρας ἠρέθισε κατὰ τοῦ σφῶν ἀρχηγοῦ. Ἐπελθόντες (43) οὖν ἀθρόον αὐτῷ, κατέσχον, καὶ ἐνέβαλον εἰς εἱρκτήν. Ὁ δὲ ὑποθέσθαι αὐτοῖς περὶ τῆς τῶν Περσῶν ἀρχῆς ἠξίου, ἅττα τῷ ἔθνει γινώσκει συμφέροντα, καὶ συνεβούλευε μὴ τὸν Χοσρόην υἱὸν αὐτοῦ ὄντα προκριθῆναι εἰς τὴν ἀρχὴν, ἄπληστον

Illyrici subegit, minatus se Longum Murum etiam eversurum. Itaque Mauricius, missis ad Barbarum legatis, pacem cum eo facit. Sed Chaganus, ut insatiabilis et perfidus, dolo Romanos aggressus, ipse quievit: Sclavorum vero gentes quasdam ad populandas provincias concitavit, quæ usque ad Longum Murum sunt progressæ. Quapropter imperator, Commentiolo duce creato, Barbaros improvise adventu Romanis finibus expulit, multis cæsis, et præda omni captivisque receptis. Philippicum sorore desponsa eum manu validissima contra Persas misit, qui cum proxime Nisibim pervenisset, atque inde in Persiam irrupisset, multa præda abacta, in reditu impressionem in Mediam fecit, et ibi quoque præda non minore parta, in Romanas provincias rediit: inde iterum Persicos fines ingressus, rem æque prospere gessit. Sed propter morbum Martyropolim, atque inde Byzantium rediit. Mauricio natus est filius quem Theodosium nominavit. Philippicus denuo Persas oppugnaturus, milites suos percontatur an alacres essent ad pugnandum cum Persis? iis vero etiam jurejurando alacritatem suam testatis, hostes aggreditur: qui etsi ad tempus restiterunt, tamen cum dux equos illorum cædi jussisset, et multi equi vulnerati cecidissent, Persæ fugam ceperunt, potenter victi, magnaque clade accepta: Romani vero illustrem victoriam consecuti, hostium ad duo millia viva ceperunt. Hormisdas Persarum rex Baramum ducem congredi cum Romanis jussit. Quem ut victum esse cognovit, abrogato illi imperio vestem muliebrem mittit, ac legato ejus per litteras mandat, ut eum occidat. Cæterum Baramus quantis in malis esset reputans, litteras ab Hormisda ad se missas esse comminiscitur, quibus iracundiam suam adversus omnem exercitum declaret, easque militibus convocatis, palam omnibus recitari 75 jubet, ac Hormisdæ sævitia et immanitate commemorata, eos concitat ad bellum ei inferendum. Subito igitur eum aggressi, captum in carcerem conjecerunt. At ille professus, se consilium eis de Persarum imperio daturum, quod toti nationi sciat bono futurum, monet ne filium suum Chosroem regem creent, hominem inexplebilem, injustum, insolentem, atque intolerandi supercilii, sed alium e suis filiis. Sed ei sententiæ procerum nonnullis refragatis, populares contra eum concitati, filium cui regnum decreverat, et matrem illius, in conspectu ejus statim occiderunt: ipse oculis erutis, in carcerem compactus; Chosroes a tota gente rex electus. Is ad tempus patrem bene tractavit, et quanquam e custodia non eduxit, in ea tamen omnem ei cultum et obsequium præstitit. Qui cum nihil quod a filio proficisceretur, gratum ha-

Variæ lectiones et notæ.

(41) *Μαρτυρόπολιν*. Cujus urbis meminit præ cæteris Simocatta, lib. IV, cap. 15 et Theophanes an. 5 Mauricii.

(42) *Γυναικείαν ἐσθῆτα*. Simocatta, lib. III, cap. 8; Theophan. p. 222. Vide Notas ad Cinnamum, p. 431.

(43) *Ἐπελθόντες*. Simocatta, lib. IV, cap. 3, 4, 5, 6.

beret, imo contumelias pro beneficiis reponeret: iratus Chosroes eum latera fustibus tundendo occidi jussit. Id facinus odium Persarum ei peperit. Suscepta contra Baramum expeditione, quosdam ex proceribus suis illi studere suspicatus occidit, ac militari seditione perterritus, cum paucis ad Romanos confugit. Eo Mauricius cognito, prætori provinciæ mandat, ut Chosroen regio cultu et honore suscipiat, et Narsetem cum legionibus auxilio mittit, ad regnum recuperandum. Is igitur cum Baramo congressus, illustri victoria potitur, Persarum multis occisis, et ad sex millia captis, quos Chosroes ad se adductos jaculis omnes confecit. Qui vero ex Barami fœderatis Turcicæ nationis erant, eos ad Mauricium misit, quorum multi cruces in frontibus gerebant, compunctis superciliis in crucis modum, infusoque atramento. Cujus rei quæsita causa, responderunt, superiori tempore cum sua gens fame periclitaretur, se a Christiano quodam monitos hoc fecisse, nec ullum ex eis qui paruerit, fame periisse. Baramus superatus, fuga salutem quæsivit, Chosroes in suum regnum est reversus. Fertur autem cum ante victoriam dux Romanorum certam belli administrandi rationem secuturus esset, instituisse Chosroes, ne id consilium exsequeretur, et alium instruendæ aciei modum proposuisse: quem cum
76 dux inutilem esse affirmaret, neque tamen Chosroes de sententia sua decederet, etiam salibus incessit regem, ut rei militaris et instruendæ aciei imperitum. Is Chosroen irritatum, qui motus astrorum peritus esset, atque futurarum rerum præscientia gloriaretur, dixisse: *Nisi tempori serviendum esset, non auderes, dux, magnum regem salibus incessere. Quia vero successibus præsentibus insolescis, audito, quid in futurum dii constituerint. Scito res adversas ad vos Romanos esse redituras, et gentem Babylonicam triplici annorum septenario circuitu Romanam ditionem obtenturam. Post illud autem, vos Romani, quintum septenarium annorum Persas servitute premetis. Iis peractis dies sine vespere hominibus illucescet.* Hæc ille. Mauricius autem filium Theodosium imperatorem appellat, eumque patriarcha Joannes in Paschate coronat. Ædem Quadraginta Martyrum, inchoatam pridem a Tiberio, needum perfectam, absolvit. Pace cum Persis facta, legiones ex Oriente in Thraciam revocavit, et ipse Byzantina terra egressus, loca a Barbaris eversa contemplari voluit. Quo tempore et sol defecit, et mulier quædam in Thracia puerum peperit, sine oculis, sine palpebris, sine manibus et brachiis, cauda piscina usque ad coxendices sursum porrecta. Verum Chagano cum infinita

A ὄντα καὶ ἄδικον, ὑβριστήν τε καὶ ἀλαζονικώτατον, ἀλλ' ἕτερον υἱὸν αὐτοῦ προχειρισθῆναι τοῦ ἔθνους ἄρξειν. Ἀντιπεσόντων δὲ τοῖς λόγοις τούτου ἐνίων τῶν ἐν ὑπεροχαῖς, καὶ κατ' αὐτοῦ τοὺς Πέρσας ἐχμηνάντων, ὁ μὲν υἱὸς αὐτοῦ, ὃν εἰς τὴν ἀρχὴν ἐκεῖνος προέκρινε, καὶ ἡ μήτηρ ἐκείνου ἐνώπιον αὐτοῦ εὐθὺς ἀνῃρέθησαν παρὰ τοῦ πλήθους, καὶ αὐτὸς δὲ ἐξεκόπη τὰ ὄμματα, καὶ οὕτω καθείρχθη. Ὁ δέ γε Χοσρόης (44) εἰς τὴν ἀρχὴν ᾑρέθη παρὰ τοῦ ἔθνους παντός. Καὶ μέχρι μέν τινος πρὸς τὸν πατέρα φιλοφρόνως διέκειτο, τῆς μὲν φρουρᾶς οὐ λύσας αὐτὸν, πᾶσαν δὲ θεραπείαν αὐτοῦ ἐκεῖσε ποιούμενος. Ὁ δὲ οὐδὲν τῶν παρὰ τοῦ υἱοῦ αὐτῷ στελλομένων προσίετο, ἀλλὰ καὶ ὕβρεσι μᾶλλον τὰς φιλοφροσύνας ἠμείβετο. Θυμῷ γοῦν διὰ ταῦτα
B ληφθεὶς ὁ Χοσρόης, ῥοπάλοις ἐκέλευσε κατὰ τῶν λαγόνων τυπτόμενον τὸν πατέρα θανεῖν. Τοῦτο μῖσος ἐγγενέσθαι τοῖς Πέρσαις κατὰ τοῦ Χοσρόου ἐποίησε. Ὁ δὲ κατὰ Βαρὰμ (45) ἐξεστράτευσε, καὶ τινὰς τῶν παρ' αὐτῷ μεγιστάνων τῷ Βαρὰμ προσκεῖσθαι ὑποπτεύσας, ἀνεῖλεν αὐτούς. Τοῦ δὲ στρατεύματος κατ' αὐτοῦ στασιάσαντος, δείσας ἐκεῖνος, μετά τινων ὀλίγων ἀποδιδράσκει (46), καὶ πρὸς Ῥωμαίους ἀφίκετο. Ὁ μαθὼν ὁ Μαυρίκιος, κελεύει τῷ στρατηγοῦντι τῆς χώρας, ὑποδέξασθαι τὸν Χοσρόην βασιλικαῖς θεραπείαις καὶ δεξιώσεσι. Στέλλει δὲ Ναρσῆν μετὰ στρατευμάτων συμμαχῆσαι Χοσρόῃ, καὶ ἀποκαταστῆσαι αὐτὸν εἰς τὴν οἰκείαν ἀρχήν. Συμβαλὼν τοίνυν ὁ Ναρσῆς
C τῷ Βαρὰμ, νίκην ἤρατο περιφανῆ, πολλοὺς μὲν τῶν Περσῶν ἀνελὼν, ζωγρήσας δὲ περὶ ἑξακισχιλίους, οὓς τῷ Χοσρόῃ προσήγαγεν· ὁ δὲ κατηκόντισεν ἅπαντας. Ὅσοι δὲ ἐν τοῖς ζωγρηθεῖσιν ἦσαν τοῦ Τούρκων (47) γένους τῷ Βαρὰμ συμμαχοῦντες, τούτους ἀνέπεμψεν εἰς Μαυρίκιον, ὧν πολλοὶ ἐπὶ τῶν μετώπων σταυροὺς ἔφερον, καταστιχθέντων αὐτοῖς τῶν ἐπισκυνίων, καὶ μέλανος ἐγχυθέντος τοῖς στίγμασιν εἰς τύπον σταυροῦ. Οἱ περὶ τούτου ἐρωτώμενοι, ἔλεγον πρὸ καιροῦ ἱκανοῦ λιμῷ τὸ γένος αὐτῶν διαφθείρεσθαι, τινὰς δὲ τῶν παρ' αὐτοῖς Χριστιανῶν ὑποθέσθαι τοῦτο αὐτοῖς, καὶ μηδένα τῶν τοῦτο πεποιηκότων κινδυνεῦσαι ἐκ τοῦ λιμοῦ. Ὁ μὲν οὖν Βαρὰμ ἡττηθεὶς φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύσατο. Ὁ δὲ Χοσρόης εἰς
D τὴν ἰδίαν ἀρχὴν καὶ χώραν ἐπανελήλυθε. Λέγεται δὲ (48) πρὸ τῆς νίκης, τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ῥωμαίων ἄλλως διατιθέναι σκεπτομένου τὸν πόλεμον, τὸν Χοσρόην ἐνίστασθαι μὴ κατὰ τὸ δοκοῦν ἐκείνῳ συγκροτῆσαι τὴν μάχην, ἀλλ' ἄλλων ὑποτιθέναι τρόπον· τὸν δὲ στρατηγὸν ἀσύμφορον εἶναι λέγειν, τὸ οὕτω μαχέσασθαι, καὶ τὸν Χοσρόην τοῦ σκοποῦ μὴ μεθίεσθαι, ὥστε παροξυνθέντα τὸν στρατηγὸν, ἀποσκῶψαι πρὸς τὸν Χοσρόην, ἀστρατήγητον αὐ-

Variæ lectiones et notæ.

(44) *Χοσρόης.* Idem Simocatta, lib. IV, cap. 7. Theophan. an. 7 Mauricii.

(45) *Κατὰ Βάραμ.* Simocatta, lib. IV, cap. 9 et seqq.

(46) *Ἀποδιδράσκει.* Simocatta, lib. IV, cap. 10; *Chronic. Alexandr.* an. 9 Mauricii.

(47) *Τούρκων.* Simoc. lib. V, cap. 10, Theophan. an. 7 Mauricii.

(48) *Λέγεται δέ.* Simoc. lib. V, cap. 15.

τὸν εἰπόντα καὶ ἀδαῆ πολεμικῶν παρατάξεων. A Τὸν δὲ δηχθέντα ἐπὶ τοῖς σκώμμασιν, ὄντα δὲ καὶ ἐν γνώσει τῆς κατὰ τοὺς ἀστέρας κινήσεως, κἀντεῦθεν αὐχοῦντα γινώσκειν τὰ μέλλοντα, φάναι, *Εἰ μὴ ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἐτυραννούμεθα, οὐκ ἂν ἐθάρσησας, στρατηγὲ, τὸν μέγαν βασιλέα* (49) *βάλλειν τοῖς σκώμμασιν.* *Ὅτι δὲ τοῖς παροῦσι μέγα φρονεῖς, ἄκουσον τί δῆτα τοῖς θεοῖς ἐσύστερον μεμελέτηται. Ἀντικαταῤῥεύσει, εὖ ἴσθι, εἰς τοὺς Ῥωμαίους ὑμᾶς τὰ δεινά. Ἔξεται δὲ τὸ Βαβυλώνιον φῦλον τῆς Ῥωμαϊκῆς χώρας τριτὴν κυκλοφορικὴν ἑβδομάδα ἐτῶν. Μετὰ δὲ τοῦτο, πεμπταίαν ἑβδομάδα ἐτῶν, Ῥωμαῖοι Πέρσας δουλαγωγήσετε. Τούτων δὲ διηνυσμένων, ἡ ἀνέσπερος ἀνθρώποις ἐνδημήσει ἡμέρα, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ταύτῃ.* Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος B τὸν υἱὸν Θεοδόσιον ἀνηγόρευσε βασιλέα, κατὰ τὸ Πάσχα στεφθέντα ὑπὸ τοῦ πατριάρχου Ἰωάννου. Καὶ τὸν ναὸν τῶν ἁγίων Τεσσαράκοντα Μαρτύρων πρώην ἀρχθέντα κτίζεσθαι παρὰ Τιβερίου, ἀτελῆ δὲ καταλειφθέντα αὐτὸς ἀνεπλήρωσεν. Εἰρήνης δὲ γεγονυίας πρὸς Πέρσας, τὰς δυνάμεις ἐξ Ἑῴας ἐπὶ τὴν Θρᾴκην μετήνεγκε, καὶ αὐτὸς ἐξῆλθε τῆς Βυζαντίδος, τὰ ὑπὸ τῶν Βαρβάρων κατεστραμμένα θεάσασθαι. Ὅτε καὶ ὁ ἥλιος ἐσκιάσθη (50) καὶ γυνή τις (51) ἐν Θρᾴκῃ παιδίον ἔτεκεν, οὔτε ὀφθαλμοὺς οὔτε βλέφαρα ἔχον οὔτε χεῖρας οὔτε βραχίονας, ἰχθύος δὲ οὐραῖον πρὸς τὸ ἰσχίον ἄνω προβεβλημένον. Τοῦ μέντοι Χαγάνου τῇ Θρᾴκῃ ἐπελθόντος μετὰ πλήθους ἀπείρου, ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς Πρίσκος δείσας εἰς τὸ φρούριον Τζουρουλοῦ συνέκλεισεν ἑαυτόν. Ὁ δὲ Βάρβαρος πολιορκεῖν αὐτὸ ἡτοιμάζετο. Τότε κατεστρατήγησεν ἐκεῖνον Μαυρίκιος τρόπῳ τοιούτῳ· γράμματα πρὸς Πρίσκον (52) συντίθησιν, ἀντέχειν αὐτὸν παραινῶν· μικρὸν γὰρ ὅσον τοὺς Βαρβάρους μετ' αἰσχύνης ἀναχωρῆσαι. Στέλλεσθαι γὰρ τριήρεις εἰς τὴν χώραν αὐτῶν, σὺν στρατεύματι λῃΐσασθαι τὰς οἰκίας αὐτῶν, καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν δορυαλώτους ἑλεῖν. Τοῦτο τὸ γράμμα δίδωσί τινι, ἐπισκήψας αὐτῷ περιπεσεῖν τοῖς Βαρβάροις ἐν τῷ πρὸς Πρίσκον δῆθεν πορεύεσθαι. Οὗ γενομένου, τὴν ἐπιστολὴν ὁ Βάρβαρος ἀναγνοὺς, καὶ δείσας περὶ τῶν οἰκείων, σπένδεται (53) πρὸς Πρίσκον ἐπὶ δώροις ὀλίγοις, καὶ ἄπεισιν. Ἔκτισε δὲ Φιλιππικὸς ἐν Χρυσοπόλει μονὴν (54) ἐπ' ὀνόματι τῆς Θεοτόκου, καὶ οἶκον ἐν ταύτῃ λαμπρότατον, ἵν' ἐν αὐτῷ τὸν Μαυρίκιον ὑποδέχοιτο.

multitudine Thraciam ingresso, Romanorum dux territus in castello quodam Tzuruli se conclusit. Mauricius autem Barbarum obsidionem parantem tali solertia circumvenit. Litteras ad Priscum scribit, monens, ut obsidionem toleret. Nam Barbarum intra exiguum tempus cum ignominia recessurum: missis enim in regionem ejus triremibus, domibus eorum direptis, uxores et liberos captivos abduci. Eas litteras cuidam tradit, ac mandat, ut in itinere ad Priscum, de industria se Barbaris offerat: quo facto, cum Chaganus lectis litteris, suis timeret, pacem cum Prisco facit, paucisque muneribus acceptis, domum redit. Philippicus monasterium nomine Deiparæ Chrysopoli condidit, atque ædes splendidissimas, quibus Mauricium exciperet.

ΙΓ΄. Ὁ δέ γε Κωνσταντινουπόλεως Ἰωάννης ὁ C Νηστευτὴς, καὶ πατριάρχης, τὸν βίον λιπὼν, πρὸς τὰς ἀϊδίους μετέστη μονὰς, κοσμήσας τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἐπὶ ἔτη τρισκαίδεκα, καὶ ἐπέκεινα. Προεχειρίσθη γοῦν πατριάρχης Κυριακὸς (55), ἱερεὺς καὶ οἰκονόμος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας. Ὑφ' οὗ ὁ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ναὸς ὃς τῆς Διακονίσσης λέγεται, ᾠκοδόμηται. Καὶ Πέτρος ὁ τοῦ Μαυρικίου ὅμαιμων τὸν ναὸν, ὃς τοῦ Ἀρεοβίνδου καλεῖται, τῇ Θεοτόκῳ ἀνήγειρε. Σοφία δὲ ἡ βασιλὶς, καὶ ἡ Αὐγοῦστα Κωνσταντῖνα στέμμα προσήνεγκε τῷ βασιλεῖ, λίθοις ὑπερτίμοις καὶ μαργάροις ὑπερφυέσι κεκοσμημένον (56). Ὁ δὲ τοῦτο λαβὼν ἀνέθετο τῷ Θεῷ, τῇ ἐκκλησίᾳ προσαγαγών. Ὁ Χαγάνος μέντοι καὶ αὖθις πρὸς τὰ Ῥωμαίων ἐχώρησε. Καὶ τούτῳ τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατευμάτων D

XIII. Interea Joannes Jejunator, patriarcha Constantinopolitanus, vita relicta in æternas mansiones discessit, cum sedem pontificiam **77** ultra XIII annos ornasset. Ei successit Cyriacus presbyter et œconomus Magnæ Ecclesiæ, a quo sacrosanctæ Deiparæ ædes, quæ Diaconissæ dicitur, exstructa est. Petrus item Mauricii frater ædem Areobindi Deiparæ condidit. Sophia vero imperatrix et Augusta Constantina coronam imperatori gemmis pretiosissimis et margaritis insignibus ornatam, obtulerunt: eam ille in ecclesiam perlatam Deo consecravit. Chaganus Romanas provincias rursus aggressus, missas contra se legiones, alias vincebat, alias vincebatur. Ejus filii septem, uno die partim febri, partim peste sunt mortui. Imperator, misso Commentiolo cum numerosissimo exercitu man-

Variæ lectiones et notæ.

(49) *Τὸν μέγαν βασιλέα.* Eo quippe titulo donati Persarum reges. Vide Dissert. XXVII ad Joinvillam.

(50) *Ἥλιος ἐσκιάσθη.* An. Mauricii 9. Simoc. lib. V, c. 16.

(51) *Γυνή τις.* Theophan. an. 13 Maur.

(52) *Γράμματα πρὸς Πρίσκον.* Simoc. lib. VI, cap. 5.

(53) *Σπένδεται.* Huc spectant ista Joannis Tzetzæ chil. 3, cap. 72.

Ὁ δ' ἰατρὸς Θεόδωρος σταλεὶς ἐκ Μαυρικίου,
Χαγάνον ἐφιλίωσε τῷ γένει τῶν Ῥωμαίων,
Εἰπὼν τὴν τῆς Σεσώστριδος ἣν ἔφην ἱστορίαν,
Καὶ δι' αὐτῆς τὸ ἄδηλον καὶ τὸ τρεπτὸν τῆς τύχης,
Πανσόφως αἰνιξάμενος, καὶ τοῦτον καταπείσας,
Καὶ πρὸς φιλίαν καὶ σπονδὰς εὐθέως μετατρέψας.

(54) *Ἐν Χρυσοπόλει μονήν.* Theophan. an. 12 Mauric.

(55) *Κυριακός. Chron. Alexandr.* an. 12 Mauricii.

(56) *Κεκοσμημένον.* Codd. mss. Καὶ οἱ αὐτῷ προσήνεγκαν.

dasse fertur, ut legiones, quibus ob seditiones quasdam et tumultus infensus erat, proderet hostibus. Itaque temere cum Barbaris congressus Commentiolus, ipse cum suis fugam, cui se ante pararat, capessit: cæteris partim cæsis, partim captis, ad numerum duodecim millium. Ea victoria Chaganus elatus, usque ad Longum Murum processit. Verum imperator, delectu habito, milites ad ejus defensionem misit. Neque vero Chagani duntaxat filii peste, ut dictum est, obierunt, sed et Barbarorum ingens multitudo. Qua de causa Barbarus animo æger domum properans, Mauricio significat, si captivos redimere velit, ut in singulos nummum unum pendat. Recusante Mauricio, medium nummum postulat. Cum vero ille nec tanti milites redimere vellet, partim ex tenacitate (sordidus enim erat), partim militum odio, Barbarus furore correptus, iis omnibus obtruncatis, domum rediit. Hinc omnium odia in imperatorem nata, ut nec a conviciis temperarent. Exercitus vero Commentiolum proditionis reum fecit, atque ex accusatoribus miles quidam Phocas, adeo impudenter cum imperatore disseruit, ut ea de causa a quibusdam vapularet, Verum Mauricius, repudiata Commentioli delatione, accusatores infecta re dimisit. Postea cum supplicaret, seditione populi coorta, etiam lapides a nonnullis contra eum jacti, quorum aliquot indagatos supplicio affecit. Theodosio filio Germani patricii filiam despondit, nuptiarum cæremonias patriarcha Cyriaco peragente. Cæterum monachus quidam strictum **78** gladium tenens, a foro usque ad Chalcen progressus, Mauricium brevi periturum esse gladio exclamavit. Mauricius igitur injuriam captivorum reputans, Deum oravit, ut in hac vita pœnas de se sumat, et quoquoversum misit, petens ab omnibus ut id a Deo precibus impetrarent. Cum autem fama teneret, successurum ei cujus nomen a Φ inciperet, Philippicum generum eum esse credens, hominem suspectum habere cœpit: ac illi ne dejeranti quidem nihil tale sibi unquam in mentem venisse fidem habuit prius, quam hujusmodi somnium vidisset. Putabat magnam turbam insistere effigiei Servatoris nostri, quæ supra Æream portam est, et contra imperatorem vociferari, audirique vocem ex imagine, quæ Mauricium adesse juberet, eumque statim adductum interrogari, utro in loco facinoris in captivos admissi pœnas dare mallet, in hac vita, an in

A ἀντιταττομένων, ποτὲ μὲν ἐκράτει, ἐνίοτε δ' ἥττητο. Ἐν μιᾷ δὲ ἡμέρᾳ (57) υἱοὶ αὐτοῦ ἑπτὰ ἐκ νόσου λοιμικῆς καὶ πυρετοῦ ἐτελεύτησαν. Κομεντίολον δὲ στείλας ὁ βασιλεὺς κατὰ τοῦ Χαγάνου μετὰ πολυπληθοῦς στρατιᾶς, λέγεται ἐντείλασθαι αὐτῷ προδοῦναι τοῖς ἐναντίοις τὸ στρατιωτικὸν διά τινας στάσεις καὶ ἀταξίας, τούτοις μνησικακῶν. Καὶ συμβαλὼν τοῖς Βαρβάροις ἀσυντάκτως ὁ Κομεντίολος, αὐτὸς μὲν μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν, εἰς φυγὴν ἐτράπη, πρὸς τοῦτο προπαρασκευασάμενος. Τῶν δὲ λοιπῶν οἱ μὲν ἔπεσον, οἱ δὲ ἐζωγρήθησαν. Εἶναι δὲ τοὺς ζωγρηθέντας φασὶ περὶ δώδεκα χιλιάδας. Καὶ ὁ Χαγάνος (58) τῇ νίκῃ ταύτῃ ἐξογκωθεὶς, ἄχρι τοῦ Μακροῦ Τείχους ἀφίκετο. Συλλέξας δὲ ὁ βασιλεὺς λαὸν, εἰς φυλακὴν τοῦ τείχους τούτους ἐκπέπομφεν. B Ἐκ δὲ τῆς λοιμικῆς νόσου οὐ μόνον οἱ τοῦ Χαγάνου υἱοὶ, ὡς εἴρηται, ἔθανον, ἀλλὰ καὶ πλῆθος τῶν Ἀβάρων πολύ· ὅθεν ἀθυμήσας ὁ Βάρβαρος ἔσπευσεν εἰς τὰ οἰκεῖα ἐπαναζεῦξαι. Δηλοῖ (59) γοῦν τῷ Μαυρικίῳ (60) ἐξωνήσασθαι τοὺς αἰχμαλώτους, ἓν ἐφ' ἑκάστῳ διδόντι νόμισμα. Ὁ δὲ βασιλεὺς οὐ κατένευσε. Καὶ ὁ Χαγάνος ᾔτησε λαβεῖν εἰς ἕκαστον τῶν αἰχμαλώτων ἀνὰ ἥμισυ τοῦ νομίσματος. Ὁ δὲ οὐδὲ τοσούτου τοὺς ἁλόντας ἠθέλησε πρίασθαι, τὸ μέντοι ἐκ φειδωλίας (ἥττητο γὰρ χρημάτων), τὸ δέ τοι τοῖς στρατιώταις μνησικακῶν. Ἐκμανεὶς οὖν ὁ Βάρβαρος πάντας ξίφεσιν ἐξεθέρισε (61), καὶ ἀνέζευξεν. Ἐντεῦθεν πᾶσι μῖσος κατὰ τοῦ βασιλέως ἐφύετο, καὶ πρὸς πάντων ἐλοιC δορεῖτο. Ὁ δὲ στρατὸς κατὰ Κομαντιόλου ἀναφορὰν ἐποιήσατο, ὡς προδόντος ἐν τῷ πολέμῳ τὸ στρατιωτικόν. Τοῖς δὲ τὴν ἀναφορὰν ταύτην ποιουμένοις συνῆν καὶ ὁ στρατιώτης Φωκᾶς, καὶ ἀναιδῶς τῷ βασιλεῖ διελέγετο, ὡς διὰ τοῦτο καὶ τυπτηθῆναι παρά τινων. Ὁ δὲ βασιλεὺς μὴ προσχὼν τοῖς κατὰ Κομεντιόλου αἰτιάμασιν, ἀπράκτους τοὺς αὐτὸν αἰτιωμένους ἀπέπεμψεν. Λιτανεύοντος οὖν τοῦ βασιλέως, στάσις ἠγέρθη παρὰ τοῦ δήμου, καὶ λίθοι κατ' αὐτοῦ παρά τινων ἠκοντίσθησαν· ὧν ζήτησιν ὁ βασιλεὺς ποιησάμενος, καί τινας εὑρηκὼς, ἐκόλασε. Τῷ γε μὴν υἱῷ αὐτοῦ Θεοδοσίῳ κατηγγύησε τὴν θυγατέρα Γερμανοῦ Πατρικίου, τοῦ πατριάρχου Κυριακοῦ τὴν ἐπὶ τῷ γάμῳ πληρώσαντος τελετήν. Μοναχὸς δέ τις (62) ξίφος κατέχων D γυμνὸν, ἀπὸ τοῦ φόρου μέχρι τῆς Χαλκῆς προσελήλυθεν, ἐν φόνῳ μαχαίρας λέγων τεθνήξεσθαι τὸν Μαυρίκιον. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ ἐπὶ τοῖς αἰχμαλώτοις ἀνόμημα ἀναλογισάμενος, ἱκέτευε τῷ Θεῷ (63) ἐν

Variæ lectiones et notæ.

(57) *Ἐν μιᾷ δὲ ἡμέρᾳ*. Simocatta, l. VII, c. 15.

(58) *Καὶ ὁ Χαγάνος*. Ἐφ' ἑκάστῳ τῶν αἰχμαλώτων λαβεῖν ᾔτει νομίσματος ἥμισυ.

(59) *Δηλοῖ γοῦν*. *Chronicon*. *Alexandr*. an. 1 Phocæ, Theophanes anno 18 Maur.

(60) *Τῷ Μαυρικίῳ*. Τοὺς αἰχμαλ. ἐκπρίασθαι ἓν ἐφ' ἑκάστῳ καταβάλλοντι νόμισμα.

(61) *Πάντας ξίφεσιν ἐξεθέρισε*. Hanc captivorum cædem ad an. 18 Mauricii referunt Theophanes et Cedrenus, de qua prorsus silet Theophylactus Simocatta. Chronicon ms. ab Adamo ad Leonem Philos. Καὶ μηδὲ τοῦτο καταδεξαμένου τοῦ βασιλέως, θυμωθεὶς ὁ βάρβαρος ἀπέκτεινε χιλιάδας ιϛ', ἐν τῷ κάμπῳ τοῦ Τριβουναλίου, τῷ ὄντι πλησίον τοῦ Ἑβδόμου. Sed an Avares ad urbem usque tum accesserint, vix est ut credam, cum ad Singidonem hæc ferme gesta scribantur.

(62) *Μοναχός τις*. Simocatta, l. VII, c. 12. Theophan. an. 19.

(63) *Ἱκέτευε τῷ Θεῷ*. Glycas seu Zonaras epist. 26: Ἀλλὰ καὶ ὁ Βασιλεὺς Μαυρίκιος ἁμαρτίᾳ περιπεσὼν μείζονι τοῦ ἀφεθῆναι αὐτῷ, μυριοπληθῆ γὰρ στρατὸν μαχαίρᾳ παρέδωκε βαρβαρικῇ, εὐχαῖς ἀνδρῶν ὁσίων ἐξέφυγε τὴν αἰωνίζουσαν κόλασιν.

τῇ παρούσῃ ζωῇ τὴν ὑπὲρ τούτου δίκην ἐκτῖσαι, καὶ πανταχοῦ διεπέμψατο, ἀξιῶν πάντας τοῦτο αἰτεῖν τὸν Θεόν. Φήμης δὲ (64) κρατούσης ὅτι τοῦ μέλλοντος αὐτὸν διαδέξασθαι ἐκ τοῦ Φ στοιχείου τὸ ὄνομα ἄρχεται, τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ Φιλιππικὸν ᾤετο εἶναι τοῦτον. Καὶ ἦν αὐτῷ δι' ὑποψίας ὁ ἄνθρωπος, καὶ διομνύμενος μή ποτέ τι κατὰ νοῦν τοιοῦτον βαλέσθαι, οὐκ ἔπειθεν. Ὄναρ (65) δέ ποτε τῷ βασιλεῖ θεαθὲν τὴν κατὰ τοῦ Φιλιππικοῦ ἔλυσεν ὑποψίαν. Τὸ δὲ ὄναρ· ἐδόκει πλῆθος παρεστάναι πολὺ τῷ ἄνωθεν τῆς Χαλκῆς πύλης τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ ἐκτυπώματι, καὶ τοῦ βασιλέως καταβοᾶν, φωνὴν δ' ἐκ τῆς εἰκόνος γενέσθαι, παρεστάναι καὶ τὸν Μαυρίκιον, καὶ τὸν αὐτίκα ἀχθῆναι, καὶ ἐρωτᾶσθαι ὅπη βούλεται τὴν ἔκτισιν ἀποδοῦναι τοῦ ἀνομήματος, οὗ εἰς τοὺς αἰχμαλώτους εἰργάσατο, ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, ἢ ἐν τῷ μέλλοντι; Τὸν δὲ Ἐνταῦθα, φάναι, φιλάνθρωπε δέσποτα· καὶ ἀκοῦσαι φωνῆς λεγούσης Παράδοτε γοῦν αὐτὸν πανγενῇ Φωκᾷ τῷ στρατιώτῃ. Διυπνισθεὶς τοίνυν ἐκ τῆς ἀγωνίας ὁ βασιλεὺς, καὶ τὸν Φιλιππικὸν μετακαλεσάμενος, πρῶτον μὲν συγγνώμην ᾔτει, ὡς μάτην ὑπονοῶν κατ' αὐτοῦ. Εἶτα ἤρετο εἰ ἐν τοῖς Ῥωμαίων τάγμασιν οἶδεν Φωκᾶν στρατιώτην; Ὁ δὲ εἰδέναι ἀνταπεκρίνατο, καὶ τοῦτον εἶναι τὸν πρὸ μικροῦ σταλέντα παρὰ τῆς στρατιᾶς, ὃς σοι καὶ ἰταμώτερον διελέγετο. Καὶ ὁ βασιλεὺς, οἷός ἐστιν ὁ ἀνὴρ τὴν ἡλικίαν, καὶ τὸ ἦθος προσήρετο· καὶ ὁ Φιλιππικὸς νέον εἶναι τὸν Φωκᾶν εἶπε, τὸν δὲ τρόπον θρασὺν καὶ δειλόν. Πρὸς δὲ τοῦτο ὁ βασιλεὺς ἀντεφθέγξατο· *Εἰ δειλὸς, καὶ φονεύς*· καὶ διηγήσατο τὸ ὄναρ αὐτῷ. Ἐφάνη δὲ τότε καὶ κομήτης ἀστὴρ, ὁ λεγόμενος Ξιφίας. Τῷ γοῦν ἀδελφῷ αὐτοῦ Πέτρῳ στρατηγοῦντι τότε ἐπιστέλλει ὁ βασιλεὺς, διαβάντι τὸν Ἴστρον μετὰ τῆς στρατιᾶς, ἐκεῖθεν αὐτῇ τὰ πρὸς τὴν χρείαν πορίζεσθαι. Ἦν δὲ τοῦτο διὰ φιλαργυρίαν οἰκονομούμενον, ἵνα ληϊζόμενον τὸ ὁπλιτικὸν ἀποτρέφοιτο, καὶ αὐτὸς κερδήσῃ τὸ στρατιωτικὸν σιτηρέσιον. Τοῦτο στάσιν (66) τῇ στρατιᾷ ἐνεποίησε, καὶ αὐτίκα βασιλεὺς παρ' αὐτῶν ὁ Φωκᾶς ἀνηγόρευτο· ἐτύγχανε δ' ὢν ἑκατόνταρχος. Ὁ δὲ στρατηγὸς Πέτρος τοῦτο μαθὼν ἔφυγε, καὶ τῷ βασιλεῖ αὐτάγγελος τοῦ γεγονότος ἐγένετο. Ὁ δὲ, καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει στασιαζόντων· ὑπεξῆλθε τῶν ἀνακτόρων, καὶ δρόμωνι ἐμβεβηκὼς μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν τέκνων ἀπέδρα· τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ Θεοδόσιον πρὸς Χοσρόην ἀπέστειλεν, ἵνα ἀπομνημονεύσας ἐκεῖνος τῶν ὑπὸ Μαυρικίου γενομένων αὐτῷ, κἀκεῖνος εἰς αὐτὸν τὰ ἴσα ἐνδείξηται. Ὡς δ' ἐγνώσθη τῷ πλήθει, ἡ τοῦ βασιλεύοντος ὑποχώρησις (67), καὶ τὴν στάσιν ἐπὶ μεῖζον ἦρε, καὶ τὸν Μαυρίκιον δυσφημεῖσθαι διὰ τῆς ἀγορᾶς παρεσκεύασεν.

ΙΔ'. Ἤδη δὲ τοῦ Φωκᾶ μὴ πόῤῥω τῆς Βυζαντίδος τυγχάνοντος, οἱ τοῦ δήμου τῶν Πρασίνων ἐξῄεσαν εὐφημοῦντες αὐτὸν, ὃς σὺν αὐτοῖς ἐν τῷ Ἑβδόμῳ παραγενόμενος, ἐκεῖ παρὰ τοῦ πατριάρχου ταινιοῦται τὴν κεφαλήν· καὶ εἰσελθὼν εἰς τὰ βασίλεια, καὶ τὴν γυναῖκα Λεοντίαν Αὐγούσταν εὐθὺς ἀνηγόρευσε, τῶν δήμων παρόντων. Τότε διὰ τόπους (68) ἐν οἷς ἵσταντο ἀμφιβολίας γενομένης τοῖς Πρασίνοις καὶ τοῖς Βενέτοις, στασιάζειν ἤρξαντο κατ' ἀλλήλων. Πέμψας δέ τινας ὁ Φωκᾶς, κατευνάζειν αὐτοῖς τὴν στάσιν ἐπεχείρει. Ἑνὸς οὖν τῶν σταλέντων τὸν τῶν

futura? Eum dixisse : *In hac, humane Domine*; et audisse vocem quæ diceret : *Tradite eum ergo cum omni familia Phocæ militi.* Experrectus ab eo angore imperator, accersito Philippico, primum veniam petit inanis de eo suspicionis; deinde rogat, an inter Romanas legiones militem noverit Phocam nomine. Ille respondet, se nosse ; atque eum esse, qui dudum insolentius cum ipso collocutus esset. Post hoc rogat imperator, qua sit ætate, quoque ingenio. Respondente Philippico, esse juvenem, et ingenio partim audaci, partim timido : *Si*, inquit, *timidus est, homicida est*, eique somnium narrat. Eo quoque tempore cometa apparuit, qui ab ensis specie Xiphias dicitur. Dehinc fratri Petro exercitum ducenti scribit, ut, Istro cum copiis trajecto, inde commeatum peteret : id consilium ab avaritia est profectum, ut legionibus latrocinio se sustentantibus, militaria stipendia lucraretur. Ea res seditionem inter milites concitavit, qui statim Phocam centurionem imperatorem creaverunt. Quo cognito dux fuga arrepta, ipse quid accidisset imperatori nuntiat. Qui orto etiam in urbe tumultu, ex regia se subducit, et dromone cum uxore et liberis conscenso, aufugit, filium vero Theodosium ad Chosroem ablegat, ut commemorato suo in illum beneficio, par sibi gratia referatur. 79 Fuga imperatoris populo cognita, et seditio aucta est, et Mauricius per forum conviciis proscissus est.

XIV. Cum Phocas jam prope ab urbe Byzantio abesset, qui ex factione Prasina erant, ad eum salutandum egrediuntur : qui cum eis Hebdomum ingressus, ibi a patriarcha diademate ornatur. Inde in regiam se contulit, et statim Leontiam uxorem Augustam salutat, præsentibus factionibus : ubi inter Prasinos et Venetos de stationibus ortam controversiam Phocas componere volens, satellites quosdam misit : quorum unus cum tribunum Venetorum per contumeliam pepulisset, populus id non ferens exclamat : *Abi, disce modeste*

Variæ lectiones et notæ.

(64) *Φήμης δέ.* Theophan. an. 20.
(65) *Ὄναρ.* Ibid.
(66) *Τοῦτο στάσιν.* Simocatta, l. VIII, c. 6, 7.
(67) *Ὑποχώρησις.* Ibid. c. 8, 9.
(68) *Διὰ τόπους.* Id est βάθρα. Theophanes habet διὰ στάσεις τόπων, in quibus sedere consueverant, unde docemur cur τόπων appellatio indita sit urbis tractui, de quo egimus in nostra *Constantinopoli*, lib. II, p. 180.

agere ; *Mauricius vivit.* Ea voce tyrannus ad cædem illius incitatus est, eoque in Eutropii portum Chalcedonem perducto, in conspectu ejus liberi sunt occisi. Tum ille : *Justus es*, inquit, *Domine, et recta sunt judicia tua*, calamitatem fortiter ferens. Ac animum ejus generosum illud in primis declarat, quod cum ultimum ejus filiolum adhuc lactantem nutrix suffurata, ne Mauricii familia funditus interiret, suum filiolum ad cædem obtulisset, id ille non passus est, sed suum offerri jussit, deinde et ipse magno animo jugulum carnifici præbuit. Fertur etiam filius ejus Theodosius, dum ad Chosroem iret, interceptus, atque ad Phocam perductus, occisus esse, necnon Constantina imperatrix cum tribus filiabus, qui in æde divi Mamantis vicina mœnibus sepulti sint, a Pharasmane eunucho Justiniani cubiculario condita. Sepulcro hæc elegia est inscripta :

A Βενέτων ὑβρίσαντος δήμαρχον, καὶ τοῦτον ὠθήσαντος, μὴ ἐνεγκόντες οἱ τοῦ δήμου τοῦτο, ἔκραζον, Ἄπιθι (69), *μάθε κατάστασιν* (70), ὁ *Μαυρίκιος ζῇ*. Ἐντεῦθεν ὁ τύραννος εἰς τὸν τοῦ Μαυρικίου φόνον ἠρέθιστο, καὶ ἀχθέντος εἰς τὸν ἐν Χαλκηδόνι τοῦ Εὐτροπίου λιμένα (71) προανῃρέθησαν ἐπ' ὄψεσιν αὐτοῦ οἱ παῖδες αὐτοῦ. Ὁ δὲ, *Δίκαιος εἶ, Κύριε, εὐθεῖαι αἱ κρίσεις σου*, ἐφ' ἑκάστῳ ἐφθέγγετο, γενναίως φέρων τὴν συμφοράν. Ἔδειξε δὲ μᾶλλον τὴν τοῦ ἀνδρὸς γενναιότητα, καὶ τὸ φέρειν εὐγνωμόνως τὸν πειρασμὸν, ὕστατον αὐτοῦ παιδίον καὶ ὑπομάζιον· τῆς γὰρ αὐτὸ τιθηνούσης, ἵνα μὴ πάντη τὸ γένος Μαυρικίου ἀπόλυται ὑποκλεψάσης τὸ τιθηνούμενον, ἀντιδούσης δὲ τὸ οἰκεῖον πρὸς τὴν σφαγὴν, ὁ Μαυρίκιος τὸ ἑαυτοῦ ἐνεχθῆναι ἐζήτησεν. B Εἶτα καὶ αὐτὸς μεγαλοψύχως (72) ἐδέξατο τὴν σφαγήν. Λέγεται δὲ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Θεοδόσιον (73), ἀπιόντα πρὸς Χοσρόην κατασχεθῆναι, καὶ ἀχθέντα πρὸς Φωκᾶν, ἀναιρεθῆναι, καὶ τὴν Βασίλισσαν Κωνσταντῖναν, καὶ τὰς τρεῖς θυγατέρας αὐτῆς, καὶ ταφῆναι ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μάμαντος (74), τῷ πλησίον τοῦ τείχους, ὃν ἔκτισε Φαρασμάνης ἐκτομίας, ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος γεγονὼς Ἰουστινιανοῦ. Ἐπεγράφησαν δὲ τῷ τάφῳ αὐτῶν τὰ ἡρωελεγεῖα (75) ταῦτα

O ego mille modis regum miseranda duorum
Mauricii conjux, filia Tiberii,
Edocui regina satis, fecundaque mater,
Quam sint multorum commoda sceptra ducum,
Militis infidi jaceo populique furore,
Et mecum conjux, progeniesque jacet.
Næ miseræ Niobes ego sum vitale cadaver,
Plurane Cisseis, plura Jocasta tulit ?
Esto, jure pater ; cur pignora parva necantur,
Humani prorsus nescia turba doli ?
Non jam Roma meis carpes a frondibus umbram,
Eruta Threicio stirps Aquilone jacet.

Ἁδ' ἐγὼ ἡ τριτάλαινα καὶ ἀμφοτέρων βασιλήων
Τιβερίου θυγάτηρ, Μαυρικίου δὲ δάμαρ.
Ἡ πολύπαις βασίλεια, καὶ ἡ δείξασα λοχίη (76),
Ὡς ἀγαθὸν τελέθει καὶ πολυκοιρανίη,
Κεῖμαι σὺν τεκέεσσι καὶ ἡμετέρῳ παρακοίτῃ
Δήμου ἀτασθαλίῃ καὶ μανίῃ στρατιῆς.
Τῆς Ἑκάβης ἔτλην πολὺ χείρονα τῆς τ' Ἰοκάστης,
Αἲ αἲ, τῆς Νιόβης ἔμπνοος εἰμὶ νέκυς.
Ναὶ ναὶ τὸν γενέτην· τί μάτην τὰ νεογνὰ ἔκτειναν
Ἀνθρώπων κακίης μηδὲν ἐπιστάμενα;
Ἡμετέροις πετάλοισι κατάσκιος οὐκ ἔτι Ῥώμη,
Ῥίζα γὰρ ἐκλάσθη Θρηικίοις ἀνέμοις.

Variæ lectiones et notæ.

(69) Ἄπιθι. Theophanes, p. 243. Huc referri potest quod scribit Busbequius in epist. 1 Legationis Turcicæ, prætorianos milites Turcicos, quos Genizarios vocant, cum congiaria a supremo sultano petunt, si recusantur, subinde hæc ei verba inferre, *Salvus sit frater, fratrem nobis Deus servet.* Quibus quidem verbis minantur se sultanum de medio sublaturos, fratremque illius ad imperii fastigium educturos.

(70) *Μάθε κατάστασιν.* Ita etiam Theophanes, ubi Miscella : *Vade, disce ordinem*, id est, *disce modeste agere*, ut recte vertit Goarus, vel ut Wolfius in Notis, *Disce modestiam*. Ea enim vis est vocis Κατάστασις, ut in *Gloss. med. Græcit.* docemus.

(71) *Εἰς τὸν ἐν Καλχηδόνι τοῦ Εὐτροπίου λιμένα.* Ita scriptores omnes Byzantini, ex quibus errare constat Joannem Tzetzem chil. 3, cap. 85, qui in circo cæsum scripsit :

Τὰς συμφορὰς ἐκτραγῳδεῖν ἐῶ τοῦ Μαυρικίου,
Πῶς σὺν συζύγῳ καὶ παισὶ Φωκᾷ τοῦ τυραννοῦντι
Ἐξεδαμήθη πρόρριζος μέσον ἱπποδρομίας.

Exstitit etiam Constantinopoli tractus Eutropii dictus, cujus mentio est in Excerptis historicis in cod. Reg. 1334 : Ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ Τζιμισκῆ, σεισμὸς ἐγένετο οἷος οὐκ ἄλλος· ὅτε καὶ ἡ τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας ἀψὶς διεῤῥάγη, καὶ ὁ ἐν τοῖς Εὐτροπίου στύλος κατεβλήθη, ὅτε καὶ ὁ ἐπ' αὐτοῦ μοναχὸς, τοῖς θαλαττίοις ἐναπεπνίγη ῥύμασιν.

(72) *Μεγαλοψύχως*. Non defuere qui Mauricium inter martyres collocavere, atque in primis auctor

C Vitæ S. Joannis Jejunatoris, in concilio Nicæno II, act. 4 : Καὶ διεπορευόμεθα σὺν τάχει πολλῷ, ὡς δὴ κατὰ τὴν ἀντίπεραν γῆν Μαυρίκιον τὸν Βασιλέα καταληψόμενοι, Μαυρίκιον τὸν πάλαι μὲν δικαιότατον καὶ πραότατον, νῦν δὲ ἤδη καὶ μάρτυρα· τοῦτῳ γὰρ ὁ βύθιος αὐτῷ δράκων ὁ τύραννος καὶ μὴ βουλόμενος ἐχαρίσατο.

(73) *Θεοδόσιον*. Ibid. c. 9.

(74) *Ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μάμαντος*. Scribit Georgius Monachus in Lacapeno n. 13, istius Augusti ætate inventas tres sepulcrales urnas in æde S. Mamantis, alteram cum figuris ac imaginibus, et alias duas absque figuris, illasque in Myrelæi monasterium ab ea conditum delatas. Verba Georgii sunt : Τηνικαῦτα δὲ καὶ Πετρωνᾶς αἰδεσιμώτατος προστάξει Ῥωμανοῦ βασιλέως ἤγαγε λάρνακα ἔνζωδον, καὶ ἕτερα δύο γλυφῆς ἀμοιροῦντα, ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου Μάμαντος μονῆς ἀνδρείας τῆς πλησίον οὔσης τῶν Ξυλοκέρκου λεγομένης πόρτης, ἐν οἷς φασὶν ἐναποκεῖσθαι Μαυρίκιον σὺν αὐτοῦ παισίν· D καὶ ἀπετέθη ἐν τῇ τοῦ βασιλέως μονῇ, ἤτοι εἰς Μυρέλαιον.

(75) *Τὰ ἡρωελεγεῖα.* Recitat præterea Mauricii Epitaphium Cedrenus, quod versibus Latinis iisdem reddiderat hoc loco Wolfius, ut et aliis Xylander apud eumdem Cedrenum : sed versionum istarum loco longe antiquiorem et venustiorem ex Epigrammatum veterum collectione Pithœana hic inserere operæ pretium visum est.

(76) *Λοχίη*. Ita codd. mss. At Cedrenus et Constantinus Manasses, p. 178, λοχίην habent.

Ἔθανε δὲ Μαυρίκιος ἐτῶν ἑξήκοντα καὶ τριῶν, εἴκοσι βασιλεύσας ἐνιαυτούς. Φωκᾶ δὲ κρατήσαντος, ὁ Ναρσῆς ἀπεστάτησε καὶ κατέσχε τὴν Ἔδεσαν. Προστάξει δὲ Φωκᾶ Γερμανὸς τῷ Ναρσῇ ἀντιμαχεσάμενος, συμμαχουμένῳ παρὰ Χοσρόου, ἡττήθη· καὶ πληγεὶς μεθ' ἡμέρας τέθνηκε. Μετὰ δὲ ταῦτα καταφυγὼν εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν, Ναρσῆς καὶ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Φωκᾶ τοῦ μαγίστρου Δομεντζιόλου πίστεις ἐνόρκους λαβών, πρὸς Φωκᾶν ἀπεστάλη. Ὁ δὲ μηδὲν τοὺς ὅρκους ὑποσταλείς, πυρὶ αὐτὸν παραδέδωκεν. Οὗτος ὁ Ναρσῆς (77) τὸν τοῦ ἁγίου Παντελεήμονος ναὸν ἐδομήσατο, καὶ τὸν τῶν ἁγίων μαρτύρων Πρόβου, Ταράχου, καὶ Ἀνδρονίκου, καὶ τὸν ἐκεῖ ξενῶνα. Οὐ τοῦτον δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀδελφὸν Μαυρικίου Πέτρον ἀνεῖλε, καὶ Γερμανὸν τὸν πενθερὸν Θεοδοσίου τοῦ υἱοῦ Μαυρικίου, καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ Γερμανοῦ, καὶ πᾶσαν τὴν τοῦ Μαυρικίου συγγένειαν. Φιλιππικὸς δὲ (78) κείρεται κληρικός, καὶ εἰς τὴν αὐτοῦ μονὴν ἐν Χρυσοπόλει διέτριβε. Καὶ ἄλλους δὲ πολλοὺς ἔκτεινεν ὁ Φωκᾶς, καὶ ποιναῖς ἀπηνέσιν ἐκόλαζε. Κυριακοῦ (79) δὲ τοῦ πατριάρχου ἐκλιπόντος μετὰ ἐνιαυτοὺς ἕνδεκα ἐξότου προεχειρίσθη, πατριάρχης ἐγένετο Θωμᾶς (80) σακελλάριος, καὶ τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας διάκονος. Πολυειδῆ μέντοι τότε κακὰ τοὺς Ῥωμαίους κατέλαβεν. Ἐν μὲν γὰρ τῇ Ἑῴᾳ Πέρσαι τὴν Συρίαν, καὶ Παλαιστίνην, καὶ Φοινίκην ὑφ' ἑαυτοὺς ἐποιήσαντο. Τὴν Ἀρμενίαν δέ, καὶ Καππαδοκίαν, και τὴν Παφλαγονίαν, καὶ Γαλατίαν κατέδραμον, καὶ μέχρι Χαλκηδόνος προῆλθοσαν, ἅπαντα ληϊζόμενοι. Ἐν δὲ τῇ Εὐρώπῃ Ἄβαρες (81) τὴν Θρᾴκην ἐδῄωσαν, καὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ στρατόπεδα ἃ ἐν ἀμφοτέροις ἦσαν τοῖς τμήμασι, διεφθάρησαν, καὶ ἄλλως δὲ πολλὴ τῶν ἀνθρώπων θνῆσις ἐγένετο, καὶ ἀφορία καρπῶν, καὶ ζώων φθορὰ ἐκ βαρυτάτων χειμώνων. Ἐπὶ πᾶσι καὶ ὁ ἀλάστωρ Φωκᾶς ἐν ἵππων ἁμίλλῃ τῶν δήμων πρὸς αὐτόν τι ἀποσκωψάντων ἐκμανεὶς πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε, πολλοὺς δὲ ἠκρωτηρίασεν, ἐνίους μέντοι καὶ κατεπόντωσε· πλείστους δὲ καὶ τῷ ἐπάρχῳ παρέδωκεν, ἵνα κολάσῃ αὐτούς, οἳ ἐν τῷ πραιτωρίῳ καθείρχθησαν. Οἱ δὲ ὄχλοι ὁμοῦ γενόμενοι, ἐνέπρησαν τὸ πραιτώριον, καὶ οἱ καθειργμένοι διέφυγον. Ἑβραῖοι δὲ στασιάσαντες κατὰ Χριστιανῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἀνεῖλον τῶν Ἀντιοχέων πολλούς, καὶ αὐτὸν καὶ τὸν πατριάρχην τῆς πόλεως Ἀναστάσιον (82), καὶ τὸν νεκρὸν αὐτοῦ κατέκαυσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ. Στείλας δὲ ὁ Φωκᾶς οὓς μὲν ἀνεῖλεν, οὓς δὲ ἠκρωτηρίασεν, ἐκδιώξας τῆς πόλεως. Ὁ μέντοι πατριάρχης Θωμᾶς ἐπὶ τρία ἔτη καὶ μῆνας δύο τῆς ἐκκλησίας προστάς, ἐτελεύτησε (83), καὶ

A **80** Mortuus est Mauricius anno ætatis sexagesimo tertio, regni vicesimo. Phoca rerum potito, Narses ab eo defecit, Edessa occupata, et acceptis a Chosroe auxiliis : contra quem jussu Phocæ profectus Germanus, victus est, et post aliquot dies ex vulnere mortuus. Narses vero cum Hierapolim confugisset, jurejurando firmata fide, a fratre imperatoris Domentiolo magistro, ad Phocam missus est, nullaque datæ fidei ratione habita, crematus. Hic Narses divi Panteleemonis et sanctorum martyrum Probi, Tarachi et Andronici ædem, atque vicinum hospitium condidit. Neque vero hunc solum, sed et Petrum fratrem, omnesque Mauricii cognatos, et Germanum Theodosii filii illius socerum una cum filia occidit. Philippicus autem clericus factus,
B Chrysopoli in monasterio a se condito, vitam egit. Multos præterea sustulit Phocas, et diris suppliciis affecit. Cyriaco patriarcha, undecimo a designatione anno mortuo, patriarcha factus est Thomas saccellarius, Magnæ ecclesiæ diaconus. Eo tempore, variis malis Romani sunt oppressi. Nam in Oriente Persæ, Syriam, Palæstinam et Phœniciam subegerunt : in Armeniam, Cappadociam, Paphlagoniam et Galatiam incursiones fecerunt, populabundi Chalcedonem usque progressi. In Europa, Avares Thraciam vastarunt, Romanæque legiones in ambabus partibus perierunt. Absumpsit et pestilentia multos mortales, gravissimæque tempestates et frugum et animalium interitum attulerunt.
C Super hæc omnia pestis humani generis Phocas, cum nescio quid factiones in eum cavillatæ essent, furore percitus multos occidit, multos truncavit, nonnullos in mari demersit, sed plurimos præfecto ad supplicium in prætorio custodiendos tradidit, quo a multitudine incenso, illi diffugerunt. Judæi quoque, mota Antiochiæ contra Christianos seditione, multos occiderunt, atque ipsum patriarcham Anastasium, ejusque cadaver in foro combusserunt. Eos Phocas partim occidit, partim mutilatos urbe exegit. Thomas patriarcha cum Ecclesiæ triennium præfuisset, obiit : in cujus locum suffectus est Sergius, Magnæ ecclesiæ diaconus. Filiam Domnentiam Prisco duci copiarum despondit, **81** cumque post nuptias ludis equestribus, Prisci uxorisque Do-
D mnentiæ imagines juxta suas astare vidisset, furore percitus, factionum duces obtruncari jussit, eosque ægre a factionibus exoratus missos fecit. Ea de causa Priscus vitæ suæ metuens, consilia tollendi tyranni iniit, qui cum et in mulierum

Variæ lectiones et notæ.

(77) *Ὁ Ναρσῆς*. Theophan, et Cedrenus an. 1 et 2 Phocæ.

(78) *Φιλιππικὸς δέ*. Theophan. an. 4 Phocæ. Obiit an. 612, Heraclio imperante. Niceph. CP.

(79) *Κυριακοῦ*. Obiit Cyriacus 29 Octob. anno 4 Phocæ, ut est in *Chronico Alex.*

(80) *Θωμᾶς*. Creatus 23 Januar. anno 1 Phocæ. (Idem *Chron.*) Illius memoriam agunt Græci 21 Martii, ut est in Menæis.

(81) *Ἄβαρες*. Quorum frequens mentio in *Francicis Annalibus*. Chronicon S. Vincentii de Vulturno, p. 692 : *A Cacano rege Avarorum, qui et Hunni dicuntur.*

(82) *Ἀναστάσιον*. Ita etiam Theophanes et Cedrenus, an. 7 Phocæ : at *Chronicon Alex.* an. 8 ejusdem Phocæ a militibus interemptum ait.

(83) *Ἐτελεύτησε*. Moritur Thomas Patr. 20 Martii anno 8 Phocæ. *Chronic. Alex.*

stupris volutaretur, et ebriosus, et sævus, atque sanguinarius esset, in publico erat omnium ordinum odio. Itaque senatus et ipse dux Priscus legatos ad Heraclium mittunt, ejus Heraclii patrem, qui post imperio potitus est, Africæ et Libyæ præfectum, orantes, ut se a tyrannide Phocæ vindicet. Erat Heraclio legatus Gregoras vir illustris; qui duo inita conspiratione suos filios contra tyrannum mittunt, Heraclius cum classe et magnis copiis militum Heraclium, Gregoras patricius Nicetam pedestri itinere, cum multis equitibus et magno exercitu: ea conditione, ut uter prior urbem occupasset, tyrannumque sustulisset, is imperio potiretur. His cognitis, Phocas Heraclii matrem, et sponsam Eudociam, principis cujusdam Africani filiam, comprehensas monasterio inclusit. Cæterum Heraclius antevertit, et in Sophiarum portu appulit, commissaque pugna evasit superior, adjutante Prisco, qui præfecti honore fungebatur. Photius quoque unus ex illustribus, cujus uxorem tyrannus vi constupraverat, regia cum multis militibus occupata, tyrannum solio deturbavit (nam ejus satellites desperata salute regia cesserant) direptaque purpura, pullam ei vestem induxit, et captivum Heraclio exhibuit. Qui cum ei dixisset: *Itane, miser, rempublicam administrasti?* Phocas ex desperatione respondit: *Tu vero melius eam administrabis?* Ob quod dictum iratus Heraclius, calcibus in eum insiluit, et castrari jussit. Alii eum statim occisum esse tradunt, alii manibus prius et pedibus amputatis, virilibus denique, ob lasciviam et multorum conjuges adulteratas, exsectis, postremo obtruncatum, et infelix cadaver in Bove crematum esse, ubi caminus fuisse perhibetur æreus, forma bovis, Pergamo translatus, unde et loco nomen factum. Sunt et fratres ejus aliique necessarii interfecti. Phocæ igitur pessimi tyrannidis hic fuit exitus, cum **82** imperio per annos octo insultasset.

Augustam salutavit et coronavit: vir pius atque ingenui animi. Eos quibus a Nicephoro factæ erant injuriæ, et militum bello cæsorum uxores pecuniæ distributione consolatus est. Theophanonem Stauracii conjugem, quæ tonsa coma nigram stolam induerat, magna pecunia donavit, ædibus ei ad habitandum assignatis, quas illa in monasterium convertit, quod a Stauracio ibi sepulto nomen est sortitum. Nam ex vulnere, quod supra memoravimus, decessit, cum duos duntaxat menses et sex dies imperasset. Id monasterium appellatione corrupta vulgo Braca dicitur, et a nonnullis qui vocem ad Græcam formam detorquere conantur, originis ejus ignari, Hebraica. Cum autem Studiensis **128** monasterii moderatores, Platonem et Theodorum, et fratrem ejus etiam Josephum Thessalonicensem archiepiscopum, ejusdemque monasterii monachos insigniores in carcerem conjectos reperisset, propterea quod cum patriarcha et Ecclesiæ non consentirent, ut supra dictum est, operam dedit ut eos in concordiam redigeret, idque perfecit. Filium Theophylactum imperatorio nomine dignatus est, et a patriarcha diademate ornandum curavit. Post, expeditione contra Bulgaros suscepta, qui Thraciam populabantur, quibusdam legionibus seditiosis, a quibus aperte maledictis incessebatur, benignis alloquiis et liberalitate placatis, in regiam reversus est. Cum multi insaniam contra venerabiles imagines renovare studerent, quibusdam comprehensis et mediocriter multatis, cæteros a simili conatu deterruit, et monacho cuidam qui ostentandæ forsitan pietatis ergo, Deiparæ imaginem eraserat, linguam præcidit. Agarenis autem rursus Orientem vastantibus, Orientalium dux Leo Armenius, commisso prælio, ad duo millia cecidit, multis equis et spoliis potitus. Crumus porro Bulgarum princeps legatos ad imperatorem misit, pacem iis conditionibus petens, quæ sub Theodosio Adramytteno et patriarcha Germano concessæ essent. Quod si pacem repudiaret, se Mesembriam invasurum minabatur, eumque qui bellum maluisset, exitii Christianorum auctorem fore asserebat. Eas conditiones cum Michael de consilio suorum renuisset, Crumus Mesembriam invasit, machinis ad expugnationem urbis adductis. Nam Arabs quidam solers mechanicus, cum se ad Nicephorum aliquando contulisset, et sacro baptismate initiatus, ob Nicephori sordes pro dignitate non tractaretur, deque sui

κοινωνὸν Προκοπίαν Αὐγοῦσταν (80) ἀνηγόρευσέ τε καὶ ἔστεψεν, εὐσεβής τε τυγχάνων καὶ τὴν γνώμην ἐλευθέριος. Τούς τε πρὸς τοῦ Νικηφόρου ἠδικημένους, καὶ τὰς συζύγους τῶν ἐν τῷ πολέμῳ πεσόντων στρατιωτῶν παρεμυθήσατο χρημάτων διανομαῖς· καὶ τὴν γαμετὴν δὲ Σταυρακίου Θεοφανὼ καρεῖσαν τὴν κόμην, καὶ μέλαιναν ἐνδυσαμένην στολὴν, χρήμασι πολλοῖς ἐδωρήσατο, καὶ οἶκον εἰς κατοικίαν αὐτῇ προσαπένειμεν, ὃν εἰς μοναζουσῶν ἐκείνη μετεποίησε καταγώγιον, ἔνθα καὶ ὁ Σταυράκιος τέθαπται, θανὼν ἐκ τῆς πληγῆς ἣν ὁ λόγος ἐδήλωσε, δύο μῆνας αὐταρχήσας μόνους ἐπὶ ἡμέρας ἕξ. Ἥτις μονὴ ἐξ ἐκείνου ἐκλήθη τοῦ Σταυρακίου ὠνομασμένη, βαρβαριζομένου δὲ τοῦ ὀνόματος παρὰ τοῦ συρφετώδους ὄχλου λέγεται τὰ Βρακὰ, παρά τινων δὲ τὴν ἀληθῆ κλῆσιν ἀγνοησάντων, μεταγόντων δὲ ταύτην δῆθεν πρὸς τὸ Ἑλληνικώτερον, ὀνομάζεται τὰ Ἑβραϊκά. Καθειργμένους δ' εὑρὼν τοὺς τῆς μονῆς τοῦ Στουδίου ἡγεμονεύσαντας, τὸν Πλάτωνα λέγω καὶ τὸν Θεόδωρον, ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν τούτου ὁμαίμονα Ἰωσὴφ τὸν τῆς Θεσσαλονίκης ἀρχιεπίσκοπον (81), καὶ τῶν τῆς εἰρημένης μονῆς μοναχῶν τοὺς ἐλλογιμωτέρους, ὡς μὴ κοινωνοῦντας, καθώσπερ ἱστόρηται, τῷ πατριάρχῃ καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἔσπευσεν ἑνῶσαι αὐτοὺς, καὶ μέντοι καὶ ἥνωσε. Καὶ τὸν υἱὸν δὲ Θεοφύλακτον ὁ βασιλεὺς οὗτος τῆς βασιλικῆς ἠξίωσε κλήσεως, καὶ οἱ διὰ τοῦ πατριάρχου διάδημα περιέθετο. Εἶτα κατὰ Βουλγάρων ληϊζομένων τὴν Θρᾳκῴαν μοῖραν ἐκστρατεύσας, στασιάσαντά κατ' αὐτοῦ τῶν ταγμάτων τινὰ, ὡς καὶ ὕβρεις χωρῆσαι κατὰ τὸ προφανὲς, λόγοις μειλιχίοις καὶ δώροις φιλοτίμοις κατηύνασε, καὶ εἰς τὰ βασίλεια ἐπανέζευξεν. Ἀνακαινίσαι δὲ ζητούντων πολλῶν τὴν κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων μανίαν, τινὰς συλλαβὼν, καὶ μετρίως πως αἰκισάμενος, δι' αὐτῶν καὶ τοὺς λοιποὺς κατέπτόησε, καὶ παύσασθαι παρεσκεύασε. Μοναχὸν δέ τινα εὐλαβείας τάχα σκηνὴν ἐνδεικνύμενον εὑρηκὼς, εἰκόνα τῆς Θεομήτορος ἀποξέσαντα, τῆς γλώσσης ἀφείλετο. Τῶν δὲ Ἀγαρηνῶν τὴν Ἑῴαν αὖθις ληϊζομένων, ὁ τῶν Ἀνατολικῶν στρατηγὸς ὁ Ἀρμένιος Λέων τούτοις συμβαλὼν, ἀνεῖλέ τε περὶ δισχιλίους, καὶ ἵππους καὶ ὅπλα ἐξ αὐτῶν εἰς πλῆθος ἐλαφυραγώγησε. Κροῦμος δὲ ὁ τῶν Βουλγάρων ἄρχων διεπρεσβεύσατο πρὸς τὸν βασιλέα, εἰρήνην ζητῶν ἐπὶ συνθήκαις, ταῖς ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ Ἀτραμυττηνοῦ καὶ Γερμανοῦ πατριάρχου. Καὶ εἰ μὴ οὕτω τὴν εἰρήνην ὁ αὐτοκράτωρ αἱρήσεται, ἠπείλει κατὰ Μεσημβρίας χωρῆσαι, καὶ τοῦ τῶν Χριστωνύ-

Variæ lectiones et notæ.

80) *Προκοπίαν Αὐγοῦσταν*. Fuit ista filia Nicephori Seleuceni, seu generalis, imperatoris, a qua conditum monasterium Constantinopoli, quod ab ea τὰ Προκοπίου appellabant, ex originibus urbis ineditis observamus in nostra *Constantinopoli*, lib. IV, pag. 160. Codinus vero illud Προκοπίας vocat, p. 57. Idem pag. 60, Procopiæ monasterium a Justino Thrace imp. et Euphemia uxore conditum scribit. In concilio Chalcedonensi occurrit nescio quis Elpidius μεμοροφύλαξ τῶν Προκοπίου dictus, id est æditnus, uti hanc vocem accipiendam docemus in *Gloss. med. Græcit.*: quam quidem ædem, siquidem Constantinopoli exstitit, ab anno 451 exstitisse oportet, proinde ante Justini tempora.

(81) *Ἰωσὴφ τὸν τῆς Θεσσαλονίκης ἀρχιεπίσκοπον*. Istius Josephi festum agunt Græci 15 Junii, Vitam vero habent Synaxaria. Meminerunt etiam Menæa in S. Theophylacto episcopo Nicomediensi ad 8 Martii; præterea 23 Sept. in SS. Martyr. Andrea, Joanne, et Antonio, ubi Saracenorum dux Ἀβραχὴμ, et ὁ Βραχὴμ dicitur.

μων ὀλέθρου αἴτιον εἶναι τὸν μὴ τὴν εἰρήνην αἱρούμενον. Ἀλλὰ συμβουλῇ τῶν περὶ αὐτὸν τὰς σπονδὰς ἐπὶ ταῖς συνθήκαις ἐκείναις ὁ βασιλεὺς οὐ προσήκατο, καὶ ὁ Κροῦμος κατὰ Μεσημβρίας ἐχώρησεν ἑλεπόλεις ἐπαγόμενος. Ἄραψ γάρ τις μηχανικὸς καὶ περὶ ταύτας δεξιὸς προσῆλθε τῷ Νικηφόρῳ ποτὲ, καὶ τῷ θείῳ βαπτίσματι τελεσθεὶς, μὴ τυχὼν δὲ προνοίας ἀξιολόγου διὰ τὴν ἐκείνου γλισχρότητα, εἶτα καὶ ἐπεγκαλέσας ἐκείνῳ διὰ τὸ ἀπρονόητον, ἐτύφθη σφοδρότατα. Ἐξ ἀπονοίας οὖν τοῖς Βουλγάροις προσκεχωρήκει, καὶ δι' αὐτοῦ πᾶσαν οἱ Βάρβαροι μηχανὴν ἐργάζεσθαι μεμαθήκασιν. Οὕτως οὖν εὐπορήσαντες ἑλεπόλεων, οὐκ ἐχρόνισαν εἰς τὴν τοῦ κατὰ Μεσημβρίαν ἄστεος πόρθησιν. Τοῦ δὲ βασιλέως τὸν πατριάρχην μεταχαλεσαμένου καὶ τῶν ἀρχιερέων τινὰς, καὶ προθεμένου βουλὴν περὶ τῶν B μετὰ Βουλγάρων σπονδῶν, καὶ εἰ χρὴ ἐκδοῦναι τῷ Κρούμῳ τοὺς ἐκεῖθεν Ῥωμαίους προσπεφευγότας (καὶ τοῦτο γὰρ πρὸς ἄλλοις ἐπὶ ταῖς σπονδαῖς ἐζήτει ὁ Βάρβαρος) ὁ μὲν πατριάρχης καὶ οἱ ἀρχιερεῖς συνεβούλευον ἐκδοῦναι τοὺς πρόσφυγας, κρεῖσσον εἶναι παθεῖν κρίνοντες μετρίους τινὰς ἢ πλήθη πάσχειν ἀνάριθμα. Οἱ δὲ περὶ τὸν βασιλέα καὶ ὁ Στουδίτης Θεόδωρος τὰς σπονδὰς ἀπηγόρευον, λέγοντες μὴ δεῖν ἐκδοῦναι τοὺς πρόσφυγας. Αἱ μὲν οὖν πρὸς τοὺς Βουλγάρους σπονδαὶ ἐντεῦθεν κεκώλυνται. Ἦν γὰρ ὁ αὐτοκράτωρ οὗτος τὸν μὲν τρόπον χρηστὸς, καὶ τὴν πίστιν ὀρθὸς, περὶ δὲ πραγμάτων οἰκονομίαν νωθὴς, καὶ τοῖς ὑπερέχουσι τῶν ἀρχόντων ὅποι ἂν ἄγοιτο ῥᾳδίως ἀγόμενος.

A neglectu conquestus acerrime vapulasset, ex desperatione se ad Bulgaros contulit, a quo Barbari omnis generis machinas fabricari didicerunt: quibus abunde instructi, vastationem Mesembriæ non cunctanter sunt aggressi. Imperator autem cum patriarchæ et primorum sacerdotum quibusdam deliberationem de pace Bulgarica et transfugis quibusdam Crumo tradendis proposuisset (nam id etiam inter cætera Barbarus postularat), patriarcha et sacerdotes **127** præstare censuerunt, transfugis traditis, paucos male tractari, quam turbas innumerabiles. Sed senatores aulici et Theodorus Studites pace repudiata supplices tradendos esse negaverunt. Quæ res paci Bulgaricæ impedimento fuit. Nam imperator hic ingenio leni et fide recta præditus fuit; sed ad res gerendas tardior, facile secutus quocunque a proceribus duceretur.

ΙΗ'. Κομήτης δὲ ἀστὴρ ἐφάνη τότε σχηματισθεὶς εἰς εἴδη διάφορα, ὧν καὶ ἓν λέγεται εἶναι καὶ ἀνθρώπου σχῆμα χωρὶς κεφαλῆς. Οἱ Βούλγαροι μέντοι τῆς Μεσημβρίας κρατήσαντες, πολλὰ ἐν ταύτῃ εὑρήκασι, μετὰ τῶν ἄλλων δὲ καὶ τοῦ ὑγροῦ πυρὸς οὐκ C ἐλάχιστον. Αἰχμαλώτων δ' ἐπανελθόντων τινῶν, μαθὼν ἐκ τούτων ὁ βασιλεὺς βούλεσθαι τὸν Κροῦμον τὴν Θράκην ληΐσασθαι, ἐξῆλθε τῆς πόλεως. Ὅθεν οὐδὲν ὧν ἐμελέτα δράσας ὁ Βάρβαρος ἀλλὰ καὶ πολλοὺς τῶν οἰκείων ἀποβαλὼν ὑπενόστησε· καὶ ὁ βασιλεὺς τὰς Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις πάντοθεν συναθροίσας, εἰς Θράκην αὖθις ἐξῆλθε, συνεπομένης αὐτῷ καὶ τῆς Αὐγούστης ἄχρι τῶν Κηδόκτου. Ὅθεν δυσχεράναν τὸ στρατιωτικὸν, ἐλοιδορεῖτο τῷ αὐτοκράτορι, εἶτα ἡ μὲν Αὔγουστα ἐπανεληλύθει. Ὁ δὲ Μιχαὴλ περιεπόλει τὴν Θράκην, μηδέν τι πράττων στρατηγικὸν, ἤ τι κατὰ τῶν ἐναντίων οἰκονομούμενος· καὶ ἦσαν τοῖς τῆς χώρας οἰκήτορσι τὰ στρατεύματα οὐχ ἧττον τῶν Βαρβάρων εἰς προνομήν. D Καὶ ὁ Κροῦμος δὲ τῶν οἰκείων ἀπάρας ἠθῶν, ταῖς βασιλικαῖς παρεστρατοπεδεύσατο τάξεσι. Μάχης οὖν συγκροτηθείσης ἡττῶνται Ῥωμαῖοι, τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀνατολικῶν (82) αἰτίου τῆς ἥττης γεγενημένου Λέοντος τοῦ ἐξ Ἀρμενίων. Οὗτος γὰρ τῆς βασιλείας ἐρῶν (83), καὶ πρὸς τὴν στρατιὰν διαβάλλων τὸν Μιχαὴλ, ὡς ἄνανδρόν τε καὶ ἀστρατήγητον, ἄρτι τοῦ πολέμου συγκροτηθέντος, τὰ ὑπ' αὐτὸν τάγματα ἐπε-

XVIII. Tum stella crinita apparuit, quæ varias formas exprimebat, quarum una fuisse fertur etiam hominis sine capite. Bulgari autem Mesembria potiti, cum multa alia ibi repererunt, tum ignis Græci non parum. Cum vero imperator e quibusdam captivis didicisset, velle Crumum Thraciam populari, urbem egressus est. Barbarus igitur omissis suis conatibus, multisque suorum amissis recessit: et imperator Romanis copiis undique accersitis rursus in Thraciam abiit, etiam Augusta ad Cedoctum usque comitante: quod milites ægre ferentes, imperatori conviciabantur. Deinde illa domum rediit, Michael vero Thraciam obiit, neque quidquam duce dignum, aut hostibus fraudi futurum egit, fueruntque legiones provincialibus non minus prædæ quam Barbari. Sed et Crumus suis sedibus relictis, castra e regione imperatorii exercitus posuit, commissaque pugna Romani succubuerunt, ducis Orientalium copiarum Leonis Armenii culpa, qui imperii cupidus, Michaelem apud exercitum initio pugnæ ut effeminatum et rei bellicæ imperitum calumniatus, suas legiones se sequi jussit, desertisque ordinibus fugam cepit; id quod alios quoque in fugam vertit, adeo ut Crumus id non crederet ob absurditatem, et insidias esse ratus, suos contineret. Ut autem Romanos temere effuseque fugere vidit, tunc suis insequi jussis,

Variæ lectiones et notæ.

(82) *Στρατηγοῦ τῶν ἀνατολικῶν*. Ita hanc dignitatem expressit Ignatius diaconus in Vita S. Nicephori patr. Constantinopol. n. 31, ubi de eodem Leone: Καὶ γὰρ ὑπ' αὐτοῦ δημαγωγὸς τοῦ πρώτου καταλόγου τῆς στρατιωτικῆς τῶν λεγομένων θεμάτων καθίστατο φάλαγγος. Primum enim ex thematibus Ἀνατολικὸν fuit, ut est apud Constantinum Porph. lib I. *De Themat*. Cujus præ cæteris meminit auctor Vitæ S. Nicolai Studitæ, p. 907. Nicephorus Constantinopolit. in Brev. p. 184, I ed. Πρὸς τῇ χώρᾳ Ἀνατολικῶν καλουμένῃ φυγὰς ἐνθάδε ἀπιών. Vide eumdem Zonaram in Romano Diogene.

(83) *Οὗτος γὰρ τῆς βασιλείας ἐρῶν*. Idipsum narrat. scriptor ms. Vitæ S. Joannicii.

maximam cædem militum et ducum edidit, imperatore vix cum paucis Constantinopolim elapso, vallum et tabernaculum imperatorium a Barbaris direptum. Ex eo sumpta fiducia Leo, consiliorum suorum conscios in reliquias legionum dimisit, qui dicerent, Romanos ex inscitia imperatorum vinci, et res strenuum virum postulare, qualis sit Leo dux Orientalium. Itaque milites ad seditionem concitavit, ut et Michaeli maledicerent, et Leonem, ejus **128** tabernaculum circumstantes, imperatorem salutarent. Illum vero simulate detrectantem, ac deprecantem scilicet imperium, Michael Balbus tribunus, stricto gladio, monitis etiam cæteris conjuratis ut idem facerent, adigit, ut invitus nimirum imperii titulum admitteret. Quibus nuntiatis Michael, neque ad resistendum se paravit, neque de imperio vindicando cogitavit, sed potestatis insignia statim Leoni misit: eoque regiam ingresso, cum uxore et liberis in ædem quæ est in Pharo supplex confugit. Inde avulsi, Michael in insula Prota monachus factus vitam exegit. Theophylactus filius ejus, qui imperator appellatus fuerat, virilibus exsectis, cum matre et fratribus est relegatus.

A σθαί οἱ ἐγκελευσάμενος, λειποταχτήσας ἀπῄει φυγάς. Τοῦτο καὶ τοὺς ἄλλους ἔτρεψεν εἰς φυγὴν, ὥστε τὸν Κροῦμον μηδὲ πιστεύειν τῷ γινομένῳ διὰ τὸ λίαν παράλογον; ἀλλὰ λόχον ἡγεῖσθαι τοῦτο, καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἐπισχεῖν. Ὡς δὲ ἑώρα τοὺς Ῥωμαίους φεύγοντας ἀκόσμως καὶ ἀκρατῶς, τότε τοῖς οἰκείοις διώκειν ἐγκελευσάμενος, φόνον πλεῖστον εἰργάσατο στρατιωτῶν τε καὶ στρατηγῶν. Μόλις δ' ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν Κωνσταντίνου μετ' ὀλίγων τινῶν φυγῇ διασώζεται, τοῦ χάρακος καὶ τῆς σκηνῆς τῆς βασιλικῆς γεγονότων τοῖς Βαρβάροις διάρπαγμα. Ἐντεῦθεν ὁ Λέων ἀδείας δραξάμενος, καὶ τοὺς κοινωνοὺς τῶν βουλευμάτων αὐτοῦ διασπείρας εἰς τὰ περιλειφθέντα τῶν στρατευμάτων λέγοντας ἐξ ἀφελείας τῶν κρατούντων ἡττᾶσθαι Ῥωμαίους, καὶ δεῖσθαι τὰ πράγ- B ματα γενναίου ἀνδρὸς, οἷος ὁ τῶν Ἀνατολικῶν στρατηγὸς Λέων ἐστὶν, εἰς στάσιν τοὺς στρατιώτας ἠρέθισε, καὶ τὸν μὲν βασιλέα κακῶς ἔλεγον, τὸν Λέοντα δὲ βασιλικῆς εὐφημίας ἠξίουν, τὴν ἐκείνου περιστάντες σκηνήν. Ἀκκιζομένου δ' αὐτοῦ, καὶ παραιτουμένου δῆθεν τὴν αὐταρχίαν, ὁ Τραυλὸς Μιχαὴλ τάγματος ἄρχων τὸ ξίφος σπασάμενος, τοῦτο δὲ καὶ ἄλλοις ποιεῖν ὑποθέμενος τῆς συνωμοσίας μετέχουσι, πείθουσι, τάχα καὶ ἄκοντα τὸν Λέοντα τὴν ἀνάῤῥησιν δέξασθαι. Ὡς οὖν ἠγγέλη ταῦτα τῷ Μιχαὴλ (84), οὔτε πρὸς ἀντικατάστασιν ὥρμησεν, οὔτε τῆς βασιλείας ἀντιποιήσασθαι ἐδοκίμασεν, ἀλλ' εὐθὺς τὰ τῆς βασιλείας παράσημα τῷ Λέοντι ἐξαπέστειλεν. Ἐλθόντος δ' ἐκείνου εἰς τὰ βασίλεια, ὁ Μιχαὴλ ἅμα τῇ συζύγῳ καὶ τοῖς παισὶ πρὸς τὸν ἐν τῷ Φάρῳ ναὸν ἱκέτης εἰσέδραμεν. Ἀποσπασθέντες δὲ ἐκεῖθεν (85), ὁ μὲν Μιχαὴλ εἰς τὴν Πρώτην λεγομένην νῆσον ἀπάγεται, καὶ μοναχὸς γεγονὼς (86) ἐκεῖ κατεβίω. Τὸν δὲ παῖδα τούτου τὸν Θεοφύλακτον, ὃς καὶ ἀναῤῥήσεως, ὡς ἔφημεν, κατηξίωτο, τῶν παιδογόνων μορίων ἀφείλετο, καὶ σὺν τῇ μητρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ὑπερορίους ἐποίησε.

XIX. Hunc exitum habuit Michaelis imperium, cum id biennium tenuisset. Leo vero ingressus regiam, statim exutam vestem quam gerebat, Michaeli Balbo dedit, quam idem statim induit: unde multi conjecerunt, eum Leoni in imperio successurum. Neque hoc solum potestatis augurium illi fuit, sed illud etiam, quod Leonem pone sequens, vestis imperatoriæ extremitatem calcavit: idque malum omen Leoni quoque visum est. Horum utrique prædictum fuerat, fore ut imperarent. Nam Bardanes dux et patricius, cujus supra facta est mentio, imperium, priusquam id invaderet, animo agitans, cum monacho quodam in Philomelio degente, qui futura prædicere credebatur, arcanum communicavit, percontatus an voti compos futurus esset?

C ΙΘ'. Τῷ μὲν οὖν Μιχαὴλ ἐς τοῦτο τὰ τῆς ἀρχῆς ἐτελεύτησεν, ἐνιαυτοὺς βασιλεύσαντι δύο. Ὁ δὲ Λέων εἰς τὰ βασίλεια εἰσελθὼν, αὐτίκα ἐκδυσάμενος ὃ περιέκειτο φᾶρος, τῷ Τραυλῷ Μιχαὴλ ἐνεχείρισε, κἀκεῖνος εὐθὺς αὐτὸ ἠμφιάσατο, ὃ πολλοῖς σημεῖον ἐκρίθη τοῦ τοῦτον μέλλειν ἔσεσθαι τῷ Λέοντι τῆς βασιλείας διάδοχον. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον σημαντικὸν τῆς διαδοχῆς τοῦ κράτους συνέβη τῷ Μιχαὴλ, ἀλλὰ καὶ ὄπισθεν τοῦ Λέοντος πορευόμενος, βασιλικὴν ἐσθῆτα μεταμφιασαμένου, τὸ ταύτης πεπάτηκε κράσπεδον· τοῦτο καὶ τῷ Λέοντι οὐκ ἀγαθὸν οἰώνισμα ἔδοξε. Τούτοις δὲ καὶ ἀμφοῖν ἡ βασιλεία προείρητο. Ὁ ἄνωθεν γὰρ ῥηθεὶς Βαρδάνης ὁ στρατηγὸς καὶ πατρίκιος, πρὸ τοῦ τυραννίδι ἐπικεχειρηκέναι, στρέφων αὐτὴν κατὰ νοῦν, εἴς τινα μοναχὸν ἐν τῷ Φιλομη-

Variæ lectiones et notæ.

(84) *Ὡς οὖν ἠγγέλη ταῦτα τῷ Μιχαήλ.* Ut Michael curopalata ultro imperio Leoni cesserit, narrat, præter scriptores Byzantinos, Nicetas Paphlago in Vita Ignatii patr. Constantinopol. p. 1182, et ut in Principis insulas, τὰς Πριγκιπείου νήσους, ex quibus erat Πρώτη, cujus hic meminit Zonaras, secesserit, et in iis habitu monachi sancte vitam exegerit.

(85) *Ἀποσπασθέντες δὲ ἐκεῖθεν.* Scriptor ms. Vitæ S. Joannicii: Ὁ Μιχαὴλ δὲ καὶ ἄκων αὐτῷ παραχωρεῖ τῆς βασιλείας, ὅρκοις πολλοῖς καὶ ἀσφαλέσιν, ὡς ᾤετο, πίστεσιν ἑαυτὸν οἷον εἰπεῖν ἐμπεδώσας καὶ βεβαίως ἀσφαλισάμενος, ἐφ' ᾧ συγχωρῆσαι τοῦτον ἅμα γυναικὶ καὶ τοῖς τέκνοις ἰδιωτικῶς ζῆν. Ὁ δὲ ὁμοῦ τῷ τῆς ἀρχῆς ἐπιβῆναι, εὐθὺς D ὥσπερ εἰς λήθην πάντων ἐλθὼν, καὶ μηδενὸς φροντίσας ὧν ὑπὸ μάρτυρι τῷ Θεῷ ἐπωμόσατο, πρῶτα μὲν ὑπερορίαν τοῦ Μιχαὴλ καὶ τῆς συζύγου τούδε καταχρίνει· μετὰ βραχὺ δὲ τὸ τῶν μοναχῶν σχῆμα καὶ ἄκοντας αὐτοὺς μετενδύει. Οὐ μέχρι δὲ τούτων ἔστη, ἀλλά γε ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις ἀλλήλων διέζευξε, καὶ μένειν ὁμοῦ κατὰ χώραν αὐτοῖς οὐκ εἴασεν, ἀλλὰ τὸν μὲν ἀλλαχόθι, τὴν δὲ ἑτέρωθι φέρων ἀπῴκισε.

(86) *Καὶ μοναχὸς γεγονώς.* Theosterictus in Vita S. Nicetæ Confess. n. 31: Διαδέχεται δὲ ταύτης (Εἰρήνης) τὴν βασιλείαν Νικηφόρος ἅμα καὶ τὴν ὀρθοδοξίαν ὁ εὐσεβέστατος καὶ φιλόπτωχος καὶ φιλομόναχος· εἶτα Μιχαὴλ, ὁ νῦν ἔτι ἐν μοναχικῷ διαπρέπων ἀξιώματι.

λίῳ ἀσκούμενον, καὶ προλέγειν τὰ μέλλοντα πιστευόμενον, ἀπελθὼν, ἐκείνῳ τὸ ἀπόῤῥητον ἀπεκάλυψε. A Καὶ εἰ ἔσται αὐτῷ ἐπιτελὲς τὸ βούλευμα, ἐπυνθάνετο. Ὁ δὲ ἀπηγόρευσεν αὐτῷ τὴν ἐγχείρησιν, φάμενος ὡς Οὔτε τεύξῃ τοῦ ἐφετοῦ, καὶ στερηθήσῃ καὶ τῆς περιουσίας καὶ τοῦ φωτός. Ἐπὶ τούτοις ὁ μὲν ἀπῄει περίλυπος. Ὁ Λέων δὲ οὗτος καὶ Τραυλὸς Μιχαὴλ, καί τις ἕτερος Θωμᾶς, αὐτῷ τὸν ἵππον παρέστησαν. Ἄνωθεν δὲ προκύψας ὁ μοναχὸς, καὶ τούτους ἰδὼν μετακαλεῖται τὸν στρατηγὸν καί φησι· *Σοὶ μὲν, ὡς εἴρηκά σοι, οὐ δίδωσιν ὁ Θεὸς τῆς βασιλείας τυχεῖν· τῶν δὲ τὸν ἵππον σοι παραστησάντων τοὺς δύο, τὸν Λέοντα καὶ τὸν Μιχαὴλ, ἴσθι καὶ ἄμφω κατὰ καιροὺς ἰδίους τῆς βασιλείας κρατήσοντας. Ὁ δ' ἕτερος ἐπιχειρήσει μὲν, καὶ ἑαυτῷ περιθήσει διάδημα, οὐ τεύξεται δὲ τῶν* B *κατὰ σκοπὸν, ἀλλ' ἀπολεῖται κακῶς.* Ὁ μὲν οὖν ταῦτα προείρηκεν. Ὁ δὲ Βαρδάνης ἀπιστήσας αὐτῷ, τυραννίδι ἐπικεχείρηκε· τὸ δ' ὅπως οὐκ ἔτυχε τῆς βασιλείας, ἀλλὰ καὶ ἐξεκόπη τὰ ὄμματα, καὶ τοῦ πλούτου ἐστέρητο, ἤδη μοι προϊστόρηται. Βασιλεύσας δὲ ὁ Λέων (87), τὸν μὲν Τραυλὸν Μιχαὴλ πατρίκιον ἐτίμησε, καὶ κόμητα τῆς τῶν ἐξκουβίτων σχολῆς, τὸν δέ γε Θωμᾶν ὃς καὶ αὐτὸς εἷς ἦν τῶν τῷ Βαρδάνῃ τότε τὸν ἵππον παραστησαμένων ἐπὶ τῆς κατοικίας τοῦ μοναχοῦ, τουρμάρχην τοῦ τάγματος τῶν Φοιδεράτων προεχειρίσατο. Τῶν μέντοι Βουλγάρων τὴν Θρᾴκην ληϊζομένων, διεπρεσβεύσατο πρὸς τὸν αὐτῶν ἀρχηγὸν ὁ Λέων περὶ σπονδῶν. Ὁ δὲ τῇ νίκῃ τῇ ἔναγχος ὀγκωθεὶς, τὴν πρεσβείαν τὴν περὶ C τῶν σπονδῶν οὐ προσήκατο. Οὐκοῦν ἐξεστράτευσεν ὁ βασιλεὺς κατ' αὐτοῦ, καὶ αὖθις ἡ νίκη τοῖς Βαρβάροις ἐπεμειδία, καὶ εἰς φυγὴν ἀπιδόντων Ῥωμαίων, ἐδίωκον οἱ Βάρβαροι ὄπισθεν, καὶ καταφρονητικῶς διακείμενοι, οὐ κατὰ κόσμον, οὐδ' εὐσυντάκτως ἐδίωκον, ἀλλὰ ἄλλοσέ πη ἄλλοι σκεδαννύμενοι. Τοῦτο κατανοήσας ὁ βασιλεὺς (ἔτυχε γὰρ ἐπὶ μετεώρου τόπου ἑστηκὼς) καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν λόγοις παραθήξας παρακλητικοῖς, καὶ παρορμήσας εἰς πόλεμον, ἐπεισέφρησε κατὰ τῶν Βαρβάρων μετὰ γενναίου ψυχῆς παραστήματος, καὶ τῇ ἀθρόᾳ μεταβολῇ, δείματι τοὺς πολεμίους ἐνέβαλε πανικῷ, καὶ ἀνῄρηντο μὲν πλείους, ᾐχμαλώτιστο δὲ καὶ πλῆθος πολύ. Μικροῦ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Κροῦμος ἀνῄρετο ἂν, βληθεὶς, καὶ τοῦ ἵππου ἐκπεπτωκὼς, εἰ μὴ περιστάντες αὐτὸν οἱ περὶ αὐ- D τὸν καὶ συνησπικότες εἰς ἵππον ἀνέβαλον ἕτερον, καὶ οὕτως ᾤχετο ἀποδράς. Ἐντεῦθεν ὁ βασιλεὺς τροπαιοφόρος κατέλαβε τὰ βασίλεια, καὶ λείαν ἄγων πολλὴν οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ καὶ τῆς κατὰ τῶν σεβασμίων εἰκόνων (88) λύττης ἀπήρξατο. Ὅθεν δὲ τῇ μανίᾳ ταύτῃ γέγονε κάτοχος αὐτίκα δὴ διηγήσομαι. Τῷ ἤδη ῥηθέντι μοι μοναχῷ, ὃς περὶ αὐτοῦ ὅτι μέλλει τῆς

Is eum a conatu illo dehortatus, neque voti compotem futurum esse, et opibus ac luminibus privatum iri respondit. Quibus ille auditis, tristis abiit. Hic vero Leo, et Balbus Michael, et alius quidam Thomas equum ei adduxerunt: quos cum monachus superne prospectans vidisset, duci accersito ait: *Tibi quidem, ut dixi, regnum Deus non largitur. Eorum vero duos, qui tibi equum adduxerunt, Leonem et Michaelem, suis utrumque temporibus imperio potituros scito. Tertius autem conabitur ille quidem, et diadema sibi imponet; sed voto suo frustratus male peribit.* Hæc ille prædixit; sed Bardanes, fide ei non habita, tyrannidem invasit. Quo pacto autem regno exciderit, et oculis sit orbatus, opibus etiam ereptis, ante **129** a me narratum est. Cæterum Leo imperio potitus Michaelem Balbum patricium fecit, et scholæ excubitorum comitem: Thomam, qui et ipse ex iis fuerat qui Bardani equum adduxerant juxta monachi ædes, turmarcham legionis Fœderatorum designavit. Bulgaris autem Thraciam vastantibus, Legatos ad ducem eorum de pace misit: quem, cum recenti victoria inflatus, pacis conditiones repudiaret, bello adortus est. Sed Barbari, victoria rursus ad ipsos inclinante, Romanos in fugam versos a tergo contemptim nulloque ordine sunt insecuti, alii alio dispersi. Quo imperator animadverso (nam in editiore loco stabat) suos ad pugnam cohortatur, Barbaros fortiter aggreditur, et subita conversione perterrefactos, maxima ex parte cædit, magnamque turbam capit: nec multum abfuit quin ipse Crumus sagitta ictus equoque delapsus occideretur, ni satellites conglobati scutis protecto, et alteri equo imposito fugam aperuissent. Imperator igitur triumphans, multaque præda parta, regiam ingressus, non multo post insaniam contra sacras imagines est auspicatus. Unde autem in eum furorem inciderit jam exponam. Ei monacho, a quo imperium ipsi prædictum fuerat, gratiam relaturus, per quemdam ex intimis suis dona misit. Is non in ipsum incidit, quippe jam mortuum: sed cum alium invenisset ibi habitantem, ad eum, ut quem non nosset, accessit. Ille vero (erat enim oppugnator imaginum, ejusque sectæ vehementissimus propugnator) neque munera accepit, et eo a quo afferebantur dimisso, se a simulacrorum adoratore nihil accipere dixit, Leoni et regni et vitæ jacturam brevi comminatus, nisi adoratione simulacrorum (sic enim venerandas imagines appellabat) abstineret. Hæc nuntiata sollicitum fecerunt Leonem: rem igitur cum quodam ex familiaribus Theodoto Melisseno communicat, qui oppugnatoribus imaginum studebat. Is eum

Variæ lectiones et notæ.

(87) *Καὶ Λέων.* Qui vulgo Armenius cognominatur, et quem Συραρμένιον vocat Pappi Synodicon, cap. 148: Τελευτήσαντος γοῦν ἐν πολέμῳ Βουλγάρων Νικηφόρου, τὴν βασιλείαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Σταυράκιος διεδέξατο, Μιχαὴλ ἐκείνου ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸς ἐκληρώσατο· καὶ Λέων ὁ Συραρμένιος ἐπαναστὰς ἐκράτησε τὰ βασίλεια, Ἰουδαϊκῆς τε καὶ Μανιχαϊκῆς θρησκείας ὑπάρχων.

(88) *Κατὰ τῶν σεβασμίων εἰκόνων.* Ut in sacras imagines sævierit Leo, pluribus prosequitur Theosterictus in Vita S. Nicetæ Confess. n. 31 et seqq.

dolo aggressus, monet ut negotium cum quodam A monacho, quem ejusdem secum opinionis esse norat, communicet, et quod ille suasisset exsequeretur : virum enim eum plenum esse gratia Spiritus, ac res futuras et prævidere et prædicere. Assenso imperatore, monachum convenit, **130** imperatorem habitu privati hominis ad eum venturum esse indicat, et qua gratia sit venturus, quæque cum eo disserenda sint instruit. Imperator noctu ad monachum abit, mutata veste ne agnosceretur, Theodoto comitante. At monachus, ut ab illo spiritu commentum edoctus, Leonem pro imperatore salutat : et, *Ne*, inquit, *majestatem tuam celatis, neque imponere velis nostræ vilitati : sed scito te de religione perperam sentire, et plane simulacrorum cultorem esse et te et omnes eos qui tibi* B *parent. Quod si ex ecclesiis simulacra sustuleris, et vita et imperium tibi diuturnum et fortunatum est futurum. Sin minus, scito te brevi utrumque amissurum, prætereaque æterna supplicia subiturum.* His Leo auditis, miratus monachum, ob prædictionem utique, ignarus imposturæ Theodoti, verbis illius captus est, et contra sacrosanctas imagines vehementissime sævlit, et eas omnes edicto tolli jussit : cumque sanctissimum patriarcham Nicephorum quoque in suam sententiam pertracturus esset, ille vero acriter adversaretur, et edictum illud et scriptis et oratione impietatis argueret : virum justum relegat, qui quidem improbos Leonis mores præsensisse fertur, qui orthodoxis offendi- C culo futurus esset, Ecclesiæque tumultus occasio. Nam cum ejus capiti diadema imponeret, manum suam spinis compungi putavit. Dum autem Prœconnesum exsulatum abducitur, Magni Agri abbas Theophanes confessor, transitu illius spiritu cognito (neque enim videbat sanctum) cereis incensis et suffitu, eminus eum excipit et prosequitur, atque ille vicissim ex navi eum flexis genibus veneratur; cum neque videret neque videretur. Quod patriarchæ comitibus admirantibus, et cui honorem illum præberet percontantibus, respondit : *Confessori Theophani Magni Agri abbati :* confessionem vaticinatus, necdum enim ea dignatus fuerat.

A βασιλείας ἔσεσθαι ἐγκρατής, προηγόρευσε, τῆς προῤῥήσεως ἀποτιννὺς ἀμοιβὴν, δῶρα ἐκπέμπει διά τινος τῶν οἰκειοτάτων αὐτῷ. Ὁ δὲ πεμφθεὶς οὐκ ἐκείνῳ ἐνέτυχεν (ἔφθη γὰρ ὁ μοναχὸς ἐκεῖνος τὴν ζωὴν μεταθέμενος), ἕτερον (89) δ' εὑρηκὼς, τῇ ἐκείνου κατοικίᾳ σκηνούμενον, ὡς ἐκείνῳ, μὴ γινώσκων τὸν ἄνδρα, τούτῳ προσεληλύθει. Ὁ δὲ (ἦν γὰρ τὰ τῶν εἰκονομάχων πρεσβεύων, καὶ τῆς αἱρέσεως διάπυρος σπουδαστὴς) οὔτε τὰ δῶρα προσήκατο, καὶ τὸν τούτων κομιστὴν ἀπεπέμψατο, ἐξ εἰδώλων προσκυνητοῦ μή τι λαβεῖν ἀνέχεσθαι φάμενος, καὶ τῆς βασιλείας καὶ τῆς ζωῆς διὰ βραχέος ἐπαπειλῶν τῷ Λέοντι στέρησιν, εἰ μὴ τοῦ προσκυνεῖν τοῖς εἰδώλοις ἀπόσχοιτο, τὰς σεπτὰς εἰκόνας οὕτω καλῶν. Ταῦτα παρὰ τοῦ σταλέντος ἀγγελθέντα τῷ Λέοντι, ἔμφροντιν αὐ- B τὸν πεποιήκασι, καὶ κοινοῦται τὰ μηνυθέντα τῶν συνήθων τινὶ τῷ Μελισσηνῷ Θεοδότῳ (89*), ὃς τοῖς εἰκονομάχοις αἱρεσιώτης ἐτύγχανεν ὤν. Δόλῳ τοίνυν ἐκεῖνος τὸν Λέοντα μέτεισι, καί τινα μοναχὸν ἑαυτῷ γινώσκων ὁμόδοξον, τούτῳ συνεβούλευε κοινώσασθαι τὴν ὑπόθεσιν, καὶ ὃ ἂν ἐκεῖνος ὑπόθοιτο, τοῦτο ποιῆσαι· εἶναι γὰρ τὸν ἄνδρα μεστὸν χαρίτων πνευματικῶν, καὶ προορῶντα τὰ μέλλοντα καὶ προλέγοντα. Ὡς οὖν εἶδε τὸν Λέοντα βασιλέα συνθέμενον τοῖς λόγοις αὐτοῦ, ἄπεισι πρὸς τὸν μοναχὸν ὁ Θεόδοτος, καὶ προλέγει αὐτῷ τὴν ὡς αὐτὸν τοῦ βασιλεύοντος ἐν ἰδιώτου σχήματι ἄφιξιν, καὶ ὅτου χάριν ἐλεύσεται, καὶ μυσταγωγεῖ τοῦτον, ὅσα τῷ βασιλεῖ διαλέξεται. Εἶτα νυκτὸς ἄπεισιν ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν μοναχὸν, μεταμφιασάμενος ἵνα μὴ διαγνωσθείη ὢν βασιλεύς· C συμπαρῆν δέ οἱ καὶ ὁ Θεόδοτος. Ὁ δὲ μοναχὸς ἐκεῖνος, οἷα δῆθεν προμυηθεὶς ἐκ τοῦ Πνεύματος τὸ πλαττόμενον, ὡς βασιλέα προσεῖπε τὸν Λέοντα, καὶ *Μὴ κρύπτε σου*, φησὶ, *τὸ ἀξίωμα, μηδ' ἀπατᾷν θέλε τὴν ἡμῶν οὐθενότητα. Ἴσθι δὲ μὴ περὶ τὸ σέβας ὀρθῶς διακείμενος, ἀλλ' ἄντικρυς εἰδωλολατρῶν καὶ αὐτὸς καὶ ἅπαν σοι τὸ ὑπήκοον. Εἰ μὲν οὖν περιαιρήσεις τὰ εἴδωλα τῶν ἐκκλησιῶν, ἔσται σοι καὶ ἡ ζωὴ καὶ ἡ βασιλεία πολυετής τε καὶ εὐτυχής· εἰ δὲ μὴ τοῦτο, ἀλλ' ἔλπιζε ταχεῖαν τὴν ἔκπτωσιν καὶ ἀμφοῖν, καὶ πρὸς ταύτῃ σε κολάσεις αἰώνιοι διαδέξονται.* Καὶ ὁ μὲν εἴρηκε ταῦτα. Ὁ δὲ Λέων θαυμάσας τὸν μοναχὸν, τῆς δῆθεν προγνώσεως (οὐδὲ γὰρ ἔγνω τοῦ Θεοδότου τὸ τύρευμα) ἥλω τοῖς ἐκείνου λόγοις, καὶ κατὰ τῶν θείων ἐκτυπωμάτων σφοδρότατα ἔπνευσε, δόγματι τούτων πάντοθεν καθαίρεσιν καταψηφισάμενος. Ἤθελε (90) μέντοι καὶ τὸν πατριάρχην ἔχειν ὁμόψηφον. Ὁ δὲ καὶ ἀντέλεγεν ἰσχυρῶς, καὶ ἀσεβὲς ἐξήλεγχε τὸ δόγμα καὶ λόγοις καὶ γράμμασιν. Ὁ θειότατος οὗτος ἦν Νικηφόρος, διὸ καὶ ὑπερορίᾳ κατακρίνει τὸν δίκαιον. Λέγεται δὲ προαισθέσθαι τοῦ Λέοντος τὸ κακότροπον ὁ ἀοίδιμος Νικηφόρος, ὡς ἔσται τοῖς ὀρθοδόξοις σκόλοψ καὶ κυδοιμοῦ ταῖς Ἐκκλησίαις λαβή. Ἐν γὰρ τῷ περιτιθέναι τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ τὸ διάδημα, δόξαι ἀκάνθας ἐμπαγῆναι αὐτοῦ τῇ χειρί. Ὁ μὲν οὖν ἀπήγετο πρὸς Προικόννησον ὑπερόριος, ὁ δὲ τοῦ Μεγάλου Ἀγροῦ καθηγούμενος, ὁ ὁμολογητὴς Θεοφάνης (91) τῷ πνεύματι τὴν ἐκείνου δίοδον ἐγνωκὼς (οὐ γὰρ ἑώρα τὸν ἅγιον) κηροὺς ἀνάψας, καὶ θυμιῶν πόῤῥωθεν, ἐδεξιοῦτο αὐτὸν καὶ προέπεμπε· κἀκεῖνος αὖθις ἐκ τῆς

Variæ lectiones et notæ.

(89) *Ἕτερον.* Is Sabatius vocabatur. Contin. D Theoph. lib. I, cap. 14. Symeon logoth. n. 3 et alii.

(89*) *Θεοδότῳ.* Ἀπὸ σπαθαρίων, *Ex spathariis*, apud Theostericium in Vita S. Nicetæ Confess. n. 37.

(90) *Ἤθελε.* Accersito S. Nicephoro, Leo imp. colloquio cum eo habito, hunc in suas partes allicere conatus est : illud pluribus descripsit Ignatius diaconus, in Vita ejusdem Nicephori, cap. 6, 7, 8, 9.

(91) *Θεοφάνης.* Continuator Theoph. l. I, n. 16.

νηὸς προσκυνήμασιν ἠμείβετο τὸν προπέμποντα, μήθ' ὁρῶν, μήτε μέντοι ὁρώμενος. Θαυμαζόντων δ' ἐπὶ τούτῳ τῶν σύμπλων τῷ πατριάρχῃ, καὶ πυθομένων τίνι τὰς προσκυνήσεις ἀφοσιοῖ, ἐκεῖνος ἔφη, *Τῷ ὁμολογητῇ Θεοφάνει τῷ καθηγητῇ τοῦ Μεγάλου* Ἀγροῦ, προειπὼν τὴν ὁμολογίαν· οὔπω γὰρ ἔφθη τότε ταύτης ἀξιωθείς.

Κ'. Ἐκβληθέντος δ' (92) οὕτω τῆς Ἐκκλησίας A τοῦ σεπτοῦ Νικηφόρου, ὁ Μελισσηνὸς (93) ἀντεισήχθη Θεόδοτος, ᾧ διώνυμον τὸ ἐπώνυμον· ἐλέγετο γὰρ καὶ Κασσιτηρᾶς· ὅθεν δὲ γνωστὸς τῷ Λέοντι γέγονεν, οὐ χρεὼν καταλιπεῖν ἀνιστόρητον. Τοῦ Μιχαὴλ τοῦ Ῥαγγαβὲ βασιλεύοντος, γύναιόν τι τῶν περὶ τὴν γυναικωνῖτιν τῶν βασιλείων, κάτοχον μανίᾳ γινόμενον κατὰ τὰς σεληνιακὰς περιόδους, ἐβόα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, *Κάτελθε, τῶν ἀλλοτρίων ἐξίστασο*· τοῦτο δ' οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πλειστάκις ἐγίνετο, καὶ τὸν βασιλέα ἐτάραττε. Συνήθει δὲ ὄντι τῷ Θεοδότῳ τούτῳ κοινοῦται τὰς τοῦ γυναίου βοάς, καὶ ὅς· *Ὅταν ληφθῇ*, φησίν, *ἡ γυνὴ τῇ μανίᾳ, καὶ βοᾷ τὰ συνήθη, χρὴ ἐρωτᾶσθαι παρά του, τίνι προσήκουσι τὰ βασίλεια* (94), *καὶ ὅπως ἐκεῖνος καλοῖτο ; ἢ οἷός ἐστι τὴν μορφήν, καὶ εἴ τι ἄλλο* B *ἐκείνῳ πρόσεστι γνώρισμα*· Ἔδοξεν οὖν ἡ συμβουλὴ συνετή· καὶ αὐτὸς πιστεύεται τὴν ἐρώτησιν· καὶ ἡ παιδίσκη μανεῖσα πάλιν, ἐβόα κατὰ τὸ σύνηθες, ὁ δὲ ἠρώτα. Κἀκείνη καὶ τοὔνομα τοῦ Λέοντος ἀπεφοίβασε, καὶ τὴν εἰδέαν, καὶ ὅτι· Εἰ ἄρτι κατὰ τὴν Ἀκρόπολιν ἀπελεύσῃ, ἄνδρε σοι διττὼ συναντήσονται, καὶ θατέρῳ τούτων, ὃν ἡμίονος φέρει, προσήκουσι τὰ βασίλεια. Τοῦτ' ἀκούσας ὁ Θεόδοτος οὐδὲν μὲν τῷ βασιλεῖ πεποίηκεν ἔκπυστον, ἀλλὰ μανίας ἔλεγεν εἶναι ῥήματα τὰ τῆς παιδίσκης, μήτι σαφὲς προμηνύοντα. Αὐτὸς δὲ πορευθεὶς κατὰ τὴν Ἀκρόπολιν καὶ τῷ Λέοντι ἐντυχὼν καὶ τὰ γνωρίσματα, ἃ τὸ γύναιον εἰρήκει φωράσας, ἰδίᾳ τὸν ἄνδρα παραλαβὼν καὶ πίστεις δεδωκώς τε καὶ εἰληφώς, C προμηνύει τὴν βασιλείαν αὐτῷ, ὡς ἐξ ἐπιπνοίας θειοτέρας αὐτὴν μυηθείς, καὶ ᾔτει μετὰ τὴν ἔκβασιν κείσεσθαί οἱ μισθὸν τῆς προῤῥήσεως. Οὗτος ὁ τρόπος ἐγνώρισε καὶ ᾠκείωσε τῷ Λέοντι τὸν Θεόδοτον, καὶ ἔσχεν εἰς ἀντάμειψιν τῆς προῤῥήσεως μετὰ τὸν ἱερὸν Νικηφόρον τὸν θρόνον (95) τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Ὢ κριμάτων ἀῤῥήτων τῆς θείας προνοίας! μετὰ τίνα τίς! Ἄρτι δὲ ἀναξίως τῆς ἱερᾶς καθέδρας ἐπιβὰς ὁ ἀνόσιος, ἐπεὶ συμπνοῦν καὶ τὸν κρατοῦντα ἐκέκτητο, πεπαῤῥησιασμένος τὴν κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων τόλμαν μετεχειρίζετο. Καὶ ὁ Λέων δὲ ὡς θηρίον τοῖς τὰς σεπτὰς στηλογραφίας τιμᾶν ἐθέλουσι προσεφέρετο.

XX. Venerando Nicephoro sic ecclesia pulso, in ejus locum introductus est Theodotus Melissenus, cui duplex erat cognomentum : nam et Cassiteras dicebatur, qui unde in Leonis notitiam pervenerit, non est prætermittendum. Michaele Rhangabe imperante, muliercula quædam ex gynæceo **131** imperatorio, ad lunares circuitus furore percita, ad eum clamitabat, *Descende, alienis cedito :* id non semel, sed sæpissime factum turbavit imperatorem : itaque Theodoto, quo familiariter utebatur, mulierculæ vociferationes exponit. Tum ille : *Ubi*, inquit, *mente alienata fuerit, et de more clamitarit, interrogetur ab aliquo, ad quem regia pertineat, quod ei nomen sit, qua forma, quam aliam notam habeat.* Id consilium prudens visum, interrogandi munus ipsi commissum. Cum igitur pro sua consuetudine insania correpta vociferaretur, rogat eam. Illa et nomen Leonis et formam narrat : atque ait, si jam ex Acropoli egrederetur, obviam ei futuros esse duos viros, quorum alterius qui mulo veheretur esset imperium. His Theodotus auditis, imperatori nihil retulit : sed verba puellæ ab insania proficisci dixit, certi nihil declarantia. Ipse vero ad Acropolim egressus, in Leonem incidit, ac indiciis quæ muliercula prædixerat agnitis, seducit virum, fideque data et accepta imperium ei prænuntiat, quod divino afflatu cognovisset, petitque prædictionis post eventum remunerationem. Hoc pacto Theodotus innotuit, et familiaris factus est Leoni : et post amotum sanctum Nicephorum, vice remunerationis sedem Constantinopolitanam obtinuit. O judiciorum Dei abyssum incomprehensibilem! quem quis est secutus? Cæterum homo nefarius sacra cathedra modo indigno conscensa, cum imperatorem suffragatorem haberet, audacter in sacras imagines est grassatus. Leo item instar belluæ tractabat eos qui venerandas statuas honorare vellent. Nam et a Theodoto ipso exasperabatur, et ab imperatorii cleri præfecto, quem protopsaltem vocari receptum est. Qui cum sectæ Iconomachorum turbidam perversitatem ad satietatem hausisset, instigabat imperatorem, ut imagines passim tolleret. Et cum

Variæ lectiones et notæ.

(92) *Ἐκβληθέντος δέ*, etc. S. Nicephori patriarchæ reliquiæ postea Constantinopolim relatæ, quarum quidem ἀνακομιδῆς Synaxin celebrant Græci 13 Martii.

(93) *Ὁ μελισσηνός*. De Theodoti Melisseni, Cassiteræ etiam cognominati, patr. Constantinopol. moribus, sic Nicetas Paphlago : Θεόδοτον δέ τινα τὸν ἐν πολιτικοῖς φεναχιζόμενον ἀξιώμασιν, ἄνδρα κοσμικοῖς ἤθεσι τε καὶ πράγμασιν ἐντεθραμμένον, οὐδεμιᾶς δὲ παιδείας, οὐ γνώσεως ἀγαθῆς μετεσχηκότα, μόνον δὲ τῆς χριστιανοκατηγορικῆς D τῶν εἰκονομαχούντων αἱρέσεως ζηλωτὴν νομιζόμενον, κληρικὸν ἀποκείρας ὁ παμβέβηλος τῷ τῆς βασιλίδος ἐνιδρύει θρόνῳ. De Melissenorum familia Constantinopoli dehinc perillustri, egimus in *Famil. Constantinopolit.*

(94) *Τὰ βασίλεια*. Clarius continuator Theophanis, lib. I, n. 31. Τίς τε εἴη οἰκία τοῦ βασιλεύοντος, καὶ κλῆσιν ἥντινα φέρει, καὶ ὁποῖος ὁ τούτου χαρακτήρ.

(95) *Θρόνον*. Circa Paschale festum. Contin. Theophan.

aliquando divina Isaiæ verba illa in Ecclesia recitarentur : *Cui assimilastis Dominum? Num imaginem ejus facit faber, aut aurifex similitudinem ejus paravit?* et reliqua [1], accessit, et imperatori in aurem dixit : *Audi prophetam, Domine, eique obtempera.* Ex eo citra verecundiam Leo sectam illam sectabatur, quique impietati ejus non cedebant, **132** et dilacerare et devorare cupiebat : etiam alioquin sævus et implacabili ira contra delinquentes, ob modica delicta pœnas atroces irrogans. Talem igitur se Leo præbuit erga pios et alios quibus offensus erat. In republica vero administranda non segnis erat, sed acer admodum et vigilans, injuriosque coercebat. Oratus igitur a quodam qui uxorem a senatore quodam sibi raptam esse querebatur, et addebat se frustra præfecti opem implorasse : crimine probato, statim præfecto potestatem abrogavit, raptoremque legibus puniendum tradidit. Magistratus tam civiles quam militares, delectu ex optimis habito, conferebat, Romanarumque provinciarum præfecturas neque pecunia venum exponebat, neque ex gratia viris ineptis ad magistratus aut avaris, et jus pecunia vendentibus largiebatur. Quod si etiam nunc fieret, res bene se haberent.

A Ἠγρίαινε (96) γὰρ τοῦτον αὐτὸς ὁ Θεόδοτος, καὶ ὁ τῶν τῷ βασιλικῷ κοιτῶνι κεκληρωμένων τηνικαῦτα ὢν χορολέκτης ἢ χοράρχης, ὃν πρωτοψάλτην παρέλαβε καλεῖν ἡ συνήθεια. Οὕτως γὰρ τῆς τῶν Εἰκονομάχων αἱρέσεως τὴν θολερὰν ἀνατροπὴν εἰς κόρον πιὼν, ἠρέθιζε τὸν βασιλέα πανταχόθεν τὰς εἰκόνας περιελεῖν. Καί ποτε τῶν τοῦ Ἡσαΐου (97) θείων φωνῶν ἀναγινωσκομένων ἐπ' ἐκκλησίας, αἳ λέγουσι· *Τίνι ὡμοιώσατε τὸν Κύριον; Μὴ εἰκόνα ἐποίησε τέκτων, ἢ χρυσοχόος ὁμοίωμα κατεσκεύασεν αὐτῷ;* καὶ τὰ ἑφεξῆς. Προσελθὼν τῷ βασιλεῖ πρὸς οὖς ἔφη· *Πρόσχες τῷ προφήτῃ, ὦ δέσποτα, καὶ τούτῳ πείθου.* Ἐντεῦθεν ἀπηρυθριασμένως ὁ Λέων τῆς αἱρέσεως εἴχετο, καὶ τοὺς μὴ τῇ ἀσεβείᾳ αὐτοῦ ὑποκύπτοντας διασπαράσ- B σειν (98) καὶ λαφύσσαν ἠπείγετο· βαρὺς δὲ καὶ ἄλλως, καὶ ἀπαραίτητος τὴν ὀργὴν τοῖς πταίουσιν ἦν, καὶ ἐπὶ μετρίοις πταίσμασι βαρείας κολάσεις ἀποφαινόμενος. Τοιοῦτος μὲν ἦν ὁ Λέων περὶ τοὺς εὐσεβεῖς, καὶ τοὺς ἄλλους προσκεκρουκότας αὐτῷ. Τέως δ' οὖν (99) περὶ τὴν τῶν κοινῶν διοίκησιν οὐ νωθὴς ἦν, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐγρήγορε, καὶ τοὺς ἀδικοῦντας ἀνέστελλε. Δεηθέντος οὖν τινος, ὡς τοῦ γυναίου αὐτοῦ παρά του τῶν τῆς συγκλήτου ἁρπαγέντος, προσθεμένου δὲ καὶ τῷ ἐπάρχῳ προσελθεῖν, μὴ μέντοι τυχεῖν ἐκδικήσεως· ἐπεὶ τὸ ἔγκλημα ἀποδέδεικτο, τὸν μὲν ἔπαρχον ἔπαυσεν εὐθὺς τῆς ἀρχῆς, τὸν δὲ τὴν ἁρπαγὴν πλημμελήσαντα ἐξέδετο νομίμως κολασθησόμενον. Ἄρχοντας δὲ καὶ στρατιωτικοὺς καὶ πολιτικοὺς ἀριστίνδην προεχειρίζετο, καὶ τὰς τῶν ὑπὸ Ῥωμαίους ἐθνῶν ἡγεμονίας οὔτε χρημάτων ὠνίους προὐτίθει, οὔτε πρὸς χάριν ἐδίδου, μὴ πρὸς ἀρχὰς πεφυκόσιν ἀνδράσιν, ἢ χρημάτων ἥττοσι, καὶ τούτοις προδιδοῦσι τὸ δίκαιον. Εἰ δὲ καὶ νῦν ταῦθ' οὕτως εἶχεν, εἶχον ἂν καλῶς καὶ τὰ πράγματα.

XXI. Michael vero Balbus Amorio ortus, cum ad magnam fortunam pervenisset, ac præter alia vitia linguam etiam intemperantem haberet, delatus est apud imperatorem, quasi clam insidias ei strueret, ac perniciem moliretur. Ea delatio pridie ejus diei facta est, quo festum Nativitatis Christi Ecclesia celebrare consuevit. Statim igitur comprehenditur, imperator ipse quæsitor earum rerum quarum accusatus erat, præsidet. Convincitur ab accusatoribus Michael, crimina et ipse confitetur : condemnatur ut igni cremetur, abducitur ut comburendus : locus supplicio destinatus erat balnei regii caminus : sequitur imperator, sive quod aliis supplicium non credebat, sive quod illius interitu lætabatur. At imperatrix, eo cognito, id facinus prohibebat, maritum partim orans ut damnati supplicium propter festum dif-

C ΚΑ'. Μιχαὴλ δὲ ὁ Τραυλὸς ὁ ἐξ Ἀμορίου, ἐπὶ μέγα τύχης ἀρθεὶς, πρὸς δὲ ταῖς ἄλλαις κακίαις καὶ γλῶσσαν ἔχων ἀκόλαστον, διεβλήθη τῷ βασιλεῖ, ὡς κακὰ κατ' αὐτοῦ βυσσοδομεύων καὶ τεκταινόμενος. Καὶ ἡ διαβολὴ πρὸ τῆς ἡμέρας ἐγένετο, ἐν ᾗ τὴν ἐν σαρκὶ τοῦ Κυρίου γένναν ἑορτάζειν ἡ Ἐκκλησία παρέλαβεν. Αὐτίκα τοίνυν ὁ μὲν συνελήφθη· ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν κατ' αὐτοῦ μηνυθέντων ἐξεταστὴς προεκάθισεν. Ἐλέγχεται παρὰ τῶν κατηγορούντων ὁ Μιχαὴλ, συντίθεται καὶ αὐτὸς, κατακρίνεται θάνατον καὶ θάνατον τὸν διὰ πυρός· ἀπήγετο καυθησόμενος, καὶ τόπος τῆς τιμωρίας ἀφώριστο ἡ τοῦ ἐν τοῖς βασιλείοις λουτροῦ κάμινος· εἵπετο καὶ ὁ βασιλεὺς, ἢ μὴ πιστεύων ἑτέρῳ τὴν τιμωρίαν τοῦ Μιχαὴλ, ἢ ἐφηδόμενος τῷ ὀλέθρῳ αὐτοῦ. Ἡ D δέ γε βασίλισσα τοῦτο γνοῦσα τὴν πρᾶξιν ἐκώλυσε, πῆ μὲν δεομένη τοῦ ξυνευνέτου ὑπερθέσθαι διὰ τὴν

[1] Isa. XLVI, 5, 6.

Variæ lectiones et notæ.

(96) *Ἠγρίαινε γάρ.* Continuator Theophanis, lib. I, n. 20 : Ἀνεῤῥίπισε δέ πως οἷον καὶ ἐξεφύσησεν εἰς ὕψος αἴρων αὐτὸν — ὁ τοῦ ἱεροῦ συστήματός τε καὶ κλήρου τῶν βασιλικῶν αὐλῶν ἀρχηγός. Unde colligitur apud Zonaram τὸν τῶν τῷ βασιλικῷ κοιτῶνι κεκληρωμένων Χαρολέκτην, etc. non esse *cubiculariis præfectum*, uti verterat Hieron. Wolfius, sed *clerici palatini præfectum*, seu *protopsaltem*, uti restituimus : proinde hoc loco κοιτῶν pro sacello sumitur, uti apud Latinos inferioris ævi *cubiculum*, vel certe pro ipso palatio, nam et κλῆρος τοῦ παλατίου non semel occurrit.

(97) *Τοῦ Ἡσαΐου.* Cap. 40, n. 18. Vide Continuat. Theoph.

(98) *Διασπαράσσειν.* Vide Theodorum Studitam, lib. II, epist. 14, apud Baronium an. 817, n. 35, 38.

(99) *Τέως οὖν.* Leonis virtutes politicas recenset etiam continuat. Theophanis, lib. I, n. 19.

A ἑορτὴν τοῦ κατακρίτου τὴν κόλασιν· τῇ δὲ καὶ θρασύτερον προσφερομένη αὐτῷ, καὶ ἄθεον λέγουσα ὅτι μὴ ὑποστέλλεται τὴν τοῦ φρικώδους μυστηρίου ἡμέραν τῆς τοῦ Σωτῆρος Γεννήσεως. Τούτοις τὸ σκληρὸν ἐκείνου μαλάξασα, πέπεικεν ἀνεῖναι τότε τῷ Μιχαὴλ τὴν ἀπώλειαν· ὁ δὲ πρὸς τὴν εὐνέτειραν ἔφησεν· *Ἰδοὺ πέπεισμαί σοι, ἀλλὰ σὺ γνώσῃ καὶ τὰ τέκνα τὰ σὰ, ὅσα ὑμῖν ἐκ τούτου συμβήσονται.* Ὁ μὲν οὖν Μιχαὴλ οὕτω τὸν ὄλεθρον ὑπεξέφυγε. Θαυμάσαι δ' ἄν τις ὅθεν ὁ Λέων προεῖπεν τὸ γενησόμενον· οὐ γὰρ πάντως αὐτὸ ἐκ θειοτέρας ἐπιπνοίας προέγνωσε· πῶς γὰρ θεομαχῶν ἐκεῖνος, καὶ ἄλλως ἀνὴρ ὢν αἱμάτων, καὶ βίου μὴ παθῶν καθαρεύοντος; Λέγεται οὖν προεγνῶσθαι αὐτῷ παρά του χρησμοδοτηθὲν, ὅτι κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς Γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπεσεῖται, καὶ τῆς ζωῆς. Ἀλλὰ καί τι φασὶ τῷ τῶν B ἀνακτόρων βιβλίον ἐναποκεῖσθαι, ἐν ᾧ καὶ χρησμοὶ περὶ τῶν βασιλέων ἦσαν, καὶ μορφαὶ ἐνεγράφοντο ἀνθρώπων τε καὶ θηρῶν, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ἐκεῖ καὶ Λέων θὴρ ἐχρωμάτιστο, ᾧ κατὰ νώτου τὸ στοιχεῖον τὸ Χ ἐγκεχάρακτο· ἀνὴρ δ' ἦν ὄπισθεν τοῦ θηρὸς, δόρατι διὰ μέσου τοῦ Χ διελαύνων τὸν Λέοντα. Ἡ μὲν οὖν βίβλος εἶχε ταυτὶ, καὶ ἦσαν, ὡς ἐδόκει, Σιβύλλεια χρησμῳδήματα. Τὸ δὲ τῆς εἰρημένης χρωματουργίας αἰνιγματῶδες δυσερμήνευτον ὂν, ὁ τότε κοιαίστωρ ὡς λέγεται, διεσάφησεν, εἰπὼν κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς Γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ βασιλέα ἀναιρεθῆναι. Τὸ μὲν γὰρ θηρίον βασιλέα δηλοῦν, τὸ δὲ Χ τὴν εἰρημένην ἡμέραν αἰνίττεσθαι, τὸ διὰ C μέσου τοῦ Χ τῷ Λέοντι τὸ δόρυ ἐμπήγνυσθαι, τὸ κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ἑορτῆς τὸν βασιλέα κτανθήσεσθαι. Ταῦτα τὸν βασιλέα ἐτάραττεν, ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτὸν καὶ τὸ τῆς μητρὸς ἐξεδειμάτου ἐνύπνιον. Ἔδοξε γὰρ ἐκείνη ἐν τῷ ναῷ τῆς Θεομήτορος εἶναι τῷ ἐν Βλαχέρναις, καὶ ὁρᾷν γυναῖκά τινα προπεμπομένην ἀνδράσι λευχείμοσι, καὶ πλῆρες αἱμάτων τὸ δάπεδον τοῦ ναοῦ, ἀκοῦσαί τε τῆς δορυφορουμένης ἐκείνης, κελευούσης αἵματος ἄγγος τι πλησθῆναι, καὶ δοθῆναι τῇ τοῦ βασιλέως μητρί· τῆς δὲ μὴ προσιεμένης τὸ προσφερόμενον, φάναι τὴν περιφανῆ γυναῖκα ἐκείνην· *Ὁ δὲ σὸς υἱὸς τοὺς ἐμὲ τιμῶντας αἱμάτων ἐμπίπλησι, καὶ τὸν Θεὸν καὶ Υἱόν μου εἰς ὀργὴν κινῶν, οὐ συνίησι.* Ταῦτα ἐν ὀνείροις εἶδεν ἡ μήτηρ τοῦ Λέοντος, καὶ D τῷ υἱῷ ἀπήγγειλε τὸ ἐνύπνιον, καὶ ἐδέετο παύσασθαι τοῦ κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων τολμήματος. Ἀλλ' ἐξεκώφει ὁ δείλαιος, καὶ θεομαχῶν οὐκ ἐπαύετο. Ὤπτο δὲ καὶ ὁ θεῖος πατριάρχης Ταράσιος καθ' ὕπνους τινὶ, ἤδη τῆς ἐπικήρου ταύτης ζωῆς μεταστὰς, ἐπιβοώμενός τινα Μιχαὴλ, καὶ ἐπελθεῖν τῷ Λέοντι, καὶ κτεῖναι τοῦτον ἐγκελευόμενος. Ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ ἐν τῷ Φιλομιλίῳ μοναχοῦ προαγόρευσις, καὶ ἄλλ' ἄττα ὑπέθραπτε τὸν Λέοντα καὶ ἐδείμαινε. Τέως δ' οὖν κλοιοῖς τοὺς πόδας τοῦ Μιχαὴλ ἐνδησάμενος, τὸν μὲν τῷ Παπίᾳ φρουρηθησόμενον παραδέδωκεν· αὐτὸς δὲ τὴν κλεῖδα κατεῖχε τοῦ σιδηρέου δεσμοῦ· ἔμφροντις δὲ τὴν νύκτα διάγων οὐκ εἶχε τὸν ὕπνον τοῖς ὄμμασιν αὐτοῦ ἐφιζάνοντα· ἀφίπτατο

A ferret, partim etiam audaciam increpans, et impium appellans, qui diem venerandi mysterii Nativitatis Servatoris non vereretur. His verbis ejus asperitate mitigata, persuasus ut Michaelis interitum differret, ad conjugem dixit : *Ecce obtempero tibi : sed tu liberique tui cognoscetis quæ vobis ex eo eventura sint.* At Michael hoc pacto necem effugit. Miretur autem aliquis unde Leo futura prædixerit, quæ utique non ex divino afflatu cognorat, quippe homo infestus Deo et sanguinarius, **133** vitamque degens perturbationibus minime puram? Fertur oraculum a quodam accepisse, fore ut die Nativitatis Christi, et imperium et vitam amitteret. Perhibetur etiam in regia bibliotheca fuisse liber, quo oracula de imperato- B ribus continerentur, formæque et hominum et ferarum expressæ, atque inter cæteras leo etiam fera illic pictus, littera χ tergo ejus insculpta : pone bestiam vir stabat, qui leonem per medium X confodiebat. Et hæc liber continebat, quæ Sibyllina oracula putabantur. Ejus picturæ obscurum involucrum quæstor illius temporis explicasse fertur, et dixisse imperatorem die Nativitatis Christi occisum iri : nam feram significare Leonem, litteram χ diem illum innuere, et quia per medium χ hasta in leonem infigeretur, imperatorem eo die occisum iri. Hæc imperatorem turbabant, nec minus matris terrebat insomnium. Videbatur illa sibi in æde Deiparæ Blacherniana esse, et C cernere matronam quamdam, quam adolescentes candidis induti vestibus comitarentur, et ædis solum sanguine redundare, audireque matronam illam jubere dari matri imperatoris vas eo sanguine plenum, quæ cum id adversaretur, dicere illustrem illam matronam : *At filius tuus eos qui me venerantur, sanguine implet, neque intelligit, se et Deum et Filium meum ad iram commovere.* Hæc in somnis vidit Leonis mater, filioque exposuit, obtestata, ut in venerandas imagines sævire desisteret. Sed miser homo obsurduerat, Deumque lacessere pergebat. Est et sanctus Tarasius jam ex hac ærumnosa vita translatus, cuidam in somnis visus, qui Michaelem quemdam inclamaret, eumque ad invadendum et occidendum Leonem D hortaretur. Sed et Philomeliani monachi prædictio et alia quædam Leonem turbabant et terrebant. Interea Michaelem compedibus vinctum Papiæ custodiendum tradidit, clavem seræ ferreæ ipse asservavit, eamque noctem sollicitam et ex sollicitudine insomnem egit. Quare Papiæ conclave ingressus, Michaelem in lecto otiose dormientem videt, Papiam vero humi jacentem : quod vel ut honoraret Michaelem faciebat, vel, ut putabatur, insidiarum contra imperatorem conscius. Ut igitur Michaelem somno profundo et suavi oppressum vidit, nullam sollicitudinem præ se ferentem : recessit iratus, iramque agitatione **134** manus declaravit. Ac cæterorum nemo ejus præsentiam animadverterat præter unum Papiæ vigilem, qui

somno simulato, quid fecisset viderat, et ut iratus ac minitabundus abisset : omnemque rem suo domino nuntiat, ille Michaeli communicat, amboque territi, quo pacto imperatoris indignationem effugerent, deliberant. Ibi Michael Papiæ ait : *Si ipse vellet, se non periculum modo vitaturos, sed etiam consilia sua ad exitum perducturos.* Papias hortatur, ut quod animo concepisset, ageret, se nusquam ei defuturum. Itaque Michael litteras ad conscios scribit, quibus minabatur, nisi celeriter adessent, et quod constituissent, perpetrarent (idque facile esse, quemadmodum ipse instruxisset), se omnes imperatori indicaturum, neque solum in periculo futurum esse. Eas litteras per quemdam Papiæ ministrum misit, eique mandavit, ut illos noctu ad palatium ire juberet clericorum habitu, et occultos pugiones gestare. Illi Michaelis monitis obtemperantes, se ad Regiam conferunt. Sub diluculum imperatori cantores ad matutinas odas canendas adsunt, cum quibus Michaelis conscios Papias una introducit, qui sese in obscuro quodam angulo abdiderunt. Psalmi cum hymnorum plus media parte cecinissent, etiam imperator ædem ingreditur, qui cum magnam vocem haberet, sed gravissimam et cum asperitate auribus insonantem, se bene cantare ac præclarum esse musicum opinabatur, et hymnos auspicari consueverat. Ac tum stans exclamavit :

Sprevere summi cuncta amore principis.

A γὰρ ταῖς φροντίσιν ἀποσωβούμενος. Διὸ καὶ ἀπῄει πρὸς τὸ τοῦ Παπίου διαιτητήριον, καὶ ὁρᾷ τὸν μὲν Μιχαὴλ ἐπὶ κλίνης καθεύδοντα ὥσπερ ἀμέριμνον, τὸν δὲ Παπίαν ἐπ' ἐδάφους κατακλινόμενον· ἢ γὰρ τιμῶν τὸν Μιχαὴλ ὁ Παπίας τοῦτο πεποίηκεν, ἢ καὶ συνίστωρ ὤν, ὡς ἐδόκει, τῆς κατὰ τοῦ βασιλέως βουλῆς. Ὡς οὖν εἶδε ταῦτα, καὶ τὸν Μιχαὴλ ὕπνον ὑπνώττοντα βαθύν τε καὶ νήδυμον, καὶ οἷος ἀφρόντιδι ἔοικεν, ὑπέστρεφε μηνιῶν, καὶ τὴν ὀργὴν ὑπεδήλου τῇ κινήσει τῇ τῆς χειρός. Τῶν μὲν οὖν ἄλλων οὐδεὶς τὴν παρουσίαν τοῦ βασιλεύοντος ᾔσθετο, εἷς δέ τις τῶν τοῦ Παπίου ἀγρυπνῶν ἔγνω τοῦτον ἐλθόντα, καὶ ὑπνώττειν προσποιησάμενος, ἑώρα ὅσα ἐποίησε, καὶ ὡς ὠργίσθη, καὶ ὡς ἠπείλησε, καὶ
B πάντα τῷ ἑαυτοῦ κυρίῳ ἀπήγγειλεν· ὁ δὲ κοινοῦται ταῦτα τῷ Μιχαήλ, καὶ ἄμφω φόβῳ ληφθέντες ὅπως ἂν ἐκφύγοιεν τὸ μήνιμα τοῦ βασιλέως, ἐφρόντιζον. Καὶ ὁ Μιχαὴλ τῷ Παπίᾳ φησὶν ὡς· *Εἰ βούλει αὐτός, οὐ τὸν κίνδυνον ἐκφευξόμεθα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ μελετώμενα ἡμῖν εἰς ἔργον ἐκβήσεται.* Καὶ ὅς· *Τὸ παριστάμενόν σοι πράττε*, φησίν, *ἐμὲ δ' ἑξῆς ὅπῃ βούλῃ ἑπόμενον.* Ἐγχαράττει τοίνυν αὐτίκα γραφὴν πρὸς τοὺς αὐτῷ τῶν βουλευμάτων μετέχοντας, ἀπειλῶν ὡς εἰ μὴ τάχος ἐλεύσονται, καὶ τὰ βεβουλευμένα θῶνται ἐπιτελῆ (εἶναι γὰρ τοῦτο ῥᾴδιον, ὡς αὐτὸς ᾠκονόμησε) πάντας ἀνακαλύψει τῷ βασιλεῖ, καὶ οὐκ αὐτὸς μόνος τοῦ κινδύνου μεθέξει. Ταύτας τὰς ἐπιστολὰς τοῖς συνίστορσι διά τινος τῶν Παπίου ἀπέστειλεν, ἐντειλάμενος αὐτῷ
C εἰπεῖν ἐκείνοις νυκτὸς φοιτῆσαι πρὸς τὰ ἀνάκτορα, μεταμφιασαμένους ἐν σχήματι κληρικῶν, καὶ ξιφίδια βαστάζοντας κεκρυμμένα. Οἱ μὲν οὖν κατὰ τὰς ὑποθήκας τοῦ Μιχαὴλ πεποιήκασι, καὶ τοὺς βασιλείους ἐπέστησαν. Ἄρτι δὲ περὶ ὄρθρον τῆς νυκτὸς γενομένης, οἱ βασιλικοὶ ἧκον ψάλται, τὰς ᾠδὰς ᾄσοντες τὰς ἑωθινάς· τούτοις ὁ Παπίας καὶ τοὺς τοῦ Μιχαὴλ συνίστορας συνεισήγαγε, καὶ οἱ μὲν ἐν γωνίᾳ καὶ σκότῳ τινὶ συνεκρύπτοντο. Οἱ ψάλται δὲ τοὺς ὕμνους ᾖδον· ἤδη δὲ τούτων ὑπερμεσούντων, εἰς τὸν ναὸν καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπεδήμησε, καὶ διάτορον ἔχων φθόγγον, βαρύτατον δὲ καὶ σὺν τραχύτητι ταῖς ἀκοαῖς εἰσδυνόμενον, ᾤετο εὐφωνεῖν καὶ εἶναι μελῳδικώτατος, καὶ κατάρχεσθαι τῶν ὕμνων εἰώθει. Τότε τοίνυν στὰς ἐξεφώνησε·

Τῷ παντάνακτος ἐξεφαύλισαν πόθῳ.

Insidiatores vero statim strictis ensibus ex angulo prosilierunt : ille territus in sacrarium accurrit, quem hi consecuti, multis vulneribus confecerunt, amputata manu et capite, cum crudeliter atque impie annos VII et V menses imperasset. Cadaver ejus in Hippodromum pertractum, ibique abjectum est. At Michael compeditus (nam clavis non statim reperiebatur, quam Leo in sinu gestabat) lætis acclamationibus ut imperator adoratus est. Deinde, clave non inventa, compedes ferreæ dissectæ sunt.

ΚϚʹ. Τῇ δὲ βασιλίσσῃ πατρὶς ἦν ἡ χώρα τῶν Παφλαγόνων, πατέρες δ' αὐτῇ Μαρῖνος καὶ Θεοκτίστη τῶν εὖ γεγονότων ἐν τῇ χώρᾳ τῇ κατ' αὐτοὺς, εὐσεβεῖς δὲ ἄμφω, καὶ τῶν σεβασμίων εἰκόνων προσκυνηταί. Τῆς δὲ Θεοδώρας τῷ βασιλεῖ συζυγείσης, καὶ ἡ μήτηρ αὐτῆς Θεοκτίστη, ἣ καὶ Φλωρίνα ἐπωνομάζετο, Ζωστὴ καὶ Πατρικία τετίμητο. Ὤκει δὲ κατὰ τὴν μονὴν τῶν Γαστριῶν, ὡς δέ τινες λέγουσι, καὶ τὴν μονὴν αὐτὴν ἐκείνη ἐδείματο. Ὡς οὖν πρὸς μάμμην ἀπήγοντο πρὸς αὐτήν ποτε τὰ τοῦ βασιλέως θυγάτρια, ἦσαν δὲ πέντε, καὶ αἱ κλήσεις ἐκείνων αὗται, Θέκλα καὶ Ἄννα, Ἀναστασία τε καὶ σὺν Πουλχερίᾳ Μαρία. Ἡ δὲ δωρήμασι τὰς παῖδας ἐδεξιοῦτο, καὶ ἰδίᾳ παραλαμβάνουσα, παρῄνει τὰς ἁγίας εἰκόνας σεβάζεσθαι, καὶ ἐκ κιβωτίου σεβάσμια ἐκφέρουσα ἐκτυπώματα, προσκυνεῖν αὐτὰ παρεσκεύασε τὰς θυγατριδᾶς καὶ ἀσπάζεσθαι, καὶ ταῖς κεφαλαῖς αὐτῶν ἐπετίθει καὶ ταῖς προσόψεσι. Καί ποτε ἐκεῖθεν ἐπανηκούσας τὰς παῖδας ἠρώτα ὁ βασιλεὺς τί παρὰ τῆς μάμμης αὐταῖς γένοιτο, καὶ τίνα παρ' ἐκείνης αὐταῖς λέγοιντο; Αἱ μὲν οὖν λοιπαὶ ἐσιώπων, ἡ Πουλχερία δὲ νηπιάζουσα ἔτι τἄλλα τε διηγεῖτο ψελλιζούσῃ φωνῇ, καὶ προσεπῆγεν, ὡς εἴη τῇ μάμμῃ νινία ἐν κιβωτίῳ, τὰς ἁγίας εἰκόνας οὕτω καλοῦσα, καὶ ταῦτα ταῖς κεφαλαῖς καὶ τοῖς προσώποις ἡμῶν ἐπιτίθησι, καὶ ἀσπάζεσθαι δίδωσιν. Ἐντεῦθεν τὰς σεπτὰς εἰκόνας γνοὺς διδάσκεσθαι προσκυνεῖν τὰς αὐτοῦ θυγατέρας παρὰ τῆς μάμμης, οὐκέτι πρὸς αὐτὴν ἀπάγεσθαι τὰς παῖδας παρακεχώρηκεν, ἕτερον δὲ οὐδὲν λυπηρὸν εἰς τὴν Θεοκτίστην εἰργάσατο, αἰδούμενος ἐκείνην διὰ τὸ κῆδος, καὶ πλέον διὰ τὴν ἀρετήν, ἣ καὶ πολλάκις ἤλεγχε τοῦτον, ὅτι τοὺς ὀρθοδόξους ἐκόλαζε, καὶ ταῖς ἱεραῖς εἰκόσιν ἐνύβριζε, καὶ διὰ ταῦτα ἀπεχθῶς διακεῖσθαι πρὸς αὐτὸν ἐπληροφόρει πᾶν τὸ ὑπήκοον. Τοιοῦτον δή τι καὶ περὶ τὴν βασιλίδα ἐγένετο. Ἦν τι παρὰ τοῖς ἀνακτόροις ἀνθρώπιον καὶ τοῦ νοῦ πάσχον, καὶ τῆς γλώσσης παρακοπήν, καὶ ἦν οἷον ἄθυρμά τι τῷ βασιλεῖ· τῷ δὲ τοιούτῳ τυγχάνοντι ἦν καὶ ἡ γυναικωνῖτις βατή. Καί ποτε τὸν τῆς Αὐγούστης εἴσεισι θάλαμον· ἡ δ' ἔτυχε τότε ἁγίας εἰκόνας ἀσπαζομένη καὶ προσκυνοῦσα (ἐτίμα γὰρ διαφερόντως αὐτὰς ἀγνοίᾳ τοῦ ξυνευνέτου)· τὸ δὲ παρακεκομμένον

XXVI. Imperatrici patria fuit Paphlagonia, parentes Marinus et Theoctista, ex nobili illius pro- B vinciæ familia, ambo pii et sacrarum imaginum adoratores. Theodora vero imperatori desponsa, etiam mater ejus Theoctista, Florina cognomento, Zostæ et patriciæ dignitatem est consecuta. Habitavit autem juxta Gastria monasterium, idque, ut quidam asserunt, condidit. Filiolæ igitur imperatoris numero quinque, ad eam ut aviam aliquando adducebantur, quarum nomina fuerunt Thecla, Anna, Anastasia, Pulcheria et Maria. Illa puellas munusculis sibi conciliabat, ac seorsim hortabatur ad sacrarum imaginum venerationem, curabatque ut sacras effigies, quas e cistella proferebat, neptes adorarent ac deoscularentur, earumque capitibus et faciebus eas admovebat. Puellas aliquando inde reversas rogat imperator, ut ab avia tractatæ essent, C et **144** quid illa diceret? Cæteris tacentibus, Pulcheria adhuc infantula cum cætera balbutienti voce refert, tum addit, aviam in cistellam pupas habere (sic enim imagines vocabat) quas ipsarum capitibus et faciebus admoveret atque osculandas præberet. Ex eo cum cognovisset filiolas ab avia cultum sacrarum imaginum doceri: eas non amplius ad illam accedere passus est, neque alia molestia Theoctistam affecit, quam et propter affinitatem et magis etiam ob virtutem verebatur: cum quidem sæpe ab ea reprehenderetur, quod orthodoxos puniret, et sacris imaginibus contumeliam faceret, iisque rebus omnium subditorum odia susciperet. Simile quiddam etiam imperatrici accidit. D Erat in regia quidam homuncio delirus et impedita lingua, quem imperator in deliciis habebat, cui etiam in gynæconitidem patebat aditus. Aliquando igitur in imperatricis thalamum ingressus, cum illa sacras imagines oscularetur et adoraret (eas enim clam marito supra modum honorabat), sacras effigies conspicatus, quid essent rogat? respondet illa simpliciter: *Pulchras suas pupas esse.* Egressus vecors homuncio, Theophilum in convivio reperit: interrogatus unde veniret? *A Manna*, respondit, sic enim Dominam vocabat, eamque pulchras pupas habere dixit. Imperator autem pupas imagines

Variæ lectiones et notæ.

(21) *Καὶ τὰ ἐξ ἐμπορίας*. Theophili tamen alias avaritiam perstringit scriptor ms. Vitæ S. Joannicii: Εἶχε μὲν γὰρ τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα Θεόφιλος· ὁ δὲ ἐπτόητό τε περὶ τὸν χρυσὸν ὅλος, καὶ τούτου ἡττᾶτο, ἄλλως τε Χριστιανὸς εἶναι μὴ φέρων, περὶ τὰς θείας τε ἀσεβῶν εἰκόνας, etc.

esse suspicatus, commotus et ira æstuans imperatricem accedit, et contumeliosis dictis insectans, idololatram appellat, eaque refert quæ a Dendere (id enim fatuo nomen erat) audivisset. Verum illa maritum solerter decepit: *Neque enim*, inquit, *imagines vidit Denderis, sed cum speculum intuerer, formas quæ in eo repræsentabantur, pupas appellavit.* Eo probabili commento, imperatoris iram declinavit furoremque leniit. Nam cum omnes in suam impietatem pertrahere studeret, sævus admodum erga pios fuit, et ut justitiæ, sic et ejus quam ipse probabat pietatis acerrimus defensor, subditos a cultu imaginum abducere insano studio contendebat, eaque de causa multos puniebat: ut eos, quemadmodum intemperanti lingua dicebat, ab idolomania depelleret, ac multos confessores fecit. Joannem Syncellum, quo magistro usus fuerat, impietatis suæ socium, **145** ad Agarenos cum maximis opibus ablegavit, imperii Romani divitias ostentaturus, quarum nonnullas eorum principi dono misit, nonnullas Joanni ad ministerium assignavit, inter quas duo quoque malluvia aurea, gemmis distincta fuerunt, exquisitæ artis elegantia adornata, præterque cætera omnia signati auri centenarios quadraginta ei dedisse perhibetur, ut Agarenos quos vellet liberaliter et magnifice donaret, itaque percelleret Barbaros, qui cum tantas opes ministrorum imperatoris esse cernerent, cogitarent, quantis ipse divitiis poliretur. Is igitur in urbem Bagdam profectus (ea vetus Babylon est) cum in principis conspectum venisset, oblatisque imperatoris muneribus cum eo collocutus esset, cum ob hæc, tum propter dicendi vim (erat enim in congressibus perquam disertus) et in honore et in admiratione fuit. Barbaros tamen sua erga eos munificentia magis obstupefecit. Nam si qui eum conveniebant, sive a suo principe missi, sive aliis de causis, eos magna pecunia donabat, ut qui eam acciperent, et gauderent, et mirarentur. Cum autem ipse aliquando ab Amermumne ad convivium in ædes illius invitatus esset, alterum ex aureis illis malluviis secum attulit, ut aquam manibus illius affunderet. Quod cum negligenter alicubi positum esset (ita enim ministris suis Joannes mandarat, ut periret) a quodam est surreptum, quæsitumque nusquam comparuit. Barbari igitur murmurarunt, et pretium illius et elegantiam exaggerantes: ipse vero cum eam jacturam sibi curæ non esse dixisset, eos obstupefecit quem tantam rem negligere cernerent, et a ministris alterum afferri jussit, quo allato magis etiam admirati sunt. Sed et Agarenorum princeps vicissim magnificentiam ostentans, Joannem magnis muneribus affecit, et post cætera

A ἐκεῖνο ἀνθρωπάριον τὰ θεῖα θεασάμενον ἐκτυπώματα, τί ταῦτα, ἤρετο τὴν βασίλισσαν· ἡ δὲ ἀφελῶς πως πρὸς ἐκεῖνο εἶπε, *Ταῦτα τὰ καλά μου νινία.* Ἐκεῖθεν οὖν ἐξελθὸν τὸ παράφορον ἐκεῖνο ἀνδράριον, εὗρε τὸν Θεόφιλον ἑστιώμενον. Ἤρετο γοῦν ὁ βασιλεὺς αὐτὸν ὅθεν ἥκοι; Ὁ δὲ παρὰ τῇ *Μάννᾳ* (22) πορευθῆναι ἀντέφησεν, (οὕτω γὰρ ἐκάλει τὴν δέσποιναν) ἔχειν αὐτὴν ἔλεγε νινία καλά. Εἰκόνας οὖν εἶναι τὰ νινία ὑποτοπήσας ὁ βασιλεὺς ἐξώργιστο, καὶ πρὸς τὴν βασιλίδα πορεύεται πνέων θυμοῦ, καὶ ὕβρεις κατέχεεν ἐκείνης, καὶ εἰδωλολάτριν ὠνόμαζε, τὰ εἰρημένα παρὰ τοῦ Δένδερι διηγούμενος· οὕτω γὰρ τὸ παρακεκομμένον ἐκεῖνο ἐκαλεῖτο ἀνθρώπιον. Ἡ δὲ σοφῶς τὸν ἄνδρα κατεσοφίσατο· *Οὐ γὰρ εἰκόνας εἶδεν ὁ Δένδερις*, ἔλεγεν, *ἀλλὰ τῷ κατόπτρῳ* B *μου ἐνατενιζούσης, τὰς ἐκεῖθεν ἀντανακλωμένας ἑώρα μορφὰς, καὶ ταύτας νινία ὠνόμασεν.* Οὕτω πιθανῶς τὸν λόγον συμπλάσασα, τὴν ὀργὴν τοῦ βασιλέως ἐμάλαξε, καὶ τὸν θυμὸν κατεστόρεσεν. Ἦν δὲ τοῖς εὐσεβοῦσι λίαν βαρὺς, σπεύδων πάντας τῆς οἰκείας δυσσεβείας ποιήσασθαι κοινωνοὺς, καὶ ὥσπερ τοῦ δικαίου διάπυρος ἦν ζηλωτὴς, οὕτω καὶ τῆς εὐσεβείας, ὡς ᾤετο, καὶ ἀποστῆσαι τῆς τῶν ἐκείνων τιμῆς ἐφιλονείκει περιμανῶς τὸ ὑπήκοον. Ἐντεῦθεν ἐκόλαζε πλείστους τῆς εἰδολομανίας, ὡς ἔλεγεν ἀκολάστῳ γλώσσῃ, αὐτοὺς ἀφιστῶν, καὶ πολλοὺς εἰργάσατο ὁμολογητάς. Ἰωάννην δὲ τὸν Σύγκελλον, ὃς αὐτῷ διδάσκαλος γέγονε, καὶ τῆς δυσσεβείας ἦν κοινωνὸς, πρὸς τοὺς Ἀγαρηνοὺς ἐξαπέστειλεν, ἐπιδεῖ- C ξασθαί σφισι τὸν πλοῦτον τῆς βασιλείας Ῥωμαίων βουλόμενος. Στέλλει δ' αὐτὸν σὺν χρήμασι μάλα πολλοῖς, ὧν τὰ μὲν δῶρα πέπομφε τῷ Ἀγαρηνῶν ἀρχηγῷ, τὰ δὲ εἰς ὑπηρεσίαν τῷ πεμφθέντι ἀπένειμεν, ἐν οἷς καὶ διττὰ ἐτύγχανον χερνιβόξεστα χρύσεά τε καὶ διάλιθα, καὶ τέχνης ἀκριβοῦς ἐνδεικνύμενα χάριτας. Τούτων δὲ πάντων ἐπέκεινα λέγεται δοῦναι αὐτῷ καὶ χρυσοῦ χαράγματα κεντηνάρια τεσσαράκοντα, ἵν' ἔχοι δωρεῖσθαι τῶν ἐκ τῆς Ἄγαρ οἷς βούλοιτο φιλοτίμως τε καὶ δαψιλῶς, κἀντεῦθεν τοὺς Βαρβάρους ἐκπλήττοι, λογιζομένους, ὡς εἰ τοσοῦτον οἱ τοῦ ἄνακτος εὐποροῖεν, αὐτὸς ἐκεῖνος πόσου ἂν εἴη κύριος πλούτου; Ἀφικόμενος οὖν εἰς τὴν τοῦ Βαγδᾶ πόλιν ὁ Σύγκελλος (αὕτη δ' ἐστὶν ἡ παλαιὰ Βαβυλὼν) (23) καὶ τῷ τῶν Ἀγαρηνῶν ἀρχηγῷ εἰς D θέαν ἐλθὼν, καὶ διαλεχθεὶς, καὶ τὰ τοῦ βασιλέως δῶρα προσαγαγὼν, καὶ διὰ ταῦτα, καὶ διὰ τὴν τοῦ λόγου δύναμιν (ἦν γὰρ εἰς διάλεξιν περιδέξιος) καὶ ἐτιμᾶτο καὶ ἐθαυμάζετο. Πλέον δ' ἐξεθάμβησε τοὺς Βαρβάρους φιλοτιμώτατα πρὸς αὐτοὺς διακείμενος. Εἰ γάρ τινες ἐκείνῳ προσῆεσαν, ἢ παρὰ τοῦ σφετέρου στελλόμενοι ἄρχοντος, ἢ κατά τινα χρείαν ἄλλην, χρήμασιν αὐτοὺς ἐδεξιοῦτο μεγάλοις, ὡς καὶ χαίρειν καὶ τεθηπέναι τοὺς ταῦτα λαμβάνοντας. Ὁ-

Variæ lectiones et notæ.

(22) *Μάννᾳ*. Ita quidam codd.; alii Μάνα, ut Theophanes, et alii.

(23) *Ἡ παλαιὰ Βαβυλών*. Sedes principis seu califæ Sarracenorum. Arethas in Apocalypsin c. 56: Διὰ δὲ τοῦ στόματος ἡ Βαβυλωνίων, ἣν ἄν τις ἀπαραλογίστως τὴν τῶν Σαρρακηνῶν ἐκδέξεται, καθ' ὅτι καὶ ἐν Βαβυλῶνι νῦν ἐστι τὸ ἀρχεῖον αὐτῶν, ὧν δὴ ὁ Ἀντίχριστος, ὡς Ῥωμαίων βασιλεὺς κρατήσει.

A μέστιον δέ ποτε καὶ ὁμοδίαιτον τοῦτον τοῦ Ἀμερμουμνοῦ ποιουμένου, τὸ ἓν τῶν χρυσῶν ἐκείνων χερνιβοξέστων εἶχεν ἐκεῖ, ὕδωρ αὐτῷ ἐπιχέων κατὰ χειρός. Τοῦτο γοῦν ἀμελῶς κείμενον (οὕτω γὰρ ποιῆσαι τοῖς αὐτοῦ θεράπουσιν ἐνετείλατο, ἵν' ἀπόληται) παρά του ἐκλάπη. Ὡς δὲ ζητούμενον οὐκ ἦν, οἱ Βάρβαροι θροῦν ἤγειραν, καὶ τὸ πολύτιμον ἐκείνου καὶ τὸ κάλλος θαυμάζοντες. Ὁ δὲ μὴ μέλειν αὐτῷ περὶ τοῦ ἀπολομένου εἰπὼν, τοῖς μὲν Βαρβάροις ἔκπληξιν ἐνεποίησε, τοιούτου χρήματος ἀφροντιστοῦντα ὁρῶσιν αὐτόν· τοῖς δ' ἑαυτοῦ θεράπουσιν τὸ ἕτερον ἐνεγκεῖν προσετρέψατο, ὃ κομισθὲν εἰς πλέον θάμβος τοὺς Βαρβάρους ἐνῆκεν. Ἀντιφιλοτιμούμενος δὲ καὶ ὁ τῶν Ἀγαρηνῶν ἀρχηγὸς, πολλοῖς τὸν Ἰωάννην ἐδεξιοῦτο δωρήμασι, καὶ ἐπὶ πᾶσιν αὐτῷ αἰχμαλώτους παρέσχετο ἑκατὸν, ἀμφιάσας αὐτοὺς λαμπροτέροις ἐσθήμασιν. Ἐπανελθὼν οὖν ἐκεῖθεν ὁ Ἰωάννης, καὶ τῷ βασιλεῖ διηγούμενος τὰ ἐκεῖ, καὶ τῶν ἀρχικῶν οἰκιῶν σχήματά τε καὶ ποικιλίαν, εἰς ἔρωτα κεκίνηκε τοιαῦτα δομήσασθαι. Καὶ μέντοι αὐτῷ ἐπέταξεν ἐν τῷ Βρύαντι δείμασθαί οἱ ἀνάκτορα τοῖς ἐν Συρίᾳ ἐοικότα ἐν ἅπασι· καὶ ὃς ἐπιστατῶν τοῖς τούτων δομήτορσι, καὶ σχήματα διδάσκων καὶ μέτρα εὔρους τε καὶ μήκους καὶ ὕψους, ταχὺ τὰς οἰκοδομὰς ἐξεπέρανεν.

omnia centum ei captivos dedit, splendidis vestibus exornatos. Qui ex ea legatione reversus, cum imperatori quid actum esset exposuisset, ac principalium ædium figuras et varietatem narrasset, cupiditatem ejus excitavit ejuscemodi regiæ ædificandæ, ac jussu illius in Bryante regiam Syriacæ pro omnia similem auspicatus est, et architectis figuris mensurisque latitudinis, longitudinis et altitudinis **146** demonstratis, opus celeriter absolvit.

B ΚΖ'. Οὗτος ὁ βασιλεὺς καὶ τὰ παράλια τείχη τῆς πόλεως πεπονηκότα τότε, καὶ ἐκ τῆς τοῦ χρόνου παραῤῥοῆς, καὶ ἔκ τινων συμπτωμάτων ἑτέρων, ἀνεκαίνισε μεγαλοπρεπῶς, εἰς ὕψος πλέον ἢ πρότερον ἦσαν, ἐπάρας αὐτὰ καὶ ξενῶνα μέγιστον εἰς ὄνομα οἰκεῖον ἀνήγειρεν, ἐν τόπῳ οὗ πρότερον ἦν ἑταιρουσῶν γυναικῶν καταγώγιον. Ἦν δὲ καὶ περὶ τὰ ἀφροδίσια ἐγκρατὴς, ὡς ἅπαξ ποτὲ ἔρωτι παιδίσκης ἁλῶναι, ὑπηρετουμένης τῇ βασιλίδι, τὴν ὥραν διαπρεποῦς. Τῆς Θεοδώρας δὲ διὰ τοῦτο ἀλγούσης, ἐπόμνυσθαί φασιν ἐκεῖνον, μὴ ἄλλοτε μὴ δ' ἑτέρας πεῖραν λαβεῖν γυναικὸς, καὶ ἐπὶ τῷ ὀλισθήματι δάκνεσθαι, καὶ συγγνώμην ἐξ ἐκείνης αἰτεῖν. Ἀλλὰ ταῦτα ἡ περὶ τὰς σεπτὰς εἰκόνας ἐπί του μανία εἰς οὐδὲν ἐποίει λογίζεσθαι. Ἐλύττα γὰρ ἄντικρυς καὶ πλέον ἐμεμήνει τῶν πρὸ αὐτοῦ, καὶ ὠμότερος τῶν C τιμητῶν τῶν ἱερῶν ἐκτυπωμάτων ἦν κολαστὴς, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν γραφαῖς τυπούντων αὐτά. Ὅθεν καί τινα μοναχὸν Λάζαρον (24), περιβόητον ὄντα τηνικαῦτα περὶ τὴν γραφικὴν ἀπηνῶς αἰκισάμενος, καθεῖρξεν εἰς δεσμωτήριον· ὡς δ' ἐκ τῶν πληγῶν ἐκεῖνος ῥαΐσας, αὖθις τὰς χεῖρας ἁγίων εἰκόνων ἐδίδου γραφαῖς, πέταλα ὁ τύραννος ἐκέλευσεν ἐκπυρωθέντα σιδήρεα τοῖς τοῦ Λαζάρου ἐπιτεθῆναι καρποῖς, ἵνα μὴ τοὺς πόνους τῶν χαρπῶν αὐτοῦ οἱ εὐσεβοῦντες ἔχοιεν προσκυνεῖν. Ὁ μὲν οὖν ὑπέστη ταύτην ὑπὲρ τῶν σεβαστῶν εἰκόνων τὴν κόλασιν, ἐψεύσθη δὲ τῶν ἐλπίδων ὁ τύραννος. Λέγεται μὲν γὰρ μετὰ τὴν κόλασιν τῆς εἱρκτῆς ἐκβληθεὶς ὁ ὁμολογητὴς ἐκεῖνος, ἔτι τὰς πληγὰς φέρων ἐν ταῖς χερσὶ, τῆς θείας χά- D ριτος συνεφαπτομένης αὐτῷ εἰκόνας διαχαράξαι σεπτὰς, μετὰ δὲ τὴν τοῦ τυράννου κατάλυσιν, τὸ ἐν

XXVII. Idem imperator etiam maritima mœnia cum vetustate tum ob alios casus ruinosa, magnifice instauravit, in majorem educta altitudinem, et maximum hospitium de suo nomine condidit, quo in loco prius impudicarum mulierum diversorium fuerat. In libidinibus fuit continens, cumque semel amore puellæ formosissimæ, quæ imperatrici inserviebat, captus esset, idque Theodora ægre ferret: eum dejerasse ferunt, se nunquam alias alterius mulieris notitiam habuisse, eoque lapsu dolentem, veniam ab illa petiisse. Sed furor ejus contra sacras imagines effecit, ut illa pro nihilo putentur. Prorsus enim insania quadam et rabie majore quam superiores imperatores, cultores atque etiam pictores sacrarum imaginum persequebatur, eaque de causa monachum quemdam Lazarum, pictorem tum celeberrimum, crudeliter excruciatum in carcerem conjecit. Qui cum, ex plagis illis recreatus, iterum manus sacrarum imaginum picturæ admoveret, ignitas laminas tyrannus ejus manibus admoveri jussit, ne labores manuum ejus pii adorare possent. Ac is quidem id supplicium ea de causa toleravit, tyrannus autem spe sua frustratus est. Fertur enim confessor ille, post ea tormenta carcere ejectus, plagas adhuc in manibus gestans, divina adjuvante gratia, venerandas imagines depinxisse, ac post tyranni interitum, Servatoris imaginem in Chalce pinxisse, ac qualis nunc cernitur, restituisse, cum prius imago jam olim erasa fuisset. Idem fratres Theophanem et Theodorum, utrumque confessorem, ob suam impietatem prophetarum oraculis et Scripturarum testimoniis reprehensam, primum

Variæ lectiones et notæ.

(24) *Μοναχὸν Λάζαρον*. De quo Anastasius Bibl. in Benedicto III, p. 206: *Hujus temporibus Michael filius Theophili imp. Constantinopolitanæ urbis imperator, ob amorem apostolorum, misit ad B. Petrum apostolum donum per manum Lazari monachi, et pictoriæ artis nimie eruditi, genere vero, Chazari*, etc. Sed de Lazaro in primis consulendus Bollandus ad 23 Feb. quo festum illius agunt Græci et Latini. Vide etiam Menæa ad 17 Novemb. Porro sancti Lazari reliquias in Evandri monasterium relatas docet Synaxarium ms. 17 Novemb. quo ejus festum celebrant Græci: Καὶ τὸ τίμιον αὐτοῦ σῶμα ἀνακομισθὲν, κατετέθη ἐν τῇ μονῇ τοῦ Εὐάνδρου.

graviter excruciavit. Deinde facies eorum compunxit, ac notis illis hos iambicos versus atramento infuso expressit:

Cunctis eam urbem visere exoptantibus,
Purissimi quam Christi presserunt pedes
Totius orbis unde manavit salus;
Sacro loco isti vasa conspecti improba
Superstitionis errore ex incredulo
Multisque factis inquinati turpibus
147 *Apostatæ velut rejecti inde prece,*
Se contulere mox in urbem regiam:
Tamen nefanda non relicta amentia.
Notis perusta fronte, more sontiam,
Condemnatique rursus verterunt solum.

A τῇ Χαλκῇ τοῦ Σωτῆρος ἐκτύπωμα γράψαι, καὶ οἷον ἄρτι ὁρᾶται ἀναστηλῶσαι αὐτὸ, τῆς πρώην οὔσης θείας εἰκόνος ἐκεῖ πάλαι ἀποξεσθείσης. Οὗτος καὶ τοὺς αὐταδέλφους ἄμφω, τὸν Θεοφάνην τε καὶ Θεόδωρον τοὺς ὁμολογητὰς, ἐλέγξαντας τὴν ἐκείνου δυσσέβειαν, ἐκ ῥήσεων προφητικῶν τε καὶ γραφικῶν πρῶτον μὲν σφοδρῶς κατῃκίσατο, εἶτα καὶ τὰς ὄψεις αὐτῶν κατέστιξε. Καὶ ταῖς στιγμαῖς μέλαν ἐπέχεε, γράμματα δ' ἐτύπουν τὰ στίγματα· τὰ δ' ἦσαν ἴαμβοι οὗτοι·

Πάντων ποθούντων προστρέχειν πρὸς τὴν πόλιν,
Ὅπου πάναγνοι τοῦ Θεοῦ Λόγου πόδες
Ἔστησαν εἰς σύστασιν τῆς οἰκουμένης
Ὤφθησαν οὗτοι τῷ σεβασμίῳ τόπῳ
Σκεύη πονηρὰ δεισιδαίμονος πλάνης
Ἐκεῖσε πολλὰ λοιπὸν ἐξ ἀπιστίας
Πράξαντες αἰσχρὰ δεινὰ δυσσεβοφρόνως.
Ἐκεῖθεν ἠλάθησαν ὡς ἀποστάται,
Πρὸς τὴν πόλιν δὲ τοῦ κράτους πεφυγότες,
Οὐκ ἐξαφῆκαν τὰς ἀθέσμους μωρίας
Ὅθεν γραφέντες ὡς κακοῦργοι τὴν θέαν
Κατακρίνονται καὶ διώκονται πάλιν.

Sed et alios multos persecutor hic confessores fecit, et in martyrum numerum retulit, quos enumerare alterius et operis et temporis fuerit. Studuit etiam melodiis componendis, ac præter cætera illud etiam carmen, quod in festo Palmarum canitur: *Exite gentes, exite populi*, ejus esse fertur. Cum quinque filiarum pater esset, filium nondum susceperat, filiamque Mariam natu minimam supra modum dilexit, et Alexio Moseli despondit, viro Armenio, ex genere Crinitarum, florenti ætate, et vultu venustatis ac gratiæ pleno, quem prius aliis quoque dignitatibus honestatum, progressu temporis etiam Cæsarem salutavit, ac deinde cum exercitu in Longobardiam misit. Sic evectus Moseles invidiam effugere non potuit. Criminati autem eum sunt invidi, ut imperii cupidum, sed filia imperatoris superstite, calumnia contra eum nihil valuit. Filio autem Michaele imperatori nato, et conjuge sua defuncta, statim vitæ ratione mutata, ultro comam tondet, vilique pallio inductus, monachorum institutum amplectitur, ædificato Anthemii monasterio, in quo vita exacta sepultus est. Cum autem Arabes Romanas provincias invasissent, Theophilus, expeditione contra illos suscepta, secum eduxit Theophobum et Manuelem, viros strenuos et bellicosos, quorum Manuel nobilis erat apud omnes, ipsosque hostes, ut qui et exercitum sæpe duxisset, et rem bene gessisset, et

B Πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους ὁ διώκτης οὗτος ἀνέδειξεν ὁμολογητὰς, καὶ τέλει μαρτυρικῷ παραδέδωκεν, οὓς ἀπαριθμεῖν ἑτέρας ἂν εἴη πραγματείας καὶ ἄλλου καιροῦ. Ἐφιλοτιμεῖτο δὲ καὶ μελῳδεῖν· λέγονται μὲν οὖν καὶ ἕτερα εἶναι ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς ποιήματα, πρὸς τοῖς ἄλλοις δὲ καὶ τὸ κατὰ τὴν τῆς Βαϊοφόρου ἑορτὴν ᾀδόμενον στιχηρὸν τὸ, *Ἐξέλθετε, ἔθνη, ἐξέλθετε, καὶ λαοί*. Πέντε δὲ θυγατέρων πατὴρ γεγονὼς, παιδὸς ἔτι οὐκ ἔτυχεν ἄρρενος· τῶν δὲ θυγατέρων ὑπερηγάπα τὴν νεωτέραν Μαρίαν ὠνομασμένην, ἐφ' ᾗ καὶ κηδεστὴν ἐποιήσατο C Ἀλέξιον τὸν λεγόμενον Μωσηλὲ (25), ἄνδρα ἐξ Ἀρμενίων τοῦ γένους τῶν Κρινιτῶν (26), ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας ὄντα, καὶ τὴν ὄψιν χαρίτων μεστὸν, ὃν πρότερον μὲν ἄλλοις ἐτίμησεν ἀξιώμασιν, εἶτα προϊὼν ἀνεῖπε καὶ Καίσαρα. Συνάψας δ' ἐκεῖνον τῇ θυγατρὶ, καὶ οὕτω τιμήσας, σὺν στρατεύμασι πρὸς Λογγιβαρδίαν ἐξέπεμψεν. Οὕτω δὲ ὁ Μωσηλὲ ὑψωθεὶς οὐκ ἔμελλε τὸν φθόνον διαφυγεῖν. Διεβέβλητο γοῦν πρὸς τῶν βασκαινόντων, ὡς καὶ τῆς βασιλείας ἐρῶν· οὐκ ἔδρα δὲ κατὰ τοῦ Καίσαρος ἡ διαβολὴ, ἕως ἡ τοῦ βασιλέως θυγάτηρ τοῖς ζῶσιν ἠρίθμητο. D Ἐπεὶ δὲ υἱὸς ὁ Μιχαὴλ ἐτέχθη τῷ βασιλεῖ, καὶ ἡ τοῦ Καίσαρος ἐτεθνήκει εὐνήτειρα, ἐκεῖνος εὐθὺς μετετάξατο, καὶ κείρεται μὲν τὴν τρίχα ἑκὼν, ἀμφιέννυται δὲ τριβώνιον, καὶ τοῖς μονάζουσι κατατάττεται, καὶ τὸ τοῦ Ἀνθεμίου λεγόμενον ἐδείματο ἀσκητήριον, ἐν ᾧ διαγαγὼν τὸν βίον κατέλυσε, καὶ

Variæ lectiones et notæ.

(25) *Μωσηλέ.* De Alexio Mosele nobili Armenio egimus in familia Michaelis Balbi, in *Famil. Aug. Byzantin.* p. 133, cujus posteri ad extremam tandem redacti erant paupertatem sub Basilio Bulgaroctono, ut ex ejus Novella, quæ describitur in jure Græcorum. t. II, p. 175 docemur, ubi τοῦ Μαγίστρου Ῥωμανοῦ τοῦ Μουσελὲ ἐγγόνους εἰς ἀπορίαν καὶ τελείαν ἔνδειαν pervenisse ait cum illi patrimonium suum ab avo et parentibus relictum circa Philomilium possiderent.

(26) *Κρινιτῶν.* Τὸν ἐπιφανῆ καὶ περίβλεπτον Κρινίτην Græciæ prætorem, seu στρατηγὸν, nescio quem memorat anonymus in Vita S. Lucæ Junioris, p, 996, alium Constantinus Porph. *De admin. imp.* c. 50, alium denique anonymus Combefisianus in Leone Philosopho, n. 9.

A ἐτάφη ἐκεῖ. Τῶν δὲ Ἀράβων ταῖς Ῥωμαϊκαῖς ἐπελθόντων χώραις, ὁ Θεόφιλος ἐξεστράτευσε κατ' αὐτῶν, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τὸν Θεόφοβον καὶ τὸν Μανουὴλ (27). Τὼ δ' ἤστην ἄνδρε καὶ γενναίω καὶ ἀγαθὼ τὰ πολέμια, ὧν ὁ μὲν Μανουὴλ δῆλος ἅπασιν ἦν, καὶ τοῖς ἐναντίοις αὐτοῖς πολλάκις τε στρατηγήσας καὶ ἀριστεύσας, καὶ πρωτοστράτωρ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Ῥαγγαβὲ γεγονώς. Ὁ δὲ Θεόφοβος γένους μὲν κατήγετο Περσικοῦ, ἐτράφη δ' ἐν τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων, καὶ παρ' αὐτῇ διῆγεν, ἀφανὴς ὢν καὶ μηδὲ γινωσκόμενος. Λέγεται δὲ τὸν πατέρα αὐτοῦ ἐκ τῆς παρὰ Πέρσαις βασιλικῆς ἐκφῦναι φυλῆς. Ἐκλελειπότων δὲ τοῖς Πέρσαις τῶν ἐκ τοῦ βασιλείου γένους, μαθεῖν αὐτούς, ὡς ἔστι παρὰ Ῥωμαίοις ἀνὴρ, ἐκ γένους ἕλκων βασιλικοῦ τὴν σειρὰν, καὶ ἀφικέσθαι ζήτησιν ποιουμένους αὐτοῦ. Ὡς δ' εὑρέθη ζητούμενος, γέγονεν ἐντεῦθεν γνωστὸς καὶ τῷ βασιλεῖ, καὶ εἰς μέγα τύχης ἀνήχθη, πατρίκιος τιμηθεὶς, καὶ τῇ τοῦ βασιλέως συνοικισθεὶς ἀδελφῇ. Τούτοις οὖν τοῖς εἰρημένοις ἀμφοῖν ἀνδράσι πεποιθὼς ὁ Θεόφιλος, ἀντεπῆλθε τοῖς ἐναντίοις. Ὡς οὖν ἀλλήλων ἔγγιστα ἐπήξαντο τοὺς χάρακας τὰ στρατεύματα, ὁ τῶν Σαρακηνῶν ἀρχηγὸς Ἰμβραὴλ, ἕνα τῶν ὑπ' αὐτὸν στρατηγῶν μετὰ λαοῦ μυριάδων ὀκτὼ εἰς ἀντιπαράταξιν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος καταλελοιπὼς, αὐτὸς μετὰ τῶν ἄλλων ἀνεχώρησεν, ἢ δειλαινόμενος, ἢ ἀλαζονευόμενος. Συμβαλόντων δὲ τῶν στρατευμάτων, πολλοὶ μὲν ἑκατέρωθεν ἔπιπτον. Τέλος δὲ πρὸς ὑπαγωγὴν ἐκλίθησαν αἱ σχολαὶ, καὶ κἂν ἥλω καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτὸς, εἰ μὴ Θεόφοβος μετὰ τοῦ περὶ αὐτὸν Περσικοῦ στρατεύματος, καὶ χειρὶ ἐβοήθησε, καὶ στρατηγήματι τοὺς βαρβάρους κατεσοφίσατο. Τότε μὲν οὖν ἐπανέζευξεν εἰς τὴν Κωνσταντίνου ὁ βασιλεύς.

Michaelis Rangabis protostrator fuisset. Theophobus autem genus a Persis ducebat, et in urbe imperatoria, ubi educatus est, obscurus vivebat atque ignobilis. Fertur autem pater ejus ex regia Persarum tribu fuisse ortus, cumque regiæ familiæ apud Persas defecissent, cognovisse dicuntur, apud Romanos esse virum regio genere oriundum, et ad eum inquirendum venisse. Ut inventus fuit, in notitiam imperatoris quoque pervenit, et amplissimas fortunas est consecutus, patricii honore ornatus, et imperatoris sorore **148** in matrimonium accepta. Iis igitur ambobus fretus Theophilus, hostes aggressus est. Cum autem proxime inter se castra B communissent exercitus, Sarracenorum dux Imbrael, uno ex suis satrapis cum nonaginta millibus ad decernendum cum Romanis relicto, ipse cum cæteris sive ex metu sive per arrogantiam recessit. Exercitibus congressis, multi utrinque ceciderunt. Sed tandem legionibus ad fugam inclinatis, ipse etiam imperator captus fuisset, nisi Theophobus cum suo Persico exercitu et manu opem tulisset, et stratagemate Agarenos circumvenisset. Ac tum Constantinopolim reversus est imperator.

C ΚΗ'. Τῷ δ' ἐφεξῆς ἔτει πάλιν στρατεύει, καὶ συμμίξας τοῖς ἐκ τῆς Ἄγαρ, ἐπικρατέστερος γίνεται, καὶ πολὺ μὲν πλῆθος αὐτῶν πέπτωκε, πλείους δ' ἑάλωσαν δορυάλωτοι, ἐν οἷς ἦν καί τις ἀνὴρ τῷ τῶν σχολῶν δομεστίκῳ γνώριμος, καὶ μαρτυρούμενος ὑπ' αὐτοῦ, ὡς καὶ τὴν χεῖρα γενναῖος καὶ περιδέξιος, καὶ εὐφυῶς ἱππαζόμενος, καὶ δύο μεταχειριζόμενος δόρατα. Θριάμβου τοίνυν ἐπὶ τῇ νίκῃ καταγομένου ἐν ἱππηλασίας ἀγῶνι, τὸν ἐπαινούμενον ἐκεῖνον Ἀγαρηνὸν ἱππάσασθαι, καὶ τὰ δύο μεταχειρίσασθαι δόρατα ἐκέλευσεν ὁ κρατῶν. Καὶ ὃς ἐπεδείκνυτο κατὰ τὸ κέλευσμα τοῖς ὁρῶσι τὸ ἀμφοτεροδέξιον. Καὶ ὁ βασιλεὺς τοῦτον ἐπῄνει τε καὶ ἐθαύμασεν. Ὁ γοῦν Κρατερὸς Θεόδωρος, ὃ, μετ' ὀλίγον μαρτυρικῷ κατεκοσμήθη στεφάνῳ, τῶν τεσσαρακονταδύο μαρτύρων εἷς ὤν, παρεστὼς τότε τῷ Θεοφίλῳ ἐχλεύαζε τὸν Ἀγαρηνόν. Ὀργῆς δ' ἐπὶ D τῇ χλεύῃ πλησθεὶς ὁ κρατῶν, *Σὺ δ'*, ἔφη, *ὦ θηλυδρία* (ἐκτομίας γὰρ ὁ Κρατερὸς ἐτύγχανεν ὤν), *ἐνδείξῃ τοιοῦτόν τι;* Καὶ ὁ Κρατερὸς, *Δύο μὲν*, ἔφη, *δόρατα στρέφειν οὐκ ἤσκησα, ὅτι μηδὲ δεῖ τῇ μάχῃ παιγνίων, ἀλλὰ σπουδῆς, ἓν δὲ μεταχειριζόμενος, σὺν Θεῷ δ' εἰρήσθω, τοῦτον καταβαλῶ.* Ἐκμανεὶς δ' ἐπὶ τῷ λόγῳ ὁ βασιλεὺς, καὶ ὀμόσας καθ' ἑαυτοῦ, *Ἦ μὴν*, ἔφη, *τεθνήξῃ, εἰ μὴ αὐτίκα τοῦτον καταβαλεῖς.* Ὁ δὲ μὴ ὑπερ-

XXVIII. Anno vero sequente iterum cum Agarenis congressus, fit superior, magna hostium multitudine cæsa, et pluribus captis, inter quos vir fuit legionum domestico notus, cui is testimonium perhibebat, ut et manu prompto, et ambidextro, et solerti equiti, et qui binas hastas tractare sciret. Cum igitur ludis Circensibus ob victoriam triumphus duceretur, imperator laudatum illum Agarenum equitare et bina hastilia tractare jussit. Ostentavit ille, ut jussus erat, dexteritatem suam spectatoribus. Eum imperator et laudavit et admiratus est. At Theodorus Craterus, qui paulo post corona martyrii est ornatus, unus e XLII martyrum numero, Theophilo astans, Agarenum subsannabat. Qua de causa iratus Theophilus: *Tu vero*, inquit, *effeminate* (nam eunuchus erat Craterus) *tale aliquid præstabis?* Tum Craterus: *Binis quidem*, inquit, *hastilibus vibrandis me non exercui, quod in prælio non luditur, sed res seria agitur: una vero hasta, Deo annuente, eum prosternam.* Imperator ob ea verba furore percitus, per seipsum juravit, se statim eum occisurum, nisi e vestigio illum prostravisset. Ibi Craterus nihil cunctatus, hasta sine ferro Agarenum equo dejecit. Cum autem imperator denuo expeditione suscepta cum Agarenis pugnasset, eventus prælii

Variæ lectiones et notæ.

(27) *Μανουήλ.* Manuel patricius, cui uxor fuit Helena, de qua anonymus, in Vita sancti Nicolai Studitæ, p. 943.

Romanis parum auspicatus fuit. Parum enim abfuit, quin et imperator ab hostibus circumventus captivus adduceretur. Quo Manuel cognito, suis inclamatis, in confertissimos hostes invectus imperatorem se sequi jubet : stabat enim metu attonitus, sed ad velandam **149** ignaviam se relicto exercitu nolle fugere dicebat. Cum autem sæpe monitus, ut pugna excederet, timore tanquam compedibus vinctus staret, Manuel stricto ense : *Nisi me*, inquit, *secutus fueris, te perimam. Præstat enim te mori, quam ab hostibus captum, Romanæ reipublicæ tantum imprimere dedecus.* Iis Manuelis minis ægre soluto metus stupore, eumque secutus, evasit : qua de causa virum servatorem appellavit, munificeque remuneratus est. Verum non multo post, invidorum linguæ ejus animum in contrarium verterunt, eoque redegerunt affectati regni calumniis, ut Manuelem excæcare in animo haberet. Quo ille cognito in Agarenum viciniam aufugit, eorumque duci significat, quis sit : quod si fides sibi detur, non coactum iri se religionem ejurare, se ad ipsum defecturum. Ille statim data fide lætus eum suscipit, Manuel dum ibi versaretur, præpositus exercitui, sæpe rem bene gessit contra Persas, magnosque triumphos adeptus, Agarenis et charus et admirationi fuit. Theophilus autem Manuelis fugam ægre ferens, de eo revocando cogitabat. Scribit igitur ad eum litteras, quibus jurejurando fidem suam ei obstringebat, easque aureo sigillo confirmatas, per monachum quemdam ad eum mittit, hortans ut redeat. Ille redit, sed qua ratione, id vero referre est operæ pretium, habet enim expositionem non injucundam. Congressus cum monacho, qui fidem ab imperatore afferebat, seque reversurum pollicitus, Ismaelitarum principem adit, petens exercitum sibi dari, ut profectus in Cappadociam, delatores suos (ibi enim eos habitare) ulcisceretur, ejusque filium una mitti, ut in re militari exerceretur. Princeps Manueli morem gerit, et quia fidem ei habebat, suum filium una mittit : ita discedit Manuel, cumque prope fines Romanos ventum esset, assumpto principis Agareni filio cum paucis Sarracenis, se venatum ire simulat, multis ministris comitantibus, cumque jam in Romana provincia versaretur, adolescentem amplexus : *Tu quidem*, inquit, *fili, ad tua revertere : ego vero ad Romanos proficiscor.* Constantinopolim reversus, magna cum lætitia est exceptus ab imperatore, statimque magistri honore ornatus, **150** imperatoris filium Michaelem e sacro baptismate suscepit, quem pater diademate cinxit, et Romanorum imperatorem declaravit. Antonio patriarcha mortuo, cum XIII annos Ecclesiæ præfuisset, Joannes, quem supra diximus Theophili præceptorem et suffragatorem fuisse, patriarcha designatur, quem et Jannem vocabant, tum ob hæresin, tum propter præstigias in quibus versatus erat. Sanctissimum vero Methodium, qui deinde patriarchicam ornavit sedem, perversæ

A θέμενος, καὶ συνεμαχέσατο τῷ Ἀγαρηνῷ δόρατι ἀσιδήρῳ, καὶ τοῦ ἵππου κατέβαλε. Πάλιν οὖν τῷ βασιλεῖ στρατεία κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν, καὶ πάλιν μάχη, καὶ τὸ τῆς μάχης τέλος τοῖς Ῥωμαίοις οὐκ ἀγαθόν. Μικροῦ γὰρ ἀπήχθη ἂν καὶ ὁ βασιλεὺς δορυάλωτος ὑπὸ τῶν Ἰσμαηλιτῶν κυκλωθείς. Ὡς δ' ἔγνω τοῦτο ὁ Μανουήλ, ἐμβοησάμενος τοὺς περὶ αὐτὸν, εἰς μέσον εἰσελαύνει τῶν πολεμίων, καὶ τῷ βασιλεῖ, φησὶν, Ἀκολούθει μοι· ἵστατο γὰρ ἐκ δειλίας ἀπεγνωκώς. Ὁ δὲ τὴν δειλίαν ἐπιχρωννὺς, μὴ βούλεσθαι φυγεῖν ἔφη, καταλιπὼν τὸν λαόν. Ἐπεὶ δὲ πολλάκις ἐξελθεῖν τῆς μάχης παρακαλούμενος, ὥσπερ πεπεδημένος τῇ πτοίᾳ, εἱστήκει ὁ Μανουὴλ τὸ ξίφος σπασάμενος, *Εἰ μὴ ἕποιό μοι*, φησὶν, *αὐτίκα σε ἀνελῶ· κρεῖσσον γάρ σε θα-* B *νεῖν, ἢ ληφθῆναι τοῖς ἐναντίοις αἰχμάλωτον, καὶ τοιοῦτον αἶσχος τῇ πολιτείᾳ Ῥωμαίων περιποιήσασθαι.* Ταύταις οὖν ταῖς τοῦ Μανουὴλ ἀπειλαῖς μόλις τῆς ἐκ τοῦ φόβου νάρκης λυθεὶς, καὶ ἀκολουθήσας αὐτῷ, διεσώθη· ὅθεν καὶ σωτῆρα τὸν ἄνδρα ἐκάλει, καὶ οἱ τὰ σῶστρα δαψιλῶς ἀπετίννυεν. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ αἱ τῶν βασκάνων γλῶσσαι τὴν γνώμην τοῦ βασιλέως κατὰ τοῦ Μανουὴλ εἰς τοὐναντίον ἐτρέψαντο. Διέβαλον γὰρ αὐτὸν ὡς τυραννίδι ἐπιχειροῦντα, καὶ ἤδη ταῖς διαβολαῖς ἐπέπειστο ὁ Θεόφιλος, καὶ τὸν Μανουὴλ ἐκτυφλῶσαι διενενόητο. Γνοὺς δ' ἐκεῖνος τὸ μελετώμενον, ἀπέδρα, καὶ ἀγχοῦ που γενόμενος τοῖς Ἀγαρηνοῖς, δηλοῖ τῷ αὐτῶν ἀρχηγῷ ὅστις ἐστὶ, καὶ ὡς εἰ λήψεται C πίστεις, μὴ βιασθῆναι τὴν οἰκείαν θρησκείαν ἐξομόσασθαι, προσελεύσεταί οἱ. Ὁ δὲ αὐτίκα πίστεις τε δίδωσι, καὶ περιχαρῶς αὐτὸν ὑποδέχεται. Καὶ ὁ Μανουὴλ ἐκεῖσε γενόμενος, καὶ στράτευμα πιστευθεὶς, πολλὰς ἀριστείας κατὰ Περσῶν εἰργάσατο, καὶ μεγάλα τρόπαια ἔστησε, καὶ ἐφιλεῖτο παρὰ τῶν τῆς Ἄγαρ καὶ ἐθαυμάζετο. Ὁ δὲ Θεόφιλος καὶ ἐλυπεῖτο διὰ τὸν Μανουὴλ, καὶ ἐφρόντιζεν ὅπως αὐτὸν ἐκεῖθεν μετακαλέσηται. Πίστεις οὖν αὐτῷ καὶ δι' ὅρκου καὶ δι' ἐγγράφου χρυσοσημάντου μετά τινος μοναχοῦ στείλας, ἐπανελθεῖν προετρέπετο. Καὶ ὃς ἐπανῆλθε, τὸ δ' ὅπως, διηγητέον, ἔστι γὰρ οὐκ ἄχαρι πρὸς διήγησιν. Ἐντυχὼν τῷ τὰς πίστεις ἐκ βασιλέως αὐτῷ κομίζοντι μοναχῷ, καὶ συνθέμενος ὑποστρέψαι, πρόσεισι τῷ τῶν Ἰσμαηλιτῶν D ἀρχηγῷ, καὶ αἰτεῖται στράτευμά οἱ δοθῆναι, ἵνα κατὰ τὴν Καππαδοκίαν γενόμενος, ἀνταποδοίη τοῖς εἰς τὸν βασιλέα κατειποῦσιν αὐτοῦ (ἐκεῖ γὰρ ἔλεγεν οἰκεῖν τοὺς κατηγόρους αὐτοῦ), ἠξίου δὲ τὸν ἀρχηγὸν τῶν Ἀγαρηνῶν καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ συνεκπέμψαι αὐτῷ, ἵνα σοι τοῦτον, λέγων, γυμνάσω πρὸς τὰ πολέμια. Ὁ δὲ πείθεται, καὶ τὸν οἰκεῖον αὐτῷ συνεκπέμπει υἱόν· ἐθάῤῥει γὰρ τῷ Μανουὴλ καὶ ἐπίστευσε. Κἀκεῖνος ἀπῄει, καὶ ἤδη τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἐγγίσας ὁρίοις, τὸν τοῦ ἄρχοντος τοῦ ἐκ τῆς Ἄγαρ υἱὸν συμπαραλαβὼν μετ' ὀλίγων Σαρακηνῶν, ἐξῄει δῆθεν πρὸς κυνηγέσιον, πολλῶν αὐτῷ θεραπόντων συνεπομένων. Ὡς οὖν ἐντὸς χώρας Ῥωμαίων ἐγένετο, τῷ υἱῷ τοῦ Ἰσμαηλίτου περιπλακεὶς, *Σὺ μὲν*, ἔφη, *τέκνον, ὑπόστρεφε*

πρὸς τὰ σὰ, ἐγὼ δὲ πρὸς Ῥωμαίους πορεύσομαι. A Ἐπανελθὼν δ' εἰς τὴν μεγαλόπολιν, περιχαρῶς ἐδέχθη παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος, καὶ μάγιστρος αὐτίκα τετίμητο, καὶ ἐκ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τὸν τοῦ βασιλέως υἱὸν Μιχαὴλ ἐδέξατο, ὃν ὁ πατὴρ καὶ διαδήματι ἔστεψε, καὶ βασιλέα Ῥωμαίων ἀνεῖπε. Τοῦ πατριάρχου δὲ Ἀντωνίου τὴν ζωὴν καταστρέψαντος, ὃς ἔτη τῆς Ἐκκλησίας ἐκράτησε δεκατρία, Ἰωάννης, ὃν ὁ λόγος ἤδη προείρηκε διδάσκαλον γενέσθαι τοῦ Θεοφίλου καὶ συναιρεσιώτην, προχειρίζεται πατριάρχης, ὃν καὶ Ἰάννην ἐκάλουν οἱ τότε, καὶ διὰ τὴν αἵρεσιν, καὶ διὰ γοητείας, ἦν γὰρ αὐταῖς ἐντριβής. Τὸν δὲ ἱερώτατον Μεθόδιον (28), ὃς ὕστερον καὶ τὸν πατριαρχικὸν ἐκόσμησε θρόνον, μὴ πειθόμενον συνθέσθαι τῇ κακοδοξίᾳ αὐτοῦ, μετὰ πολλὰς αἰκίας καὶ τῶν σιαγόνων αὐτοῦ σύνθλασιν, καὶ τῶν ὀδόντων ἐκρίζωσιν, εἰς τὴν Πάνορμον νῆσον, ἣ νῦν τοῦ Ἀντιγόνου B καλεῖται, ὁ δυσσεβὴς ὑπερορίζει Θεόφιλος, καὶ ἐντὸς καθείργνυσι μνήματος μετὰ δύο λῃστῶν· ὧν τοῦ ἑνὸς θανόντος, ὅσην ὁ ἅγιος ἐκ τῆς δυσώδους τοῦ τεθνεῶτος ἀποφορᾶς ὑπήνεγκε βίαν καὶ ἀηδίαν, οὐκ ἄν τις λόγος ἱκανῶς διαγράψαιτο. Ἐκεῖ τοίνυν ἐγκεκλεισμένου τοῦ ἀοιδίμου ἐκείνου Πατρὸς, καὶ οἱ αὐτάδελφοι, ὅ τε Θεοφάνης καὶ Θεόδωρος μετὰ τὴν τῶν προσώπων κατάστιξιν ὑπερορίζόμενοι, καὶ κατὰ τὸν Κάρτα λιμένα καταλύσαντες, διά τινος ἁλιέως συνήθους τῷ ἱερῷ Μεθοδίῳ ἐπιστέλλουσι ταῦτα·

Τῷ ζῶντι νεκρῷ, καὶ νεκρῷ ζωηφόρῳ,
Ναίοντι τὴν γῆν, καὶ πολοῦντι τὸν πόλον,
Γραπτοὶ γράφουσι τῷ δεσμίῳ.

Οἷς πάλιν διὰ τοῦ αὐτοῦ ἁλιέως ὁ ὅσιος ἀνταπέστειλε,

Τοὺς ταῖς βίβλοισιν οὐρανοῦ κλησιγράφους
Καὶ πρὸς μέτωπα σωφρόνως ἐστιγμένους
Προσεῖπεν ὁ ζώθαπτος ὡς συνδεσμίους.

C Ἕβδομον δ' ἔτος διανύσας ἐν τῷ τάφῳ ὁ ἅγιος, εἶτα ἐκεῖθεν ἐκβληθεὶς ἐν τοῖς ἀνακτόροις κατεκέκλειστο, μηδενὸς αὐτὸν ὁρῶντος, ἢ μόνον τοῦ ὑπηρετοῦντος αὐτῷ, καὶ τοῦ βασιλέως· φιλοπονῶν γὰρ ὁ Θεόφιλος καὶ ἀναγινώσκων, ἠρώτα τὸν ἱερὸν Μεθόδιον περὶ ὧν ἀμφιβάλλων ἦν, διὸ καὶ ἐν ταῖς ἀποδημίαις ἀεὶ συνόντα εἶχεν αὐτῷ.

ΚΘ'. Ἔαρος δ' ἐπιστάντος, κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν ὁ βασιλεὺς, καὶ πάλιν ἦρε τὰ ὅπλα, καὶ πολλὰ τῆς Συρίας ἐξεπόρθησε, καὶ πόλεων ἐκράτησε, καὶ αὐτῆς Σωζοπέτρας, ἣ πατρὶς ἐτύγχανε τοῦ Ἀμερμουμνῆ, καὶ ταῦτα πολλὰ δεομένου ἐκείνου, φείσασθαι τῆς πατρίδος αὐτοῦ. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ἀνέζευξεν εὐτυχῶς. Ὁ Θεόφοβος δὲ καταλειφθεὶς ὥστε τὰ τῶν στρατευμάτων οἰκονομήσασθαι, ἐπεὶ τὸ τῶν Περσῶν ὑστέρησε σιτηρέσιον (στράτευμα D γὰρ ἦν τῷ βασιλεῖ Περσικὸν), περιαλγησάντων διὰ τοῦτο τῶν Περσῶν, βασιλεὺς παρ' αὐτῶν ἀνεῤῥήθη καὶ ἄκων, μᾶλλον δὲ καὶ παρακαλῶν αὐτοὺς μεθεῖναι τῆς ἀπονοίας, μὴ καὶ ἑαυτοὺς, καὶ ἑαυτὸν ἐσχάτοις κακοῖς περιβάλωσιν· ἀλλ' οὐκ ἔπειθε. Στέλλει γοῦν πρὸς τὸν βασιλέα, τοῦτο τοὺς Πέρσας ἀποκρυψάμενος, γνωρίζων τὸ γεγονὸς, καὶ μηδέν τι

A opinioni refragantem, post multos cruciatus, malarumque contusionem et dentium evulsionem, in insulam Panormum, quæ nunc Antigoni cognomentum habet, impius relegat Theophilus, et intra monumentum cum duobus latronibus concludit: quorum altero mortuo, quantam violentiam, et molestiam vir sanctus ex teterrimo cadaveris fetore tolerarit, nulla quisquam oratione consequi potest. Illic igitur inclyto illo patre incluso, fratres illi confessores Theophanes et Theodorus, post facierum compunctionem relegati, cum ad Cartæ portum appulissent, per quemdam piscatorem Methodio familiarem hæc scripserunt:

B *Viventi mortuo, atque mortuo simul*
Vitam ferenti, qui cum tellurem colat
Polos pererrat, litterati litteras
Vincti misere vinculis adobruto.

Quibus per eumdem piscatorem vir sanctus rescripsit:

Quorum notata nomina in cœlestibus
Libris leguntur, et decentibus votis
Compunctæ frontes, vinculo oppressis
Dicit salutem, qui vivens sepultus est.

C Cum autem septimum annum in sepulcro exegisset, inde ejectus atque in regia conclusus est, nemine eum vidente, præter ministrum ejus et Theophilum: qui cum studiose legeret, divinum virum de locis dubiis interrogabat, eaque de causa etiam in peregrinationibus semper habebat secum.

XXIX. Vere incipiente imperator rursus, Agarenis arma intulit et, magna Syriæ parte vastata, urbibus est potitus, ipsaque Sozopetra patria Amermumnis: quamvis ille multum, sed frustra, oraret, ut patriæ **151** suæ parceretur. Ac imperator feliciter domum rediit. Theophobus autem ad gubernandas legiones relictus, cum Persarum stipendia tardius solverentur (habebat enim imperator exercitum D Persicum), ab illis indignantibus, vel invitus atque ab ea desperatione frustra dehortans, ne et se et semetipsos in extrema mala conjicerent, imperator salutatur. Quo facto, clam Persis, id imperatori significat, eique fidem facit, ne quid sinistri de se suspicetur. Reversus imperatorem accedit, et cupidissime excipitur, pristina felicitate recepta. Est et Persis omnibus data venia, neque alia irrogata

Variæ lectiones et notæ.

(28) *Τὸν δὲ ἱερώτατον Μεθόδιον.* Cujus festum agunt Græci 24 Junii, ut est in Menæis.

pœna, nisi quod una esse siti non sunt, sed cum triceies mille essent, divisi ac dispersi sunt, cuilibet provinciæ binis millibus attributis, earumque prætoribus subesse ac parere jussi. Atque hæc cum Persis et Theophobo acta sunt. Amermumnem autem patriæ suæ vastatio tanto dolore affecit, ut vitam sibi acerbam putaret, nisi Theophilum ulcisceretur, cujus patriam esse Amorium ubi cognovisset, eam urbem oppugnare constituit. Sed imperator præmonitus, eam cum structuris tum exercitibus missis communiit, quibus Theodorus Craterus, cujus supra facta est mentio, præerat, cæterique qui apud Agarenos in martyrii stadio decurrerunt, numero XLII. Exiit et imperator Agarenis occursurus, et cum Amermumnis filio cum justis copiis adventante congressus, in fugam vertitur. Nocte insecuta Manuel dum vigilias obit, quosdam Persas (nam linguam eorum intelligebat) audit de proditione cum Agarenis colloquentes, eoque nuntiato, imperatori persuadet, ut sub diluculum castris excedat: sic ille discessit, totis habenis equo laxatis. Amermumnes autem ex eo securus, Amorii obsidionem aggressus, cum crebras impressiones faceret, nihil proficiebat, iis qui intus erant fortiter resistentibus, adeo ut Agareni expugnationis spe abjecta discessuri fuerint, et urbs incolumis permansura, nisi quidam intus, cognomento Boiditzes, ob contentionem quamdam furore percitus, eam prodidisset. Urbe capta, quantus populus cæsus fuerit, dici non potest. Mulierum vero, puerorum et adolescentium multa millia, et duces primarii, Callistus, Constantinus, Theodorus Craterus, **152** patricii, aliique multi partim præturis insignes, partim dignitatum honoribus illustres, in captivitatem sunt abducti. His Theophilus, qui Dorylæi tum agebat, cognitis, missis ad Ismaelitarum principem legatis, illustres captivos et genere sibi junctos, XXIV centenariis sibi reddi petiit. Quos ille arroganter dimisit, se fatuum fore dicens, si captivos tantilla pecunia restitueret, cum sibi expeditio circiter mille centenariis constitisset. Legatis re infecta reversis, calamitas illa sic Theophili animum perculit, ut ei nulla consolatio adhiberi posset, sed et cibo abstineret, neque ullum potum admitteret, nisi aquam gelidissimam, cujusmodi est nivalis: cujus frequenti usu læsis interioribus, in dysenteriam incidit. Itaque in regiam reversus, desperata jam salute, senatum accersit, petens ut uxori suæ et filio fidem servarent, iisque imperium tuerentur. Quod cum illi se facturos promisissent, imperator, qui Theophobum jam ante, ex quo a Persis imperator salutatus fuerat, suspectum haberet, magis etiam ei suspicioni indulsit, ob proditionem quam

A κατ' αὐτοῦ ὑποπτεύειν πληροφορῶν. Καὶ ἐπανελθὼν πρόσεισι τῷ βασιλεῖ, αὐτὸς μὲν ἀποδεχθεὶς εὐμενέστατα, καὶ τὴν προτέραν εὐετηρίαν ἀπειληφώς. Καὶ οἱ Πέρσαι δὲ συγγνώμης πάντες ἠξίωντο, καὶ οὐδέν τι αὐτοῖς ἐπενήνεκτο ἕτερον, ἢ ὅτι οὐχ ὁμοῦ πάντες εἶναι εἰάθησαν, ἀλλ' ἐς μυριάδας συναγόμενοι τρεῖς, διῃρέθησαν, καὶ διεσπάρησαν, καὶ ἑκάστῳ θέματι χιλιάδες δύο ἀπενεμήθησαν, ὥστε τοῖς τῶν θεμάτων στρατηγοῖς καὶ ὑποκεῖσθαι καὶ πείθεσθαι. Τὰ μὲν οὖν περὶ τοὺς Πέρσας καὶ τὸν Θεόφοβον ἦσαν ἐν τούτοις. Τοῦ δὲ Ἀμερμουμνῆ τοσοῦτον καθήψατο ἡ τῆς αὐτοῦ πατρίδος ἐκπόρθησις, ὡς μὴ ἀνεκτὴν εἶναι αὐτῷ τὴν ζωὴν, εἰ μὴ ἀμύναιτο δι' αὐτὴν τὸν Θεόφιλον. Μαθὼν οὖν πατρίδα εἶναι αὐτοῦ τὸ Ἀμόριον (29), ἐπ' αὐτὸ στρατεύσασθαι

B ἔγνωκε. Καὶ ὁ βασιλεὺς τοῦτο γνοὺς αὐτὸ κατωχύρωσεν, ἄλλως τε καὶ στρατευμάτων ἀποστολῇ, ὧν ἦρχον Θεόδωρος ὁ Κρατερὸς, οὗ πρὸ μικροῦ ἡ ἱστορία ἐμνήσθη, καὶ οἱ λοιποὶ οἳ καὶ τὸν τοῦ μαρτυρίου δρόμον ἐξήνυσεν παρὰ τοῖς Ἀγαρηνοῖς, τεσσαράκοντα καὶ δύο πάντες τυγχάνοντες. Ἐξῆλθε δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς ὑπαντιάσων τοῖς ἐκ τῆς Ἄγαρ, καὶ ὁ μὲν τῷ τοῦ Ἀμερμουμνῆ υἱῷ συμβαλὼν, μετὰ στρατιᾶς ἀξιομάχου ἥκοντι, τρέπεται. Νυκτὸς δ' ἐπιγενομένης ὁ Μανουὴλ τὰς φυλακὰς τοῦ στρατοπέδου περιϊὼν, ἤκουσεν ἐνίων Περσῶν περὶ προδοσίας τοῖς Ἀγαρηνοῖς διαλεγομένων (συνῄει γὰρ τὴν τούτων διάλεκτον) καὶ τοῦτο τῷ βασιλεῖ ἀπηγγέλκει, καὶ πέπεικεν ἐξαναστῆναι τοῦ στρατοπέδου κατὰ

C τὸ περίορθρον. Καὶ ὁ μὲν ἀπῄει ὅλον ἐνδοὺς τῷ ἵππῳ τὸν χαλινόν· ὁ δὲ Ἀμερμουμνῆς ἐξ ἐκείνου ἀμερίμνως τῇ τοῦ Ἀμορίου ἐπικεχειρήκει πολιορκίᾳ, καὶ ἐνδελεχέστατα τὰς προσβολὰς τῇ πόλει πεποίητο· ἤνυε δ' οὐδὲν, τῶν ἔνδον εὐρώστως ἀνταγωνιζομένων, ὥστε καὶ ἀπελπίσαι τὴν ταύτης ἅλωσιν τοὺς Ἀγαρηνοὺς, καὶ ἐπανέστησαν ἂν, καὶ ἡ πόλις οὐκ ἂν ἐπεπόρθητο, εἰ μή τις τῶν ἔνδον δι' ἔριν τινὰ ἐκμανεὶς, προδότης ταύτης ἐγένετο, ᾧ Βοϊδίτζης ἦν τὸ ἐπώνυμον. Ἁλόντος δὲ τοῦ ἄστεος, ὅσος μὲν ἀνῃρέθη λαὸς οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Γυναῖκες δὲ καὶ παῖδες καὶ μειρακίσκοι εἰς πολλὰς χιλιάδας συναριθμούμενοι ἀπήχθησαν δορυάλωτοι, καὶ οἱ τῶν ἐκεῖ στρατηγούντων ἔξοχοι, Κάλλιστός τε καὶ Κωνσταντῖνος, καὶ ὁ Κρατερὸς Θεόδωρος, οἱ πατρίκιοι,

D καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἐν στρατηγίαις διαπρεπόντων, καὶ περιφανῶν ἐξ ἀξιωμάτων τιμῆς. Ταῦτα μαθὼν ὁ Θεόφιλος (ἐν γὰρ τῷ Δορυλαίῳ διῆγε) πρέσβεις πρὸς τὸν τῶν Ἰσμαηλιτῶν ἐκπέπομφε βασιλέα, ἀποδοθῆναι αὐτῷ τοὺς ἐπιφανεῖς τῶν ἁλόντων αἰτῶν, καὶ τοὺς αὐτῷ κατὰ γένος προσήκοντας, κεντηνάρια πρὸς τέτταρσιν εἴκοσι δοῦναι αὐτῷ ὑπισχνούμενος. Ὁ δὲ τοὺς πρέσβεις ἰταμῶς ἀπεπέμψατο, Ἀνόητος ἂν εἴην, εἰπὼν, εἰ περὶ χίλιά μοι τῆς ἐν τῇ στρατείᾳ κεντηνάρια γεγονυίας, αὐτὸς τοσαῦτα λαβὼν

Variæ lectiones et notæ.

(29) Ἀμόριον. Amorii excidium attigere etiam auctor Orationis historicæ in festum Restitutionis imaginum, p. 721; et Menæa ad 6 Martii in SS. Theodoro, Constantino, et aliis qui tum cæsi sunt a Barbaris.

ἀποδοίην τοὺς αἰχμαλώτους. Ὡς δ' ἐπανῆλθον οἱ A πρέσβεις ἄπρακτοι, οὕτως ἡ συμφορὰ καθίκετο τῆς Θεοφίλου ψυχῆς, ὡς μηδὲν αὐτῷ πρὸς ταύτην εὑρίσκεσθαι παρηγόρημα, ἀλλὰ καὶ τροφῆς ἀποσχέσθαι, καὶ μήτι πόμα προσίεσθαι, ἢ μόνον ὕδωρ ψυχρότατον, καὶ οἷον τὸ ἐκ χιόνος· τούτῳ δὲ χρώμενος συνεχῶς, ἐπέπληκτο τὰ ἐντὸς, καὶ οἱ δυσεντερίας νόσος ἐνέσκηψε. Καταλαβὼν δὲ τὰ βασίλεια (30), καὶ ἤδη γνοὺς ἑαυτῷ τὴν σωτηρίαν δυσέλπιστον, μετακαλεῖται τὴν σύγκλητον, καὶ ἠξίου πίστιν αὐτοὺς εἰς τὴν σύζυγον καὶ τὸν παῖδα ἐνδείξασθαι, καὶ διατηρῆσαί σφισι τὴν ἀρχὴν τὴν βασίλειον· οἱ δὲ κατετίθεντο. Τούτων δὲ γεγονότων οὕτως, ὁ βασιλεὺς, καὶ πρώην ἐξότου ἀνεῤῥήθη παρὰ τῶν Περσῶν ὁ Θεόφοβος (31) βασιλεὺς, ὕποπτον αὐτὸν ἡγούμενος, ἔθετο μᾶλλον τῇ ὑπονοίᾳ, καὶ διὰ τὴν προδοσίαν, ἣν ἐμελέτων οἱ Πέρσαι ποιήσασθαι, ὡς ἤδη μοι γέγραπται, τῶν ἐνδιαβαλλόντων τὸν ἄνδρα, ὑποθήκαις ἐκείνου ταῦτα τοὺς Πέρσας δρᾷν ἰσχυριζομένων. Ὡς οὖν ἤδη τῇ νόσῳ τὸ σῶμα τοῦ αὐτοκράτορος δεδαπάνητο, καὶ ἐξέλιπεν ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ, δείσας μὴ αὐτοῦ θανόντος τυραννίδι ἐπίθοιτο ὁ Θεόφοβος, καθείργνυσιν αὐτὸν περὶ τὰ βασίλεια, καὶ ἐπεὶ τὴν ζωὴν ἑαυτοῦ ἐκ λεπτοῦ ἤδη μίτου ἠρτῆσθαι διέγνωκε, καὶ ἄρτι ἐκλείπειν, ἀναιρεθῆναι κεκέλευκε τὸν Θεόφοβον, καὶ κομισθῆναί οἱ τὴν αὐτοῦ κεφαλήν· ἧς κομισθείσης, ἐπιθεῖναι λόγος αὐτῇ τὴν χεῖρα τὸν βασιλέα, καὶ ἀψάμενον τῶν ταύτης τριχῶν, ἐπειπεῖν, ὡς *Ἀπὸ τοῦδε οὔτ' ἐγὼ Θεόφιλος, οὔτε σὺ Θεόφοβος*· καὶ ἐπὶ τούτοις ἐξηρεύξατο τὴν ψυχὴν (32), βασιλεύσας ἐνιαυτοὺς δυοκαίδεκα ἐπὶ μησὶ τρισὶ (33), πολλὰ τὴν σύμβιον καὶ τὸν ἐπὶ τοῦ Κανικλείου Θεόκτιστον παραδυναστεύοντα τότε ἀξιώσας, μὴ παραχωρῆσαι τὰς σεπτὰς ἀναστηλωθῆναι εἰκόνας, μηδὲ τὸν πατριάρχην Ἰωάννην τῆς Ἐκκλησίας ἐκδιωχθῆναι.

Persæ, ut jam exposui, moliti fuerant, cum delatores affirmarent illos id impulsu Theophobi fecisse. Ut igitur corpore morbo consumpto viribus destituebatur, veritus, ne se mortuo Theophobus tyrannidem invaderet, circa regiam eum in carcerem conjecit, cumque jam vitam suam de tenui filo pendere cerneret, et mox defecturam, illo interfecto, caput ejus sibi afferri jussit, manuque imposita et contrectatis capillis, dixisse fertur: *Jam neque ego Theophilus sum, neque tu Theophobus.* Iisque dictis animam exhalavit, cum regnasset annos XII et III menses: uxorem et Caniclio præfectum Theoctistum, qui imperii quodammodo particeps erat, multum obtestatus, ne paterentur venerandas imagines reponi, aut Joannem Ecclesia pelli.

Variæ lectiones et notæ.

(30) *Κατὰ τὰ βασίλεια.* In Magnauræ palatium, B ut habet Scilitzes, quod quidem ad orientem urbis exstitit. Hujus mentionem tum primum fieri, sub ipsa Justiniani tempora, ex *Chronico Alexandrino* docuimus in nostra *Constantinopoli*, l. II, sect. 5, n. 2, quod firmat præterea Cyrillus Scythopolitanus, qui sub eodem Augusto vixit, in Vita ms. S. Sabæ c. 73: Τοῦ τοίνυν Θευφυλάκτου ἡμῶν βασιλέως ἐν τούτοις ἀσχολουμένου μετὰ τοῦ Τριβουνιανοῦ τοῦ κυέστορος ἐπὶ τὴν καλουμένην Μαγναύραν, etc.

(31) *Θεόφοβος.* Addit Georgius Hamartolus in Chron. ms. Τὸ δὲ σῶμα τοῦ Θεοφόβου διὰ τοῦ Βουκολέοντος ἐξαγαγόντες, λαθραίως διέσωσαν πλησίον τοῦ Ναρσοῦ.

(32) *Ἐξηρεύξατο τὴν ψυχήν.* De miserabili Theophili morte consulendus idem scriptor Orationis historicæ de Orthodoxia, p. 724.

(33) *Ἐνιαυτοὺς δυοκαίδεκα ἐπὶ μησὶ τρισί.* Idem auctor, p. 721, ait Theophilum regnasse an. 12 menses 6.

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

FINIS TOMI CENTESIMI TRICESIMI QUARTI.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.